UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In Qvinqve Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini Decretis Accommodata

In Qva Ivris Canonici Primæ Institvtiones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Liber Secvndvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61552

Visual Library

# LIBER SECVNDVS.

## De Iudiciis.

### Titulus I.

SVMMARIA.

1 *Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei, qui redditur in inuitum.*

2 *Reus quis ſit, Actor quis ſit.*

3 *Reorum alius eſt neceſſarius, alius voluntarius.*

4 *Tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe admittitur in ſtatu & terminis in quibus reperitur.*

5 *Tertius ſi lite pendente inter duos comparet ſub prætextu melioris iuris, non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis: ſed ſi probat, tollit intentionem actoris.*

6 *Admiſſus ad cauſam cum clauſula,* Conſtito de intereſſe, *non facit aliquam litem non docto de intereſſe.*

7 *Iudiciorum aliud eſt ſaculare ſiue prophanum, aliud eſt eccleſiaſticum.*

*Beneficialis cenſetur cauſa quæ ſuper titulo beneficij, iure monachatus, aut iure Conuerſi ad religionem commiſſa eſt.*

8 *Iudiciorum aliud eſt ordinarium, aliud extraordinarium.*

*extraordinarium dicitur, aut quia datur in ſubſidium deficientibus alijs, aut quando Iudex ſimpliciter & de plano procedit, & ſummarium appellatur.*

9 *Agere inuitus nemo compellitur.*

10 *Iudicium nullum redditur, Primo, ex incompetentia iudicis.*

*Laicus coram iudice eccleſiaſtico non poteſt conueniri niſi certis Caſibus hic enumeratis.*

11 *Clericus coram ſuo epiſcopo conueniri debet in Ciuilibus, quæ regula fallit, quinque caſibus.*

12 *Clericus de omni crimine coram Iudice eccleſiaſtico debet conueniri, nec valet contraria conſuetudo.*

13 *Secundo, redditur nullum iudicium ex perſona actoris.*

14 *Tertio, ex perſona rei.*

15 *Quarto, ex perſona vtriuſque actoris & rei.*

16 *Quinto ratione rei quæ non poteſt tractari ſub tali iudice.*

17 *Sexto ratione peruerſi ordinis iudiciorum.*

18 *Septimo ratione ineptitudinis libelli.*

19 *Octauo ex defectu citationis.*

20 *Citatio multiplex eſt.*

*Generalis quæ fit ad totam cauſam.*

21 *Realis quæ decernitur à iudicibus ordinarijs, non autem delegatis à principe, & non poteſt fieri extra territorium citantis.*

22 *Verbalis quæ decernitur à quolibet iudice ordinario, delegato, arbitro, non autem ab arbitratore, & an poſſit fieri extra territorium citantis, controuertitur.*

23 *Per edictum, id eſt affixa Scedula in foribus Palatii vel Eccleſiæ, quæ poteſt fieri à delegatis, principis, ordinariis omnibus etiam minoribus, non tamen aliis delegatis, pedaneis iudicibus, aut arbitris.*

24 *Peremptoria quam mittit quilibet iudex.*

25 *Ad comparendum perſonaliter coram ſe, quam Papa indiſtincte decernit in omnibus cauſis,*

ordinarij regulariter in iudicialibus non poſſunt aliquem citare ad comparendum perſonaliter, neque etiam delegati à Papa abſque ſpeciali commiſſione.

26 Citatio ſub pœna vt compareat certa die.

27 In executiuis quorum fundamentum eſt confeſſio debiti non fit citatio ad comparendum, ſed fertur præceptum de ſoluendo.

28 In ſummariis iudiciis in quibus decernitur monitorium ſiue clauſula, & comminatæ ſunt cenſuræ, ex nunc prout ex tunc, contra taliter monitum proceditur ſeruatis quatuor terminis & poſtea fertur deslaratoria.

29 Citatio illegitima quæ ad citati notitiam peruenit, perinde arctat citatum, ac legitima citatio.

30 Iudicium nono redditur nullum ex neglectis ſubſtantialium & ſolemnitatum iudiciorum quæ remiſſiue iudicantur.

31 Nullitates ex defectu mandati, iuriſdictionis, citationis, & notoria iniuſtitia tantum attenduntur in Romana Curia.

32 Inſtantia cauſa criminalis non tranſit ad hæredem accuſati.
Inſtantia cauſæ appellationis non tranſit præciſe niſi fiſci, vel alterius interſit.

33 Ex maleficijs priuatis pœnales actiones, earumue inſtantia in hæredem rei non competunt, ſed hæredibus actorum competunt.

34 Inſtantia Ciuilis iudicij tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem rei Conuenti, ac in ſucceſſores vniuerſales ipſius petitoris ſiue actoris.

35 Ac in ſucceſſorem ſingularem, ad quem tranſit res vel actio ex neceſſitate.

36 Inſtantia appellationis in cauſa ciuili tranſit in hæredem etiam re perempta.

37 Inſtantia in cauſa beneficiali inchoata cum defuncto ſuper iuribus dignitatis vel adminiſtrationis tranſit in ſucceſſorem in dignitate & beneficio ex parte actoris, ac etiam ex parte rei.

38 Inſtantia inchoata cum defuncto non tranſit in fiſcum ſuccedentem in bonis defuncti.

39 Inſtantia iure ciuili in criminalibus non vltra biennij, in ciuilibus non vltra triennij metas poſt litem conteſtatam niſi citeriore tempore tollatur protrahitur, à qua regula excipiuntur certæ cauſæ.

40 Per peremptionem inſtantiæ, non perimuntur acta cauſæ tendentia ad Veritatis indagationem, Verum perimuntur acta ordinatoria iudicij quoad effectus de futuro, vt per ea non poſſit ferri ſententia.

41 Iure Canonico inſtantia durat triginta annis.

42 Cautiones de ſtando iuri & de iudicato ſoluendo durant poſt primam inſtantiam, à qua appellatum extitit, etiam in alijs inſtantijs.

EXPLICATIS officijs, & poteſtate iudicum, ac præparatorijs iudiciorum, videndum eſt de iudicijs, & eorum ordine, Iudicium eſt actus, legitimus † trium perſo- 1
narum iudicis, actoris, & rei, c. foras §. in omni de verb. ſignif. Iaſ. in l. poſtquam liti nu. 10. C. de pact. c. 4. quæſt. 4. qui redditur in inuitum, l. inter ſtipulantem §. ſi ſtichum ff. de verb. oblig. ſi factum negetur, inducendi ſunt teſtes, inſtrumenta, confeſſiones, præſumptiones, & argumenta, d. §. in omni & ibi gloſſ. in verb. tres teſtes. cauſa eſt materia & origo negocij nedum diſcuſſionis examine patefacta, quæ dum proponitur cauſa eſt, dum diſcutitur, iudicium, dum finitur, iuſtitia. c. foras §. cauſa de verb. ſignif. Locus iudicij & itinera intermedia debent eſſe tuta, & ſecura domino, & eius procuratori; c. auidens el. 2. vt lit. non conceſſ. & c. & ibi Fel. poſt nu. 3. verſ. 1. concluſio & n. ſeqq. Clement. paſtoralis §. notorium & ibi gl. in verb. notoria & Can. de re iud. Rip. in tract. de peſte tit. de priuil. iud. cauſ. peſt. in princ. Inter

liti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

litigantes non aliter lis expediri poteſt, quã ſi alter actor, alter reus ſit, l. inter litigantes ff.
2 hoc tit. reus eſt † qui poſſidet aut Corporaliter detinet, d. l. inter litigantes l. 2. C. de prob. §. retinendæ verſ. commodum Inſt. de interd. Dec. in c. ex literis n. 4. de prob. Ripa in c. ſæpe n. 2. de reſtit. ſpoliat. etiamſi petat confirmationem ſuæ poſſeſſionis, l. 1. in princip. & ibi gl. in verbo fiat ff. de Carbon. Bald. in l. poſt ſententiam nu. 8. C. de ſent. & inter locut. omn. iud. Butr. in c. in præſentia n. 20. & 21. de prob. Rot. diuerſ. deciſ. 236. & deciſ. ſeq. part. 1. actor eſt qui contra reum agit, & libellum offert, l. poſſeßiones l. actor. C. de prob. l. 2. ff. eodem item actor eſt, qui ad litem prouocat, reus qui prouocatus agit, l. liberis §. ſi quis ex ſeruitute ff. de lib. cauſ. l. in tribus ff. de iud. Bald. in l. non cogendum §. ſi procurator. n. 2. ff. de procur. Rom. conſ. 217. etiamſi reus imploret officium iudicis, & petat ſuper ſua exceptione pronunciari, & actori ſilentium imponi, Butr. in c. cum inter n. 21. de except. l. ſi finita §. eleganter ff. de damn. infect. Rot. diuerſ. d. deciſ. 236 n. 2. part. 1. Pan. pulchre in c. ſi quis antea nu. 2. & ſeqq. de for. compet. ideo libellans vigore legis diffamari C. de ingen. & manum, non cenſetur actor, vt voluit Afflict. deciſ. 269. ſed reus, Vrſil. ad d. deciſ. Afflict. 268. addit: ad Lap. alleg. 54. in verbo ſuper moleſtia, quia iſta facit ad effectum defenſionis. In quo non ſufficit vnica citatio quia agitur de priuationis Iuris ſui vt quis excludatur ab agendo vel accuſando, ſed ſecundaria opus è citatione vt citato non comparente per Iudicem perpetuum ſilentium imponatur, diffamatuſque vt reus ab obſeruatione Iudicij impoſterum penitus abſoluatur, Bald. in l. diffamari n. 8. & ibi DD. C. de Ingen. & manumiß. Mynſ. obſ. 86. cent. 3. Semper ad effectum, vt videatur cui magis ſit fauendum, iuxta l. fauorabiliores ff. de reg. iur. debet inſpici, quis originarie ſit actor, & quis reus, & modus procedendi, Put. deciſ. 336. lib. 1. l. in tribus ff. de iud. & ibi DD. non accidentia iudicij, quæ faciunt quod in vno articulo vnus, & alter teneatur probare, & ex particulari reſpectu poteſt dici actor vel reus, Dec. in d. l. fauorabiliores ſub n. 2. l. in exceptionibus & ll. ſeqq. ff. de prob. Bald. in d. l. non cogendum §. ſi procurator ff. de procurat. Reorum alius † eſt neceſſarius 3
contra quem expreſſe dirigitur actio, vel qui ſpecialiter vocatur ad iudicium: alius voluntarius, qui ſpecialiter non vocatur, & poteſt non comparere, ſed petitio dirigitur ad iudicem: neceſſario non obſtat excommunicatio, ſeruitus, crimen; voluntario obſtant, c. dilecti & ibi gloſſ. 1. Fel. in c. cum inter nu. xi. de except. Archid in c. pia in verb. agentes & ibidem Can. eod. in 6. Bart. in l. ſi fideiuſſor la. 2. §. ſi neceſſaria ff. qui ſatiſd. cog. & c. idem in l. cum mulier la. 1. ff. de ſolut. matrim. ratio eſt, quia generaliter vocatus firmat perſonam ſuam in iudicio ex ſe, ſicut actor: perſona ſpecialiter vocata firmatur, & efficitur habilis reus, & contradictor per citationem, quamprimum per ſe, vel alium comparet, in iudicio, Bart. in d. l. cum mulier la. 1. n. 5. in fine Fel. in d. c. cum inter ſub n. xi. His adde, quod clericus, qui vendidit laico rem ſoli, ab emptore denunciatus, quia eſt merus, & neceſſarius emptoris defenſor, forum emptoris ſe qui tenetur, nempe iudicis ſæcularis, nec poteſt allegare priuilegium ſui iudicis, l. venditor ff. hoc tit. & ibi DD. gloſſ. fin. in l. 1. C. vbi in rem. actio. Tertius veniens † ad cauſam, pro ſuo 4
intereſſe, etiam per viam appellationis, & nullitatis, Rot. Farin. deciſ. 98. n. 5. & 6. part. 1. admittitur in ſtatu & terminis, in quibus reperitur, Afflict. deciſ. 235. Bald. in auth. nunc ſi hæres C. de litig. Gail. obſ. 64. cum 3. obſeru. ſeqq. libro primo Couar. pract. quæſt. cap. 13. & cap. 14. cum duabus ſeqq. Mohed. deciſ. 5. de iud. Put. deciſ. 71. lib. & quoties venit ad defenden-

dum

dum alterum ex collitigantibus, non poteſt venire niſi in ſtatu & terminis, *cap. fin. vt lit. pend. in 6. Couar. pract. cap. 13. in princ. Ludouic. dec. peruſ. 26. n. 25. & per totam Greg. XV. deciſ. 259. & ibi late annot.* facit ſuas, omnes probationes iam factas, & acta facta, quæ ipſum iuuant, afficiunt, ac eidem nocent, perinde ac ſi eſſent contra illum nominatim facta, *Innoc. in c. cum ſuper n. 6. Butr. n. 8. Fel. n. 13. verſ. ad quæſtiones & n. 15. & ſeqq. Pan. & Can. de re iud. Greg. XV. deciſ. 259. & ibi annot. n. 6. limitat. 2. mod. Rot. Farin. deciſ. 98. n. 5. & ſeqq. part. 1.* ſed poteſt ex perſona ſua, petere reſtitutionem
5 in integrum, *Afflict. deciſ. 15.* quod ſi † pendente lite inter duos, comparet tertius ſub prætextu melioris iuris, non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, ſed ſi probat, tollit intentionem actoris, quia talis actio non eſt præiudicialis, quoad proceſſum, ſed quoad intentionem, & habet vim peremptoriæ exceptionis, *Couar. pract. quæſt. cap. 14. n. 4. pulchre Rot. diuerſ. deciſ. 275. nu. 3. vbi limitat vno modo part. 2.* facit etiam omnia acta & probationes ſuas: *Greg. XV. deciſ. 303. n. 2. & ſeqq. per not. à Couar. pract. cap. 13. in princ.* ſed hic tertius, qui venit ex iure independente à iure collitigantium, poteſt, ſi vult, principaliter deducere ius ſuum, expreſſe committendo cauſam de nouo, tanquam in prima; quo caſu non facit actu priora ſua, quæ illum nõ
6 afficiunt nec pro neque contra Admiſſus † ad cauſam cum clauſula conſtito de intereſſe, non facit aliquam litem non docto de intereſſe. *Creſcent. deciſ. 3. de reſcript. Caputaq. dec. 228. part. 2. per l. à teſtatore ff. de cond. & demon: c. ex parte el. 1. de reſcript. Fel. in c. ſi conſtiteris num. 5. de accuſ. & ibi Can.* Iudiciorum aliud
7 eſt † ſæculare, aliud prophanum, aliud eccleſiaſticum, *c. 1. diſt. 3. c. decernimus & c. at ſi clerici hoc tit.* in tota cauſæ omnes reputantur profanæ, etiam quæ ſunt ſpirituales, & illæ ſunt ſolæ beneficiales, quæ ſuper titulo beneficij, aut iure monachatus, *Pan. in Clem. diſpendioſam n. 3. in fine & 4. Zab. n. 13. hoc tit.* aut ſtatu conuerſi ad religionem, *Zab. in d. Clem. diſpendioſam n. 14.* commiſſæ ſunt, *Caputaq. deciſ. 99. part. 1. Pan. in Clem. diſpendioſam n. 3. in fine & ſeqq. hoc tit. & ibi DD. Pan. in Clem. vnica poſt gl. in verbo beneficiali de cauſ. poſſeſ. & propr. & ibi Can.* aliud criminale, *d. c. at ſi clerici c. cum non ab homine hoc tit.* aliud ciuile, *c. cæterum c. quia hoc tit.* aliud ſpirituale, *c. exhibita hoc tit.* aliud temporale, *c. venerabilis hoc tit.* aliud
† ordinarium, *c. dilecti c. examinata hoc tit. glo.* 8
*mag. in ſumma XI. quæſt. 1.* aliud extra ordinarium, *c. nouit hoc tit. c. quoniam contra falſam de probat.* Extraordinarium dicitur, aut quia datur in ſubſidium deficientibus aliis, vt querela in officioſi teſtamenti, *§. tam autem Inſtit. de inoff. teſtam* actio de dolo, *l. & eleganter ff. de dolo*, aut quando iudex non in figura iudicij, ſed ſimpliciter & de plano procedit, & ſummarium appellatur, vt in cauſis electionum, poſtulationum, prouiſionum, decimarum, ſiue agatur contra perſonas, quæ ad earum præſtationem tenentur, *Clem. diſpendioſam hoc tit.* ſiue agatur inter perſonas eccleſiaſticas, ſuper iure percipiendi decimas, de iure vel de conſuetudine debitas; *Clem. diſpendioſam & ibi gl. in verbo decimis & Zab. quæſt. 14. hoc tit. Rot. deciſ. 14. hoc tit. in nou.* ſecus ſi agatur inter laicos etiam de decimis eccleſiaſticis, *Rot. deciſ. 14. in fine hoc tit. in nou.* matrimonij, vſurarum, & eas quoquo modo tangentibus; *Clem. diſpendioſam hoc tit. Clem. ſæpe de verb. ſignif. in rub. & nig. ff. de var. & extraord. cogn.* ſi autem in hiſce caſibus ſolemnis ordo iudiciarius in toto vel parte, non contradicentibus partibus obſeruetur, non erit propter hoc irritus aut irritandus, quia ſingulares actus iudiciorum ſunt per ſe actus perfecti, *d. clem. ſæpe §. fin. & ibi gloſſ. & Can.*

9 *Can.* Inuitus † nemo compellitur agere, niſi in ſeptemdecim caſibus enumeratis per gl. addit. in cap. 1. §. ſolet in verbo æſtimamus, de reſtit. ſpoliat. in 6. gloſſ. in l. vnica C. vt nemo inuitus &c. & vtrobique DD. *Mynſ.*
10 *obſ. 78. cent. 3.* Nullum redditur † iudicium primo ex incompetentia iudicis; Laicus coram iudice eccleſiaſtico non poteſt conueniri, *c. ſi clericus laicum & ibi Bellarm. in 3. not. qui excipit 16 caſus & Can. communiter idem in c. ſane in 7. quæſt. in fine de foro compet.* quod vſque adeo verum eſt, vt licet alteruter litigantium, etiamſi ſit vidua, ab apoſtolica ſede literas ad eccleſiaſticum iudicem impetrauerit, irritæ ſint & inanes; *c. licet c. ex tenore de foro compet.* niſi eccleſiaſticus iudex præter iuriſdictionem habeat etiam ius dominii, vel alterius conditionis in perſonis laicorũ, *l. 2. ibi in cauſis ciuilib. & c. aduerſus dominos aditum intercludimus & vocem negamus C. in quib. cauſ. col. cenſ. dom. accuſ. poſſ. libro xj. cum ſimilib.* nec non in defectum iuſtitiæ ſæcularis, ſi iudex laicus eſt negligens, aut malitioſe differat; *d. c. licet in fine princ. d. c. ex tenore in fine c. transmiſſa de for. compet. c. adminiſtratores 23. qu. 5. Gail. obſ. 28. lib. 1. Mynſ. obſ. 24. cent. 2. & obſ. 57. & ſeq. cent. 3. vbi tradit quomodo probetur & obſ. 56. & 82. cent. 5.* vel conſuetudo loci eccleſiaſticum iudicem compellandum ſuadeat, *c. ſi clericus in fine & c. licet de for. compet. c. 2. & ibi gl. mag. in verb. de iure de except in 6.* vel iuxta priuilegium à Carolo magno per imperium conceſſum, alter litigantium in initio litis, ſiue decurſis temporum periculis, etiam alio refragante, ad iudicium epiſcoporum recurrat, *cap. quicunque cum duobus & ſeqq. xj. quæſt. 1. c. nouit, §. nec ſic de iud. & ibi Innoc. numer. 6. dicit. id priuilegium non eſſe reuocatum & Zab. in gloſſ. ſed cum hac Felin. ſub num. 8. & Can. contra gloſſ. ibi & in d. c. quicunq; & ſeq. Naucl. gener. 28. fol. 51. in 2. col.* in actinoe reali, & perſonali, *Bellam. in d. c. ſi clericus numero quarto, Anchar. in c. ex tranſmiſſa num. 4. de for. compet. atteſtantes de generali conſuetudine Franciæ*, aut vidua. vel alia miſerabilis perſona ſpoliata poſſeſſione, etiam rei feudalis per laicum, coram iudice eccleſiaſtico agat remedio recuperandæ, *c. ex parte de foro compet.* vel cauſa ſit pietatis, *c. 1. & ibi Pan. nu. 5. & 9. & Can. de empt & vendit.* aut alias huiuſmodi quæ ad forum eccleſiaſticum pertineat, vt matrimonii, *c. cauſam matrimonii de offic. deleg. c. ex literis de conſang. & affin.* vſurarum, *c. quoniam de vſur.* periurii, *c. fin. de for. compet.* iuriſpatronatus, *c. quanto hoc tit. Anchar. in c. cum ſit num. 9. vbi plures cauſas ponit. de foro compet.* immunitatis eccleſiaſticæ, *c. non minus c. aduerſus de immunit. eccleſ.* violatæ libertatis eccleſiæ, eiuſque perſonarum aduerſus canonicas & imperiales ſanctiones, *auth. caſſa de ſacroſ. eccleſ. c. nouerit. c. grauẽ de ſentent. excõmun. c. quoniam de immunit. eccleſ. in 6.* quia hoc non eſt contra legem agere, ſed legi facere ſubſidium, *c. 2. de priuil. & neceſſ. priuilegiat.* laici corporalem iniuriam clerico inferentes, *c. peruenit el. 2. de teſte cog.* & raptores rerum eccleſiarum, & inuaſores immobilium, aut iurium eccleſiæ in vtroque foro à rectoribus eccleſiarum poſſunt conueniri, *d. c. cum ſit de foro compet. & ibi gloſſ. fin. l. ſi quis in hoc genus & l. placet C. de epiſcop. & Cleric. c. 2. de priuileg. & exceſſ. b. priuileg.* contra peccatorem quẽlibet etiam laicum iudex eccleſiaſticus procedit per viam denunciationis euangelicæ, ſeu iudicialis vt pœniteat & ſatisfaciat. *c. nouit h. t. gl. 1. in c. 1. 6. quæſt. 2. & ibi Can. Fel. in c. cum ſit n. 16. de foro compet.*

Clericus coram † ſuo epiſcopo conueniri debet in ciuilibus, *c. 1. c. 2. c. diligenti §. fin. c. ſignificaſti de foro compet. c. 2 & c. clerici hoc titul. Gail obſ. 37. lib. 1. vbi ponit 9. limit. late Mynſing. obſ. 67. cent. 2.* Fallit primo in cauſa feudi, in 11

qua ſiue agatur petitorio, ſiue poſſeſſorio, *Franc. Aret. in c. cæterum num. 23. & 24. hoc tit. Mynſing. obſ. 22. cent. 1. verſ. ſic etiam iudex laicus Gail. obſ. 37. lib. 1. n. 3.* conuenitur coram domino feudi, vel partibus Curiæ, *c. cæternm hoc tit. c. verum & ex tranſmiſſa de for. compet. Bald. in c. 1. nu. 4. de controu. feud. apud pares terminos*, Secundo in cauſa reali profana, quando laicus res ſuas proprias affirmat, inter clericum & laicum, quæ tractari debet, coram iudice laico, ſub quo res ſita eſt: *l. fin. C. vbi in rem actio Hoſt. in ſumma § quib. ex cauſ. poſt n. 5. de for. compet. l. qui aliena §. final. ibi ſententia prædio datur ff. de negot. geſt. Mynſing. obſ. 22. cent. 1. obſ. 95. cent. 4. in emphyteuſi eccleſiaſticæ obſ. 93. cent. 5. Gail. obſ. 37. num. 4. lib. 1. Boer. deciſ. 69. n.* 22. Sed hæc fallentia reprobatur per Marian. Socin. *in c. ſane n. 10. hoc tit. per cap. fin. hoc tit. & Collect. in c. qualiter num. 1. de iud. Bald. in auth. clericus quoque ſub num. 2. in fine de epiſcop. audient.* dicentes ita ſeruare Curiam, quod etſi clericus conueniatur rei, vendicatione de re mere ſæculari, debeat coram perſona eccleſiaſtica conueniri, & prænarrata opinio in Camera Imperiali recepta fuit, quod præterito turbulento ſeculo laici prorſus non curarent, imo venderent eccleſiasticã iuriſdictionem, *Mynſ. obſeru. 93. in fine centu. 5.* Tertio in poſſeſſorio vel quaſi retinendæ, vel recuperandæ, etiam in cauſis ſpiritualibus decimarum, *Clem. diſpendioſam de iud. c. litteras de iur. cal. & ibi gloſſ. mag. Couar. practic. quæſt. cap. 35. nume. 5. Gail. obſ. 38. lib. 1.* Iuriſpatronatus, &c. *c. quanto hoc tit.* quando clericus in poſſeſſorio ratione decimarum &c. laicum ſoluere detrectantem, conuenire vult, debet iudicium coram iudice laico inchoare; excepta cauſa beneficiali, *cap. literas & ibi Pan. ſub num. 7. Butr. num. 14. & Can. de iuram. calumn.* niſi in Francia ex priuilegio, *Guid. Papæ deciſ. 1. & deciſ. 85.* etiam inter duos clericos litigantes; & matrimoniali, quæ ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, non ſolum cum tractatur de ſubſtantia vinculi ſed etiam cum agitur poſſeſſorio, *cap. ex conqueſtione & ibi Pan. in 2. not. de reſt. ſpoliat. Put. deciſ. 351. & deciſ. 355. lib. 1.* quia poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale, cum tantum de facto quæratur, an poſſideat vel detineat, turbauerit, vel deiecerit: *c. final. hoc tit. c. petimus xj. q. 1. Franc. in c. 1. § fin. num. 3. de reſt. ſpol. in 6. Guid. deciſ. 1. Gail. obſ. 37. num. 5. & obſ. 38. lib. 1. Cou. pract. quæſt. c. 35.* & ſi in poſſeſſorio obtinuerit, non tenetur coram eodem iudice ſuper proprietate reſpondere, qui eſt alterius fori; *c. fin. hoc tit.* quæſtio vero poſſeſſoria matrimonialis aut beneficialis habet annexam cauſam proprietatis, ita quod cenſenda ſit ſpiritualis; *Pan. in c. litteras nu. 7. & 8. de iuram. cal. clem. vnica de cauſ. poſſeſſ. & propriet. clem. vnica de ſeq. poſſeſſ. & fruct. Garc. de benef. parte 1. cap. 2. n. 49. 50. & pluribus ſeqq.* niſi & in his contra laicum diſputetur de mero facto, nec veniat diſcutiendum aliquid iuris: *Pan. in d. c. litteras ſub nume. 8. verſ. mere temporalis & Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 59. Menoch. in 15. remed. recuper. nu. 223. & ſeqq. & num. 234.* de poſſeſſorio adipiſcendæ iudex ſæcularis non cognoſcit in ſpiritualibus, quia actor in eo ſine titulo canonico non poteſt obtinere, & plus habet ſpiritualitatis quam temporalitatis: *cap. beneficium de reg. iur. in 6. & ibi Can. Guid. deciſ. 1. n. 3. Pan. in c. duas in fine de ſponſal. duorum & ibi Can. Put. deciſ. 351. lib. 1. Menoch. in 15. remed. recuper. n. 223. Couarr pract. quæſt cap. 35. verſ. 1. concluſio*, laicus vero clericum in poſſeſſorio cuiuſcunque rei coram iudice eccleſiaſtico conuenire debet, *Gail. obſ. 38. n. 5. cap. 2. & c. clerici hoc titul. Couarr. pract. quæſt. cap. 35. in fine numer. 1. verſ. primum.* Quarto in cauſa reconuentionis corã iudice laico in cauſa ciuili, *c. cuius in*

agen-

*agendo 3.quæſt.7.gloſſa in ſumma xj. quæſt.1.late*
*Fel.in c.at ſi clerici n. 8. & ſeqq.hoc tit.* Quin-
to quando clericus ratione officii alieno
nomine conuenitur, tanquam tutor, cura-
tor, vel procurator alicuius laici, quo caſu
ſortitur forum coram iudice ſæculari, quia
attenditur perſona eorum, quorum nomi-
ne conuenitur, *Soc.in d. rub.de for. compet. nu.*
*1.& num.15.& in c. 1.num.52.& ſeqq. eod.titul.*
*Gail.obſeru.37.ſub n.7.verſ.ſexto fallit lib.1.Ripa*
12 *in c.2.nu.23.de iud.* Clericus de † omni crimi-
ne coram iudice eccleſiaſtico debet conue-
niri, nec valet contraria conſuetudo, *d. c. cle-*
*rici hoc titul.late Clar.libr.5.pract. crimin.§.fin.*
*quæſt.36*, niſi fuerit depoſitus & poſt depoſi-
tionem incorrigibilis remanſerit, & fuerit
excommunicatus, anathematizatus, & de-
inde ob contemptum degradatus, ac Curia
ſæculari traditus, *d.c.at ſi clerici §.fin.& ibi gloſ.*
*fin.c.cum non ab homine hoc tit.gloſſ.fin.in cap.nec*
*licuit 17. diſt. Clar.lib. 5.pract.crimin. §.fin.qu.*
*36.n.32.33.& ſeqq.* Iudex laicus non poteſt
habere iuriſdictionem vllam in eccleſiaſti-
cos, *c.ſæculares de for.compet.in 6. cap.2.de foro*
*compet.* etiam de conſenſu epiſcopi, *c. decerni-*
*mus hoc tit.* nec pro defectu iuſtitiæ eccleſia-
ſticæ, *c.qualiter in fine hoc tit.* neque contra de-
prehenſos in crimine, *c.cum non ab homine hoc*
*tit.* Quod ſi aliquam vſurpauerit, eſt excom-
municandus, *d.c.2. de foro compet.* exceptis
certis caſibus, in quibus iudices laici coer-
cent clericos etiam non depoſitos notatos,
*per gloſſ.in c.principes 23.quæſt.5.& in caſu c.fin.*
*1.quæſt.7.* & per Couarr.*pract.quæſt.cap.35.nu.*
*3.& ſeq.* Iudex qui epiſcopum duci ad tribu-
nal ſuum, vel exhiberi imperauerit, poſt cin-
guli priuationem, viginti libras auri eccle-
ſiæ illi, cuius eſt epiſcopus, perſoluit; *Auth.*
*nullus epiſcopus C.de epiſcop.& cleric.* Confeſſio
quoque clerici de crimine facta coram iu-
dice laico non valet, *d.cap.at ſi clerici in princi-*
*pio.* imo epiſcopus de negotiis eccleſiaſticis
iudicio laicorum non poteſt diſponere: *d.c.*
*decernimus & ibi* DD. an Papa tollere poſſit
priuilegium clericorum quoad forum vi-
de *Fel.in c.2.num.3.& ſeqq.de maiorit. & obed.*
*& ibi DD.* Secundo † redditur nullum ex 13
perſona actoris excommunicatus in iudicio
agere non poteſt, conueniri poteſt, & po-
teſt per ſe vel per alium reſpondere: *c. intel-*
*leximus hoc tit.& ibi gloſ.c.cum inter & ibi gloſſ.*
*1.de excep.* filiusfamilias abſque conſenſu pa-
tris regulariter agere non poteſt, *l.ſi longius §.*
*ſi filiusfamilias ff.hoc tit.* ſeruus agere non po-
teſt, *l.non idcirco §.fin.ff. h.t.* Si paterfamilias
mortuus eſſet, relicto vno filio, & vxore
pregnante, filius à debitoribus non dimi-
diam, ſed quartam partem crediti recte pe-
tit, quia incertum eſt, an tres naſcerentur, *l.*
*ſed etſi reſtituatur §.fin.ff.hoc titul.* Tertio † ex 14
perſona rei conuenti, ſummi enim magi-
ſtratus, quo in adminiſtratione erunt, an-
no, neque agere neque conueniri poſſunt,
nec in eorum quidem cauſis, quorum ſunt
tutores aut curatores, *l.2.ff de in ius voc.l.pars*
*ff.hoc titul.* Quarto ex perſona † vtriuſque 15
nempe actoris & rei, vt ſi ſeruus domino
noxiam commiſerit, actio nulla naſcitur; *§.*
*ſi ſeruus Inſtit.de noxal.action.* Si ſtipuleris ab
eo, qui iuri tuo ſubiectus eſt, vel ſi is à te ſti-
puletur, nulla oritur obligatio ciuilis vel a-
ctio; *§.item inutilis eſt Inſtit.de inutil.ſtipul. l. lis*
*nulla l.ſi à me fuerit ff.hoc titul.* in certis caſibus
aduerſus dominos conſiſtere ſeruis permiſ-
ſum eſt, quæ ad ſtatum ſerui pertinent, vel
ad vtilitatem publicam, vt arctioris anno-
næ, cenſus, falſæ monetæ, *l.vix certis ff.hoc tit.*
Quinto ratione rei † quæ non poteſt tra- 16
ctari ſub tali iudice; vt ſolus Papa cognoſcit
de dubiis priuilegiorum, & diſpenſationum
ſedis apoſtolicæ, & non inferior *c.cum veniſ-*
*ſent h.t.Monach.in c.ordina.n.7.de off.ord.in 6.&*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ibi Prob. in Curia Romana non tractantur
cauſæ mediocres, ſed delegantur in prouin-
cia; l. poſt ſententiam l. in offerendis C. de appel. l.
17 ſi qui ſeparatim §. 1. ff. de appell. Sexto † ratione
peruerſi ordinis, vt quando iudex ſuper ex-
ceptionibus præiudicialibus & negotio
principali pariter cognoſcit, & procedit; c.
exhibita hoc tit. aut alias non ſeruat ordinem
iudiciarium, qui etiam in cauſis fiſcalibus
eſt ſeruandus, cum diſtinctione, an debitum
ſit liquidum, vel illiquidum, Bart. in l. hi qui
& ibi DD. C. de conuent. fiſc. deb. 10. late Franc.
18 Marc. quæſt. 200. part. 2. Septimo † ratione
ineptitudinis libelli, quando actio & inten-
tio ſunt ineptæ, vel ſola intentio, ita quod
ex narratione non poſſit comprehendi cau-
ſa apta, c. examinata hoc tit. etiamſi libello ſit
appoſita clauſula, peto mihi de prædictis
iuſtitiam fieri, Pan. in c. cum dilectus nu. 52. in fi-
ne de ord. cog. & reus abſoluitur ab inſtantia
iudicij, ita tamen quod ſi congruentem &
aptam intentare voluerit actor actionem,
reſpondere ei reus teneatur, d. c. examinata in
fine l. Bebius ff. de pact. dot. Sententia vero con-
tra reum lata eſt ipſo iure nulla, Inſt. de oblig. in
princ. & ibi gl. in verb. ſecundum & DD. & de
huiuſmodi ineptitudine poteſt ſemper op-
poni, etiam poſt ſententiam; c. cum dilecti &
ibi Pan. n. 3. & DD de empt. & vend. quod ſi a-
ctio, ſiue petitio, & cauſa in ea deducta ſint
inepta, intentio vero ſit apta, & altera cauſa
in ea contenta ex proſecutis probata fuerit,
poteſt iudex ferre ſententiam etiã iuxta non
petita per actorem, dummodo ex proſecu-
tis ei res petita debeatur; tam in ſummarijs
quam plenarijs iudicijs, Pan. in d. c. examinata
nu. 19. & 20. Caputaq. deciſ. 126. part. 3. Octa-
19 uo ex defectu † citationis. §. fin. Inſt. de pœn.
tem. litig. & ibi Onot. tradit effectus citationis. ea
20 multiplex eſt † generalis, realis per captu-
ram, verbalis per ipſummet iudicem, nun-
cium, epiſtolam, citatio per edictum, cita-
tio peremptoria, item citatio ad comparen-
dum perſonaliter, citatio ſub pœna. Gene-
ralis fit † ad totam cauſam, vt ad omnes & 21
ſingulos actus eiuſdem cauſæ, vſq; ad defi-
nitiuam incluſiue, cum cõminatione, quod
aduerſus citatum contumacia non obſtan-
te, procedetur ad cognitionem & pronun-
ciationẽ; l. qui crimẽ ibi vt veniat ad cauſam per-
agendam C. qui accuſ. non poſſ. Innoc. in c. conſu-
luit ſub n. 4. de off. deleg. Angel. de Peruſ. in l. qui
ante Cal. n. 3. & ſeqq. & ibi DD. ff. de verb. oblig.
& ita obſeruat Stylus Rotæ Romanæ & Ca-
meræ Imperialis, Rot. deciſ. 14. de dol. & con-
tum. in nou. Mynſing. obſ. 33. cent. 4. & talis cita-
tio generalis arctat citatum ad duo, ſcilicet
comparendum in termino, & ad comparẽ-
dum ad cauſam; vnde licet actor & reus in
primo termino non compareant, tamen ſi
deinde actor in alio termino veniat, & reus
non veniat procedetur ad petitionem acto-
ris in contumaciam per contradictas, ſiue
ad proclamata, fitque deinde vlterior pro-
ceſſus vſque ad definitiuam, Rot. deciſ. 21. de
appell. in nou. Mynſing. obſ. 33 cent. 4. & obſ. 86.
cent. 5. Incluſiue ſine alia Citatione quando
generalis citatio facta fuit in perſonã ipſius
rei, Si vero generalis illa Citatio facta eſſet
per edictum tunc non ſolet pronunciari de-
finitiue niſi præmiſſa ſpeciali Citatione ad
ſententiam, Mynſ. obſ. 71. cent. 3. Pan. in c. fin. nu.
11. de dilatio. & ibi Can. Idem Mynſ. obſ. 33. cent. 4.
& ideo in Rota aut Camera Imperiali non
recipitur mandatum procuratorium niſi ad
totam cauſam, Mynſ. obſ. 64. cent. 1. & obſ. 84.
cent. 5. Realis † decernitur à iudicibus 22
ordinarijs. Auth. de exhib. & introd. reis
§. ſi vero & ibi gloſſa in verb. omnimodo lib.
conſentaneum & ibi poſt gloſſa in verb. ad cogen-
dum eum & Bart. num. 13. C. quomodo & quan-
do iud. & c. auth. & qui iurat C. de bon. auct. iud.
poſsid.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſsid.& ibi gloſſ.2.niſi prohibeantur ratione
perſonæ,mulieris, l.1.& auth ibi poſita C. de
off.diuerſ.iud.aut loci, vt ſi eſt in domo ſua,
l.plerique ff.de in ius voc.l.nemo de domo ff.de reg.
iur.Myuſ.obſ.69.centu.4.non poſſunt cogi in
ciuilibus à parte ad citandum aliquem rea-
liter, niſi prius reus conſtituatur in contu-
macia ſolemniter: d.l. conſentaneum & ibi
Bart.in pr.& num.13.poſt gloſſ.& ibi DD. dele-
gati à Papa vel imperatore non poſſunt
citare realiter per capturam, ſiue ante ſiue
poſt litem conteſtatam, Bald.in d.l.conſenta-
neum num.15.Bart.in l.2.nu.1.ff.de iuriſd.omn.
iud.& ibi DD.non poteſt fieri extra territo-
rium citantis, quia ſumeret initium in loco
non permiſſo, l præſenti C.de his qui ad eccleſia
conf.l.quis ſit fugitiuus §.item alius ſcribit ff. de
ædil.edict.In criminalibus ſcribitur iudici,ſub
quo criminoſus degit,vt ipſum capiat,& re-
mittat ad locum delicti,qui tenetur capere
& remittere,ſi delictum eſt atrox: §.ſi quis
comprehenſorum Auth vt multi iudicum &c di-
cetur infra titul de pœn.in ciuilibus nunquam
fit remiſſio,ſcilicet quod debitor capiatur,
& remittatur ad locum contractus,Fel.in c.
fin.nu.22 ponens regul & fall de foro compet ve-
rum poteſt bene fieri remiſſio verbo hoc
modo,quod ſenator vrbis requirat poteſta-
tem Florentiæ,quod mandet Alexandro vt
compareat Romæ,coram ipſo vbi habet li-
tem,c.Romana §.contrahentes & ibi Monach.n.
6.in fine Franc.num.7.de foro compet.in 6,Bald.
in l.extra ſub num 13.ff.de iuriſd.omn.iud.qualis
requiſitio appellatur iuris ſubſidium, &
22 vulgariter rogamus. Verbalis † citatio de-
cernitur à quolibet iudice ordinario,& de-
legato,c.l.conſentaneum & ibi Bart.n.9.ac e-
tiam arbitro, c.l.ſed & interpellatur §.1.ff.de
arbitr.quæ an poſſit fieri extra territorium
citantis à Doctoribus controuertitur, late
Franc.Marc.q.401.p.1.Ang.de Peruſ.in l.ſi.n.6.
Iaſ.n.42.ff.de iuriſdict.omn.iud.Feli.in c.licet in
princ.h t.ponens regul.& fall.Gail.obſ.56.lib.1.
cõmunior opinio eſt,quod à iudice domici-
lii contra ſubditum,vbicunque exiſtentem,
fieri poteſt,quia ſemper eſt ſubditus, l omnes
qui §.executoribus &c. verum ſi appariter & ibi
Bald.ſub num.2.verſ.quomodo ergo reſpondetur
C.de epiſcop.& cleric l.2.C.de off.præf.vrb.Zab.in
Clem paſtoralis §.vt illud in 5.quæſt.ante finem
num.6.verſ circa hoc tamen quoad iudicem do-
micilii &c.per text.d clem. de ſenten.& rei iud.
Fel.in c.fin.ſub n.24.verſ.& ſuas quod diuus Ma-
rianus de foro compet.& ibi Zab.verſ.quaro gene-
raliter Butr.num.16 & ſeq.pulchre Franc.in c.
1.§.contrahentes nume 6.Gemin.ſub num.14.de
foro compet.in 6 & Can. etiam quoad affi-
ciendam perſonam, & faciendum proceſ-
ſum in perſona,videlicet citatum bannire,
excommunicare, perſonaliter condemna-
re,d.clem.paſtoralis §.denique & iuribus in proxi-
ma littera allegatis Pan.in c.fin.n.41.& ſeqq.de
foro compet.Iudex delicti,vel contractus, vel
ratione rei,non citat extra territorium,niſi
quoad afficiendum bona,quæ ſunt in terri-
torio,non vt inuitum trahat,aut non com-
parentem banniat,excommunicet:cap.1.§.
contrahentes de foro compet.in 6.Bald.in d.l.om-
nes qui §.verum ſi apparitor num.1.& ſeqq.In-
noc.in c.fin.ſub num.1.& ibi Zab.verſ.quaro ge-
neraliter in ſolutione quæſt.de foro compet.Rot.de-
ciſ.15.hoc tit.in nou. vt Vicarius vrbis poteſt
mittere nuntium ſuum Florentiam ad ci-
tandum reum,qui ſui copiam facit, & Ro-
mæ ſortitur forum ratione contractus ini-
ti,vel deſtinatæ ſolutionis,non quoad effe-
ctum excommunicandi, vel compellendi
perſonam ad comparendum,quia inuitus
trahi non poteſt; ſed quoad effectum con-
ſtituendi reum in contumacia, ſi citatus e-
ius auctoritate cõparere contemnat,quan-
tum ad faciendam miſſionem ex primo de-

creto in bonis, quæ ſub iuriſdictione citan-
tis habet, vel ſi malitioſe ſeipſum occultet,
ne citatio ad eum perueniat, decernendam
miſſionem faciendam in bonorum poſſeſ-
ſionem, quæ in alia etiam diœceſi obtinere
noſcitur, ſed tunc loci diœceſanus ad denũ-
ciationem ipſius faciet huiuſmodi miſſio-
nem, d. §. contrahentes & ibi gl. & DD. d. l. om-
nes qui, §. verum ſi apparitor l. quod promulgatis
C. de off. præb. vrb. late Zab. in clem. 2. verſ. illud
num. 6. de ſent. & re iud. quia decretum citatio-
nis, quod reſidet in iudice, fit, & finis com-
paritionis confertur, in loco permiſſo: actus
vero citationis eſt nudum miniſterium, &
non eſt iuriſdictionis, l. fin. ff. hoc tit. Anch. in c.
fin. n. 6. de for. comp. Bald. in d. §. ſi apparitor ſub n.
2. Ioann. Monach. in c. 1. §. contrahentes n. 8. de fo-
ro comp. in 6. & ibi Prob. n. 14 & 15. & Can. Fran.
Marc. quæſt. 179. num. 3. 6. & ſeqq. part. 2. Bald. in
l. extra n. 13. & 14. ff. de iuriſd. omn. iud. Arbitra-
tor non citat partes, ſed debet pars adire iu-
dicem, & petat quod mandetur aduerſario,
vt compareat coram arbitratore, Bald. in l. 1.
n. 10. C. de arbitr. quia cognitio etiam extra-
iudicialis ſine partium præſentia haberi non
poteſt, l. fin. C. ſi per vim vel alio modo &c. Creſ-
23 cent. deciſ. 2. de arbit. Per edictum † (id eſt af-
fixa cedula in foribus palatij vel eccleſiæ)
citare poſſunt, in caſu neceſſitatis, quando
alio modo quis non poteſt citari, cap. cauſam
quæ de dol. & cont. l. dies §. prætor ait ff. de damno
infect. Gail. obſ. 57 delegatus principis, Auth.
qui ſemel C. quomod. & quando iud. & c. c. cum o-
lim circa finem & ibi gloſſ. in verb. in hibernia de
dol. & contum. ordinarij omnes, etiam mino-
res, prout conſules mercatorum, non ta-
men alij delegati, & pedanei iudices, aut ar-
biter, quia edictum eſt ſimile banno, l. ſan-
cimus & ibi glo. fin. & Bald. n. 7. Iaſ. in fine C. hoc
tit. Franc. in c. 1. n. 1. eod. in 6. Bald. in d. l. 2. n. 3. &
4. C. quomodo & quando iudex &c. niſi de-
legatus habeat hoc in mandatis, Bald. in d. l.
2. num. 3. C. quomodo & quando iud. &c. hinc de
Stylo ſubdelegati ab Auditoribus Rotæ iu-
dices compulſoriæ & remiſſoriæ partes ci-
tare poſſunt etiam per edictum, Rot. deciſ. 1.
de fid. Inſtr. in nou. Peremptoriam † citatio- 24
nem mittere poteſt quilibet iudex, c. cum
Bertholdus in princ. de re iud. cap. ex litteris de off.
deleg. l. ſancimus C. hoc tit. gloſſ. in c. de illicita in
verb. peremptorio 24. quæſt. 3. & ibi Can. dicitur
peremptoria, l. in peremptorio ff. hoc tit. quia is
qui citat, comminatur, etiam abſente diuer-
ſa parte, cogniturum ſe & pronunciaturum:
neceſſaria eſt in quatuor caſibus, Rom. in l. ſi
finita §. Iulianus nu. 14 ff. ſi cert. pet. Ad † com- 25
parendum perſonaliter coram ſe, ſolus Papa
citare poteſt indiſtincte in omnibus cauſis,
c. cum dilecti de dol. & contum c. fin. de maiorit. &
obed. Ordinarij regulariter in iudicialibus
non poſſunt aliquem citare, ad comparen-
dum perſonaliter, niſi ex iuſta cauſa, prout
inferius dicetur, l. fin. C. de procur. & ibi DD.
Sed & extra iudicium, ex cauſa, cogunt ſub-
ditos coram ſe ſpecialiter venire, ſi egent
eorum conſilio vel perſonali auxilio: Ioann.
And. in c. 1. poſt num. 3. verſ. in gloſſ. à contrario &c.
hoc tit. in 6. delegati à Papa poſſunt indiſtin-
cte aliquem citare ad comparendum perſo-
naliter, quando haberent in ſpeciali com-
miſſione, Staphyl. de ſig. lit. Inſt. §. citatio perſo-
nalis, alias regulariter non poſſunt, niſi cauſa
fuerit criminalis, vel niſi pro veritate dicen-
da in reſpondendo poſitionibus vel articu-
lis, vel pro iuramento calumniæ faciendo,
vel alia ſubſiſteret iuris neceſſitas, c. 1. hoc tit.
in 6. & ibi Franc. numer. 2. & Can. commu-
niter, mulieres honeſtæ non poſſunt trahi
inuitæ in iudicio, vt perſonaliter compare-
ant, c. mulieres hoc tit. in 6. Reus aſtrictus ex
ſpeciali commiſſione ſupremi Principis ad
inſtantiam actoris impetrata in cauſa ciuili
com-

comparere perſonaliter non aliter tenetur,
niſi actor etiam perſonaliter compareat &
non per procuratorem ex æquitate edicti,
Quod quiſq; iuris, &c. *c. cum omnes de conſtit.*
26 *Mynſ. obſ. 4. cent. 3.* Citatus † ſub pœna vt cõ-
pareat certa die, ſi non comparuit, præſumi-
tur contumax, ſed ilico non poteſt iudex,
eo non comparente, declarare illum contu-
macem, & pœna contumaciæ afficere, abſ-
que alia citatione, ſed citari debet ad viden-
dum declarari ſe incidiſſe in pœnas, ob non
factam paritionem; non tamen requiritur
nouus proceſſus, *Bart. in l. vnica nu. 13. ff ſi quis
ius dic. non obtemp. & ibi DD.* quia ille ſe poteſt
defendendo allegare cauſam probabilem,
quare comparere non potuerit: *Pan. in clem.
præſenti n. 9. de cenſ. per c. certum 11. quæſt. 3. Gail.
obſ. 13. & ſeq. & obſ. 15. lib. 1. per c. veniens §. fin. i-
bi citationem & purgationem de accuſ. Iaſ. in l. ad
diem n. 3. ff. de verb. oblig.* etenim præceptum
iudicis ſub pœna non continet condemna-
tionem, ſi præcepto non pareatur, ſed com-
minationem condemnationis *gloſſ. in c. vni-
co in verb. ſub anathemate de ſagitt. & Can. d. c.
veniens §. fin.* Prædicta procedunt in iudicijs
27 ordinariis, & extraordinariis: in † executi-
uis, quorum fundamentum eſt confeſſio
debita, ſiue contineas certam quantitatem,
ſiue promiſſum ſit intereſſe, vel aliquid in-
certum quia in iudicio executionis declara-
bitur, *Barth. in l. 1. n. 17. ff. de leg. 1. & ibi DD.
Mynſing. obſ. 6. cent. 2.* non fit citatio ad com-
parendum, quia nullæ ſunt partes iudicis in
confitentem, *l. proinde §. notandum & ibi gl. &
DD. cum l. ſeq. ff ad l. aquil. l. 1. Iulianus ff. de con-
feſſ.* (de Stylo Curiæ contra præſentes cita-
tio neceſſaria eſt, *Anton. Maſſ. ad for. oblig. Ca-
meral. tit. aliqua de proceſſu nu. 2. 3. & 4.* ſed fere-
tur præceptum de ſoluendo infra legitima
tempora, *l. ſi debitor. ff. hoc titul. l. certum
§. fin. & ibi poſt gloſſam Bart. & Doctores
de conf. ß. Franc. Marc. deciſione 371. & ſeq.
part. 1. Pan. in cap. querenti numer. 5. de off. deleg.*
quod non habet vim definitiuæ, aut inter-
locutoriæ, ſed eſt alia ſpecies definitionis
cauſarum; *late Fel. in rub. de ſent. & re iud. nu.
5. & ſeq.* ſi quis confitetur debitum & ne-
gat perſonam eſſe legitimam, cui ſolutio fa-
cienda eſt, quia dicit, quod eſt minor, & non
habet curatorem, & iudex ferat præceptum
de ſoluendo, diſcuſſa cauſa, vel non diſcuſſa
cauſa, tenet præceptum, ſed ab eo poterit
appellari etiam de iure ciuili: *l. ait prætor §.
permittitur & ibi Bald. in 2. not. ff de minor.* In
† cauſis ſummarijs in quibus decernitur 28
monitorium ſine clauſula ſi quis &c. vt con-
tra intruſum in beneficio quod vacauit in
curia &c. in quo ſunt comminatæ cenſuræ,
ex nunc prout ex tunc, & ſic ſunt ſententiæ
excommunicationis latæ, & non ferendæ,
proceditur contra taliter monitum, ſerua-
tis quatuor terminis, & poſtea fertur decla-
ratoria. *Achil. deciſ. 5. de ſent. excom. atteſtans de
vſu Curiæ.* In curia vero ſemper fiunt moni-
toria ſub pœna excommunicationis feren-
dæ, & ideo tunc neceſſarium eſt præmitte-
re citationem aduerſarij ad videndum ſe
excommunicari, quia non paruit monito-
rio, *Achil. dec. 6. de ſent. excomm. atteſtans de vſu
Curiæ* quod ſi actor in executiuis cæpit agere
iudiciario ordine per viam monitorij con-
tra reum, & hic citatus, eiuſue procurator
comparuerit cum ſolita proteſtatione nihil
fieri, niſi ipſo citato, aut aliter conſtet de
conſenſu actoris & rei in ordinarium pro-
ceſſum, non poteſt actor conuolare ad viam
executiuam; ſecus quando reus citatus fuit
contumax, aut non fuit actum ordinarie de
conſenſu vtriuſque, *Clem. ſæpe, §. fin. &
ibi gloſſ. in verbo partibus de verb. ſignif. auth. qui
ſemel quom. & quand. iud. & c. Cæſar. deciſ. 2. n. 2.
& ſeq. de ſent. excom. Bart. in l. vbi cæptum poſt n.
3. ff.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 *ff.hoc tit.l.proinde la.2.§.fin.& ibi gloſ.fin. in*
*fine ff.ad l.aquil.Gram.conſ.ciuili 95.n.28.* Ca
ſus in quib.Citatio non eſt neceſſaria enu-
merat Mynſ,*obſ.91.cent.2.* Citatio quæ non
tenet,quoad partem,& quoad iudicem, vt
quia facta die feriata in honorem Dei, non
perpetuat iuriſdictionem, *Bald.in l. ſi Pater*
*tuus num.2.C.ne de ſtat.d.f.* Citatio illegitima
29 † in qua erratũ ſit,in modo citandi,ſeu for-
ma,à iure traditis,quam ad notitiam citati
peruenit, perinde arctat citatum ac legiti-
ma citatio. *Clem. cauſam §.fin.de elect. Alex.in*
*l.de pupillo §.meminiſſe ſub num. 5.de nou. oper.*
*nunc.Gail.obſ.58.lib.1.Rom.conſ.410.n.2. & ibi*
*add.Fel.in c.gratum num.4.verſ.2.nota de off.de*
*leg.Cæſ.deciſ.15.num.5.de teſt.Mynſ.obſ.18. cent.*
*2.* ſiue ipſe ſiue procurator generalis, longe
antea conſtitutus, comparuerit: *Achil.deciſ.*
*16 de dol.& cont.Mynſ obſ.90.cent.3.* etiamſi
excipiat de illegitima executione citationis,
*Mynſ.obſ.54.cent.4.l.1 in princ.& ibi gloſſ. ff.de*
*ferijs,Fel.in c.illud n.8. de præſcript.* Collegium
& vniuerſitas citanda eſt collegialiter, &
capitulariter. *gl.in cap.ſi capitulo in verb.factum*
*de conceſſ.præb.in 6.& ibi Can.Greg.xv.deciſ.584.*
30 *n.2.& ibi late annot.* Nono propter † nullita-
tes inſurgentes ex neglectu ſubſtantialium,
& ſolemnitatum iudiciorum, *gl.mag in ſum-*
*ma 2.q.1.l.prolatam & ibi gl.& DD.C.de ſent.*
*& interlocut.& c.* iure communi in cauſis pro-
phanis ſeruatur tela & ordo, qui habetur,
*in l.prolatam iuncta gl.& ibi Bart.& DD. com-*
*muniter C.de ſent.& interloc. omn.iud.gloſſ.mag.*
*in ſum.2.quæſt.1.* ponens quæ ſint de ſubſtan-
tia, & quæ non ſint. In cauſis ſuper electio-
nibus poſtulationibus,prouiſionibus, aut
ſuper dignitatibus, ſeu quibuſuis eccleſiaſti-
cis beneficiis,ac ſuper decimis,matrimonijs,
vel vſuris,vel eas quoquo modo tangentibus
ſeruator ordo datus per Clem.diſpendioſam
de iud, & Clem. ſæpe de verb.ſignif. In cau-
ſis quæ committuntur ſimpliciter,de plano,
ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſeruatur ordo
expreſſus, *in extrauag.ad reprimendum quom.*
*in cauſ.laſ.maieſt.proced.& in d. Clem. ſæpe. de*
*verb.ſignif.ac per Rot.dec.2.de reſcript. in nou.* &
ibi pulchra additio,quæ declarat,qui termi-
ni ſint ſubſtantiales,& qui nõ ſint ſubſtantia-
les, iuxta ſtylum Rotæ, concordant *Bellam.*
*deciſ.27.Caſſad.deciſ.8.n.6.de reſcript. Caputaq.*
*deciſ.260.part.2.* Variæ aliæ ſunt commiſſio-
nũ,& delegationum formæ, quæ diligenter
ſunt attendendæ, & ſeruandæ iuxta notata *in*
*c cum dilecta de reſcript.l. diligenter ff mand.* vt
fuſius ſub ſuis titulis dicetur. In camera Spi-
renſi, nullitas proceſſus non attenditur , ſi
de meritis cauſæ conſtet. *Mynſ.obſ.93.cent.5.*
*vbi limitat 3.modis Gail.obſ.42.lib.1.Mynſ. obſ.*
*27.cent.1.* In Romana Curia † attenduntur 31
tantum nullitates ex defectu mandati,iuriſ-
dictionis, citationis, *l. properandum §. & ſi*
*quidem C.hoc tit.& ibi Iaſ.n.6. Alex.in l.finita §.*
*Iulianus num.24 ff.de damno infect.ſtaphyl. de*
*ſignat.lit.iuſt.§.poſtremo el.1.Clem.1.& ibi gl.fin.*
*& Can.de ſeqq.poſſeſſ.& fruct.Mandoſ.in comm.*
*19.nullitatis in gl.in verbo nullitatis & nullita-*
*tum*, præterea attenditur notoria iniuſtitia,
quando ſententia non iuſtificatur ex actis,
quia non eſt probata intentio actoris, quæ
idem operatur quod nullitas, *c.inter cæteras &*
*ibi Fel.n.10.& 11.de re iud.l.ſi pars.& ibi Angel.*
*n.1.in fine ff.de in off.teſtam.Rot.diuerſ.deciſ.361.*
*n.46.& deciſ.666.n.3.part.1.* ſed non eſt pro-
prie nullitas, *Afflict.deciſ.28 num.8 l.palam §.*
*quæ in adulterio verſ.ego puto ff de rit.nupt.l. præ-*
*ſens & ibi Alex.n.2.& 3.ff.de re iud.Rot.Farin.de-*
*ciſ.178.part.2.* & nunquam tranſit in iudica-
tum, etiam quod in commiſſione adſit clau-
ſula, appellatione remota, *Cæſ.deciſ.2.num.*
*6.& ſeqq.de ſolut.l.4.§.condemnatum & ibi*
*Bart.ff.de re iud.* qui appellantur defectus in-
ſanabiles. Inſuper ſummus Pontifex non
ſupplet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſupplet defectum inhabilitatis perſonæ,
aut alium defectum naturalem, Pan.in c.1.
n.5.de tranſact. Alex.in l.quidam conſulebant nu.
12.ff.de re iud. Rom.ſing. 424. an verba reſcripti
& ibi add.plures cumulat.omiſſio termini ſub-
ſtantialis, Bell.deciſ.340 ac reliquæ nullitates
proceſſus, ante latam ſententiam ſanantur
in beneficialibus, abſque refectione expen-
ſarum, non in prophanis, niſi allegetur pau-
pertas, Staphyl.deſign. lit.iuſt. §.poſtremo quoad
&c.Mynſ.obſ. 62.cent.4. Innocentiana ſanat
terminos nulliter & male tentos in Rota,
quando à die commiſſionis tot dies audien-
tiæ effluxerunt, quot requiruntur pro eorũ
ſeruatione, ſed non ſuffragatur, quando ter-
mini nullo modo fuerunt ſeruati, Greg.XV.
deciſ.156.in princ.& deciſ.280. nu.7. Caputaq.
deciſ.292.& 3 ſeqq.part.3. debet autem iudex
ex officio prouidere, vt debitæ ſolemnitates
in iudicijs obſeruentur, c.cauſam el.1.hoc tit.
32 Inſtantia † cauſæ criminalis non tranſit ad
hæredem accuſati, quia crimina morte ex-
tinguuntur, l.in S.C.tum §.ſi propter ff.ad Tur-
pil.l.crimen & ibi gl.ponit.fall.ff.de pæn.l. defun-
cto ff.de pub.iud.Gail.obſer.20.ponens fal.de pac.
public.lib.1.Mynſ.obſ.98.cent.1.inſtantia cauſæ
appellationis non tranſit præciſe, niſi fiſci
vel alterius interſit data etiam de parte bo-
norum ſententia, aduerſus quam non alter
is qui emolumentum ſucceſſionis habet,
poteſt obtinere, quam ſi in reddendis cau-
ſis appellationis iniquitatem ſententiæ de-
texerit, l.vnica ff.ſi pend.appell.mors interuen. l.
3.& 4.C.ſi reus vel accuſ.mort.fuer.l. ex iudicio-
rum ff.de accuſ.& ibi not.fall.Salic.in l.qui de cri-
mine num.5.6.& 7.C.de accuſ.accuſatore mor-
tuo aboletur nomen rei eo poſtulante, ita vt
liceat alij ex integro repetere, intra triginta
dies, l.libellorum §.fin. ff. de accuſ. l. diui fra-
tres ff. de accuſ. l. aut priuatim ff.ad Tur-
33 pil. ex maleficijs priuatis † pœnales actio-
nes earumue inſtantia in hæredem rei
non competunt, ſed hæredibus actorum
competunt excepta actione iniuriarum, & ſi
qua alia ſimilis inueniatur, §. non autem in
princ.Inſtit.de perp.& temp.act. Dictæ autem
pœnales actiones ſi ab ipſis principalibus
perſonis fuerint conteſtatæ earumque in-
ſtantia & hæredibus dantur & contra hære-
des tranſeunt. d. §. non autem l.ex iudiciorum
verſ.fin ff.de accuſ. Inſtantia † ciuilis iudicij 34
per monitorium ſiue citationem coram ſuo
iudice, quem declinare non poteſt, inchoa-
ta, §.fin.Inſt.de pœn.tamen litig.l.vbi cæptum ff.
hoc tit.& ibi Bart.n.3.& DD.Auth nunc ſi hæres
C.de litig.& ibi Bald.num.3. vel lite conteſtata
tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem rei con-
uenti, l.ſi cum hominem ff.de fideiuſſ.& ibi Alex.
& Bart.c.quia G.hoc tit.& ibi poſt gl.fin. Felin.
Pan.poſt n.xj.& Can.l.ſi conſtante §. fin. & ibi
Bart.ff ſolut.matrim.Bald.in l. .C.ſi pend.appell.
mors interu.in fine vbi explicat qui ſunt vniuerſa-
les hæredes. & domicilia alibi trans mare ha-
beat, l.ſi is qui Romæ ff hoc tit. & in clericum
hæredem laici, c.propoſuiſti de for.compet.Felin.
in d.c.quia 3.n.3.& ibi Pan.Gail.obſ 37.nu.8.&
ſeqq.lib.1.contrarium tenet Mynſ.obſ.45.cent.3.ac
mortuo filiofamilias, in quem actio ex con-
tractu vel delicto competebat, in patrem
duntaxat de peculio, & quod in rem eius
verſum eſt, l.item ex contractibus ff.de iud. plu-
reſque rei conuenti hæredem vnum cogun-
tur conſtituere defenſorem, ne defenſio per
plures perſonas ſciſſa incommodo aliquo
afficiat actorem, l.iam tamen § ſi tamen plures
ff.iud.ſolut.l. licet §.ſi plures in fine ff.de procur.l.
ſi familia ff famil.erciſcund.vt dictum eſt in tit.de
procur.Item † tranſit in ſucceſſores vniuerſa- 36
lis petitoris, quæ ſuper actione inchoata in-
ter ipſos, ſicut & ipſa actio diuiditur, l ſi peti-
tor ff.h.t.l.cum à matre & ibi gl.fin.in fine C.de rei
vend.l.pacto ſucceſſorum C. de perſ. ideo hære-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dibus actoris, non imponitur neceſſitas, vt
per vnum litigent, ſicut nec vt litigent, *l. iam
tamen §. ſi tamen in fine ff. iud. ſol.* nec vnus hæ-
redum totam actionem in iudicium inuito
cohærede perducere poteſt *l. ſi petitor in fine
ff. hoc tit.* niſi lis ſit ſuper indiuiduo. *l. via iti-
neris cum ibi not. ff. de ſeruit.* Cæpta contra de-
functum tranſit in fideicommiſſarium vni-
uerſalem: cæpta cum hærede non tranſit ad
eum, *l. 1. §. 1. & l. cum hæreditas ff. ad Trebell.
Bart. in d. l. ſi cum hominem n. 3 lucius titius §. pen.
ff. ad Trebell.* Ad ſucceſſorem ſingularem ad
quem tranſit res vel actio, ex neceſſitate
tranſit inſtantia, ſuper re vel actione, *l. in iu-
dicio la. 2. ff. famil. erciſc. Mohed. deciſ. 1 de iud.* a-
lias non tranſit, *l. ſi pignori ff. famil. erciſc, Bart.
in d. l. ſi cum hominem num. 5 & 6. ff. de fideiuſſ.
Anchar. in c. ſi duo num. 5. de procur. in 6. Rot. de-
ciſ. 1, de teſtam. in antiq.* cedi tamen poteſt in-
ſtantia ei, ad quem res vel actio tranſit, non
ex neceſſitate ſed ex voluntate, *l. in cauſa § ſi
ex parte ff. de procur.* niſi impediat vitium liti-
gioſi, de quo loquitur titulus *ff. & C. de litig.*
36 Inſtantia † appellationis in cauſa ciuili tran-
ſit in hæredem, *l. 1. C ſi pend. appell. mors inter-
uen.* etiam re perempta. *l. quamuis C. ſi pend.
appell. mors interu. gloſſ. in l. vnica ff. eod. in verb.
in reddendis.* In cauſa beneficiali inſtantia in-
choata cum defuncto ſuper viribus dignita-
tis, & adminiſtrationis, tranſit ex parte a-
ctoris in ſucceſſorem in dignitate & benefi-
cio, *Innoc. in c. ſignificauit de reſcript. Pan. Pul. hic
in c. quia V. de iud. num. xj. verſ. tertius caſus & ibi
Can. Rot. deciſ. 29. alias 377. verſ. diſtinguebatur
de procur. in nou. Anchar in c. 1. num. 2. de ſequeſt.
poſſeſſ. & fruct.* quia ſuccedit in onere & ho-
nore, *c. quoniam abbas de off. deleg. cap. ſi de quo-
rundam de ſolut.* etiamſi proprium nomen
defuncti prælati ſeu beneficiati in libello
fuerit expreſſum, *Innoc. in cap. gratum de off.
deleg. Rot. deciſ. 39. in fine de procur. in nou.* ac e-
tiam ex parte rei, *cap. dilecti de for. compet. Pan.
in d. cap. quia V. ſub num. xj de iud.* Secus ſi † in- 37
ſtantia eſſet inchoata cum defuncto non
ratione dignitatis, vel adminiſtrationis,
ſed pro iure ſuo, quo caſu non tranſit in
ſucceſſorem, & habet locum *c. 2. vt lit. pend.
in 6. & clem. fin. eod. tit. Pan. in d. c. quia V. ſub
num. xj.*

Inſtantia † inchoata cum defuncto non 38
tranſit in fiſcum ſuccedentem in bonis de-
functi, quia fiſcus habet ſeparatos iudices, *l.
ſi conſtante § fin. ff. ſolut. matrim. & ibi Bart. &
DD. Pan. in d. c. quia V. ſub num. xj.* tum quia
fiſcus ſuccedit in bonis confiſcatis per anni-
hilationem perſonæ, in qua fundatum eſt
iudicium, per mortem, aut deportationem,
*l. 1 ff. de interd. & deport. & c.* vnde perſona anni-
hilata expirat inſtantia. Inſtantia † iure ciui- 39
li in criminalibus non vltra biennij, *l. fin. C. vt
int. cert. temp. crimin. quæſt. term.* in ciuilibus
non vltra triennij metas poſt litem conte-
ſtatam, niſi citiori tempore tollatur, protra-
hitur. Et currit Clerico litiganti in foro ſecu-
lari, *Pan. in c. eccleſia S. Mariæ ſub numer. 24. de
conſtit. & Can. Capiſc. dec. 66. num. 3. plures ci-
tans.* nam forum ſortiri, & ſtatutis ac legibus
ſubijci, iudicatur à pari, *c. quæ contra, & ibi gl.
in verbo aut peregrini 8. diſt. c. illud. & ibi gl. mag.
in verbo contrario modo 12 diſt. l. 1 in primo ff. de
vſur. l. ſi fundus ff. de euict. Butr. in c. quod Clericis
ſub num. 1. verſic. 2. habetur, de foro compet. &
Can.* exceptis cauſis, quæ ad ius fiſcale perti-
nent, vel quæ ad publicas reſpiciunt fun-
ctiones, *l. properandum & ibi gl. in verbo trien-
nij C. hoc tit. Late Mynſ. obſ. 44. cum quinque ſeq.
cent. 3.* nec pacto prorogari poteſt ſed abbre-
uiari, *gl. in d. l. properandum in verb. triennij & i-
bi Iaſ. num. 19. & 21. l. 2. & ibi gl. in verb. inhibita
& l. ſi iudex in fine ff. hoc tit. Gail. obſ. 141. ſub
numer. 1 & 5. lib. 1. Mynſ. obſ. 47. & 48. cent. 3.*
In cauſis in quibus lis non conteſtatur, non
ha-

habet locum d. lex properandum. *Bart. nil litibus num. 6. & 7. C. de agricul. & cenſ. lib. xj.*

40 Per peremptionem † inſtantiæ, non perimuntur acta cauſæ tendentia ad veritatis indagationem, vt ſunt atteſtationes teſtiũ, confeſſiones partium; *Bart. pulchre in l. cum lite num. 5. & 6. ff. iud. ſol. & ibi DD. Pan. in c. cauſam el. 1. num. 8. de teſtib. & ibi Can. Put. deciſ. 292. lib. 2.* Verum perimuntur acta ordinatoria litis, ſiue iudicij, quoad effectus de futuro, vt per ea, & ſuper eis non poſſit ferri ſententia definitiua in alia inſtantia inter eaſdem perſonas ex eadem cauſa, & ſi lata fuerit, eſt ipſo iure nulla, quia lata ſine actis, *l. 2. & ibi Bart. ff. iud. ſol. Iaſ. in d. l. properandum num. 26. vbi limitat quinque modis*, non quoad effectus iam perfectos, & conſummatos de præterito ante peremptionem inſtantiæ, vt per litis conteſtationem quis efficitur malæ fidei poſſeſſor, *l. nemo C. de acquir. poſſeß. l. cæterum ff. de rei vend.* perpetuatur actio, *l. fin. C. de præſcript. 30 vel 40. annor.* res efficitur litigioſa, *Auth. litigioſa C. de litig.* & ſic de cæteris, quales durant in alia inſtantia noua, cœptæ ex eadem cauſa, inter eaſdem perſonas: quia hi effectus magis reſpiciunt cauſam, quam inſtantiam; *Bart in l. 2. num. 3. & 4. ff. iud. ſolui idem in l. 2. num. 12. C. de edend. & ibi DD. Pan. in c. cauſam el 1. num. 9. de teſtib.* Secus quando quis renunciauit inſtantiæ, quia tunc etiam hi effectus actorum perfecti pereunt, quia videtur diffidere de iure ſuo, *Pan. in d. c. cauſam el. 1. poſt num. 9. Fel. in c. ſignificauerunt num 5. circa finem de teſtib.* præfata procedunt in cauſa ciuili, ſecus in criminali in qua elapſo biennio non auditur vlterius accuſator volens reiterare ſuam accuſationem etſi afferat ſoluere expenſas, *l. abolitionem & ibi Bald. C. de adult. Alex. in d. l. properandum §. fin. num. 3. & ibi DD. Mynſ. obſ. 50. cent. 3.*

41 Iure † canonico inſtantia non expirat triennio, *gloſſ. 1. in c. fin. de dol. & contum. & ibi Can. cap. venerabilis c. ſignificauerunt hoc tit. cap. cum olim. 2. & ibi Pan. in not. 3. de priuileg. Iaſ. in l. properandum num. 27. C. de iudic.* imò durat 30. annis. *Achill. deciſ. 7. num. 3. & deciſ. 10. in fine vt lit. pend. & c. c. pen. hoc tit.* Camera quoque Imperialis diſpoſitioni *d. l. properandum*, non inſiſtit, *Mynſ. obſ. 51. cent. 1. in fine. & obſ. 48. cent. 2.*

Cautiones † de ſtando iuri, 42
& iudicatum ſoluendo, quæ peti debent ante litem conteſtatam, poſtea autem peti non poſſunt, *l. vnica in princ. in fine C. de ſatiſd. & ibi Bart. n. 5. Iaſ. in l. Iulianus nu. 1. ff. qui ſatiſdare cog. &c.* Præſtitæ in prima inſtantia durant poſt primam ſententiam, ſiue abſolutoriam, ſiue condemnatoriam, à qua appellatum extitit, etiam in aliis inſtantiis, niſi in ipſa cautione proprium nomen iudicis fuerit expreſſum, *Paul. de Caſtro in l. cum apud Sempronium ff. iud. ſolui atteſtans ibi Rotam iudicaſſe contra Bart. & alios ibidem tenentes eam mutatione inſtantiæ extingui Cæſ. deciſ. 1. num. 7.* & fit executio contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo abſque nouo proceſſu, *gl. in l. fin. C. de vſur. rei Iud. Mynſ. obſ. 96. cent. 4.* Fallit quando cauſa in prima inſtantia fuit cõmiſſa appellatione remota, & data fuit ſententia abſolutoria reo, quia caſſata fuit obligatio fideiuſſoris, eique fuit acquiſita exceptio rei iudicatæ, *l. fin. & ibi Bart. ff. de pact.* & admiſſio appellationis ex gratia poſtea ſubſecuta, non poteſt facere reincidere fideiuſſorem in obligationem, ſine ſuo conſenſu, *l. item quæritur §. qui impleto ff. locati & ibi Bart. & DD. Cæſar. deciſ. 2. nu. 4. & ſeqq. de locat. & cond.*

## De foro competenti.

### Titulus II.

**SVMMARIA.**

1 *Citatus, ex aliena iuriſdictione, ad iudicem, tenetur venire, & ante reliquas exceptiones omnes de incompetentia fori obijcere.*

2 *Actor ſequi debet forum rei, qui ſi pluribus locis ſortiatur forum, ſpectabit ad actorem electio.*

3 *Fallit in diffamata ciuiliter vel criminaliter.*

4 *Secundo fallit in ſcholare Conuento.*

5 *Recurſis in cauſis eccleſiaſticis ad iudices laicos eſt prohibitus & recurrentium pœnæ.*

6 *Reus ſortitur forum multis modis & pro ratione domicilij.*

*Domicilium duplex eſt, naturale.*

7 *Accidentale.*

8 *Laicus pluribus locis poteſt habere domicilium.*

9 *Clericus ſæcularis habens beneficium requirens reſidentiam ſortitur ibi domicilium.*

10 *Prælati regulares ſortiuntur domicilium loci prælaturæ ſuæ.*

11 *Monachus ſortitur domicilium in loco ſui monaſterij.*

12 *Domicilij forus concurrit cum quolibet foro.*

13 *Reus ſecundo ſortitur forum ratione rei immobilis.*

14 *Quando agitur de titulo beneficiati, aut de iuribus eccleſiæ, actor excluſa optione cogitur agere coram epiſcopo in cuius diœceſi ſitum eſt beneficium.*

15 *Quoties notoriè conſtat de dominio vero & pleno eccleſiæ in rebus prophanis immobilibus in iudicium deductis, adiri poteſt à laico contra laicum iudex eccleſiaſticus.*

16 *Reus ſortitur forum tertio ratione contractus in loco contractus, necnon in loco deſtinatæ ſolutionis.*

17 *Hæres ex contractu defuncti conuentus ſequitur forum defuncti, nec poteſt proprium priuilegium allegare, niſi ſit clauſum in corpore iuris.*

18 *In aliis competit hæredi exceptio vt ibi conueniatur, vbi eſt maior pars hæreditatis, vel in loco domicilij hæredis.*

19 *Is qui pro hærede vel poſſeſſore bona hæreditaria poßidet, vbi conueniatur.*

20 *Reus ſortitur forum quarto ratione delicti in loco delicti, ac in loco in quo accuſatio fuit inchoata.*

21 *In loco vbi plurimum conuerſatur.*

22 *Ac etiam in loco domicilij.*

23 *Mandatario in delictis non datur dilatio ad conſulendum mandantem.*

*Fallit in mandatario cõuento de delicto commiſſo cauſa & occaſione contractus.*

24 *Exempti quantumcunque gaudeant exemptione, nec non priuilegiati, vt nonniſi ſub vno certo iudice de ſe conquerentibus reſpondere teneantur, ſi contractus ſit initus, maleficiũ ſit factum, in loco non exempto, & res non exempta de qua agitur, rite poſſunt ratione contractus delicti, rei coram locorum ordinariis, ſi ibi reperiantur, conueniri.*

25 *Ex decretis Concilij Trid. in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, clerici ſeculares, aut regulares extra monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiamſi certum iudicem à ſede apoſtolica in partibus deputatum habeant, in alijs vero, ſi ipſum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs tanquam in hoc ab ipſa ſede delegati conueniri, & ad debitum ſoluendum compelli poſſunt.*

26 *Reus ſortitur forum quinto ratione ſubmißionis, ac ratione renunciationis priuilegij fori.*

27 *Reus ſortitur forum ſexto ratione communis patriæ, Romæ, id eſt, vbicunque eſt Papa, quilibet poteſt conueniri, ſi ibidem reperiatur, tam laicus in cauſis ſpiritualibus, quã clericus.*

28 Idem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

28 *Idem dicendum in Imperatore vt vbicunque ſit, dummodo locus ſit ſibi ſubiectus, cenſeatur Romæ.*

29 *Limita, quia ſi ex iuſta & neceſſaria aut probabili cauſa venit Romam, competit ei perſonale ius reuocandi domum, data nuda cautione pœnali iudicio ſiſti coram ſuo ordinario.*

30 *Iſta exceptio reuocandi domum debet proponi ante litem conteſtatam.*

31 *Ius reuocandi domum non competit quando quis Romæ contraxit, vel deliquit, exceptis legatis qui licet Romæ contraxerunt, dummodo ante legationem, non compelluntur ſe Romæ defendere.*

32 *Ii quibus competit ius reuocandi domum, poſſunt Romæ reconueniri.*

33 *Legati à cæteris differunt, quia hi in eo ſolo priuilegio reuocandi domum vtuntur, quod in ciuitate ſua vel certe intra prouinciam ſuam contraxerint, Legati vero in omnibus, dummodo non contraxerint tempore legationis.*

34 *Ceſſat ius reuocandi domum in cauſis celeritatem deſiderantibus.*

35 *Viduarum cauſæ non ſpectant ad iudicem eccleſiaſticum, ſed ad iudicem ſæcularem.*

36 *Clericus & laicus debitores debent conueniri coram epiſcopo quando obligatio eſt indiuidua.*

37 *Obligationes quænam ſint diuiduæ vel indiuiduæ fuſe explicatur.*

38 *Clericus & laicus ſi ſimul delinquunt, ad quem pertinet cognitio & punitio.*

39 *Laici, eum qui iuriſdictioni ſæculari vel eccleſiaſticæ præeſſe dignoſcitur ſuum poſſunt iudicem conſtituere, exceptis feudalibus & ſpiritualibus cauſis.*

40 *Clerici, in iudicem non ſuum, niſi forte ſit perſona eccleſiaſtica & epiſcopi voluntas accedat, conſentire non poſſunt.*

41 *Laicum non poſſunt ſibi conſtituere iudicem ex prorogata iuriſdictione, in his quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſed poſſunt prorogare iuriſdictionem eius voluntariam.*

42 *Epiſcopus cauſam ciuilem clericorum poteſt laico delegare.*

43 *Iudices debent habere notarium publicum aut duos idoneos viros qui acta iudicij excipiant.*

44 *Acta omnia intelliguntur eſſe publica, eo ipſo quod ſunt facta præſente iudice & tabellione.*

PRÆMITTIT ante omnes alios actus iudiciorum de foro competenti, quia ex aliena iuriſdictione ad iudicem † vocatus 1
tenetur venire, *l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & c. l. ſi quis ex aliena ff. de iud. gl. mag. in c. ſi epiſcopus 3. quæſt. 2. in verb. conuocari & ibi Can.* & in initio litis non modo ante litis conteſtationem, ſed ante reliquas exceptiones omnes de incompetentia fori obijcere, *l. fin. C. de except. & ibi DD. gloſſ. in c. exceptionem in verb. in dilatorijs eod. cap. cum inter monaſterium & Bart. in l. quidam conſulebant de re iud. gloſſ. fin. in cap. exceptionem de probat.* alioquin videtur in iudicem conſenſiſſe, *l. ſed etſi ſuſcepit ff de iud.* niſi euidens ſit citationem non tenere vt in caſibus cumulatis *per gloſſ. in c. ſi epiſcopus in verb. conuocari 3. quæſt. 2. Zab. in clem. 2. in 3. q. vt lit. pend. & c.* dicentes tutius eſſe, quod vadat allegaturus ſuum priuilegium, vel appellaturus, ſi eum grauauerit, ſiue ſe pronunciet eſſe incompetentem, quia nulla ſperatur alia definitiua, *c. ſignificantibus de offic. deleg. & ibi Can.* ſiue competentem, licet hoc caſu ſit mere interlocutoria, *Franc. in c. cum ceſſante n. 28. de appel. gl. fin. in fine in auth. habita C. ne filius pro patre Bald. conſ. 44. n. 6. vol. 3. Gail. obſ. 130. n. 9. lib. 1.* & eſt appellandum in ſcriptis, & inſerendæ cauſæ grauaminum nominatim, *Bald. d. conſ. 44 nu. 6. vol. 3. Mynſ. obſ. 35. cent. 3.* non videtur in iudicem conſenſiſſe, qui edi ſibi genus actionis apud eundem iudicē deſiderat, *l. non videtur ff. de iud.* Forus eſt exercendarum litium locus, *c. forus de verb. ſignif.*

*l.pen.verſic.final.ff.de iuſt.& iur.* forum in neu-
tro genere ponitur pro territorio cuiuſcun-
que Epiſcopi, vel iudicis, & ita tota diœce-
ſis cenſetur de foro epiſcopi. *c.2.§.ſtatuto de
Conſtit.in 6.c.cum epiſcopus de off.ord.in 6.l.pu-
pillus §.territorium ff.de verb.ſignif.c.omnes Baſi-
licæ 16.quæſt.7.* extra quod impune epiſcopo
non paretur, *d.ca.2.§.ſtatuto l.fin.ff.de iuriſd.
omn.iud.* Quilibet conueniri debet coram
ſuo iudice, clericus coram ſuo epiſcopo, *cap.
1.hoc tit.c.ſylueſter xj.quæſt.1.* laicus coram ſuo
magiſtratu ſæculari, *cap.ex parte de alien.iud.
mut.cauſ.fact.c.experientiæ & c.ſeq.xj.quæſtio.1.
gl.mag.probans vtramque dictum xj.quæſt.7.in
ſumma & ibi Can.Butr.ponens vtramq; regu.cum
limit.in c.ſignificaſti num.18.hoc tit.& ibi Can.*
latius dictum eſt ſupra *titul. de iud.* Actor
2 debet ſequi † forum rei in cauſa ciuili, *c.ſi cle-
ricus c.cum ſit general.hoc tit.l.iuris ordinem C.de
iuriſd.omn.iud.l.fin.C.vbi in rem actio &c.* e-
tiamſi vt fideiuſſor conueniatur, *Bald. in l.
cum Archimedoram.C.vt in poſſ.leg.&c.Mynſ.
obſ.5.cent.2.* & criminali, *l.in criminali C.de iu-
riſd.omn.iud.* qui ſi in pluribus locis ſortiatur
forum, ſpectabit ad actorem electio fori, in
quo eum conueniat; *l.fin.C.de iuriſd.omn.iud.
l.fin.C.de præſcript.long temp.l.2.§.1.verſ.omnes
autem ff.de iud.gloſſ.fin.in fine in l.final.C.vbi in
rem actio &c.& ibi Bald.numer.5.* & locus erit
præuentioni, *l.incol.1.& 2.ff.ad municip.Fel.in
c.cum M.num.15.de Conſtit.l.qui poſtea ff.de iud.*
3 Fallit in † diffamato ciuiliter vel criminali-
ter quid diffamatorem (qui in cauſa princi-
pali partes actoris inuitus ſuſtinere cogi-
tur) coram iudice ſuo, nempe diffamati,
conuenire poteſt, & cauſam traductionis &
diffamationis ſub pœna impoſitionis per-
petui ſilentii deducere. *l.Titia & ibi Bart.nu.
1.2.& 8.ff.de accuſ.l.ſi ea C.de iis qui accuſ.non
poſſ.l.ſi eo temp.C.de remiſſ.pign.Faber in §.reti-
nenda numer.35.inſtit.de interd.DD.in l.diffama-
ri C.de ingen.& manumiſſ.Gail.obſerua.9.& 2.
ſeqq.lib.1.* Secundo fallit † in ſcholare con-
uento, cui datur electio fori, an velit coram 4
epiſcopo vel rectore conueniri. *auth.habita
C.ne filius pro patre.* Is qui cauſam ſuam crimi-
nalem vel ciuilem ſine cæleſti oraculo, in
vetito vocauit examine, ſiue per modum
ordinarii libelli, ſiue per modum executio-
nis, lite conteſtata, actor propoſiti negotii
actione mulctatur; reus pro condemnato
habetur, non ipſo iure, ſed per ſentẽtiam. *l.
in criminali C.de iuriſd.omn.iud.& ibi gl.in verb.
habeatur in fine & ibidem Bald.c.inolita & ibi gl.
1.cum c.ſeq.XI.quæſt.1.c.ſi diligenti hoc tit.& ibi
gloſſ.* Recurſus † in cauſis eccleſiaſticis ad 5
iudices laicos eſt prohibitus, *cap.qualiter &
quando ibi poſt gl.fin.DD.de iud.* recurrens ſin-
gularis perſona eſt ipſo iure excommunica-
tus: *c.nouerit c.grauem de ſentent.excommun.in
bulla Cœnæ Domini §.16.* capitula vero & con-
uentus ipſo facto ſuſpenſionis & interdicti
ſententiam incurrunt, *Martinus Papa V.in
conſt.ſua edita Cal.Februarii Pontif.anno xj.* &
committunt ſacrilegium, *Caietanus in ſumma
in verb.excommunicatio cap 30.& ſeqq.* cauſam
ipſam & omne ius quomodolibet compe-
tens eo ipſo perdunt penitus & amittunt: *l.
in criminali C.de iuriſd.omn.iud.& c.Martinus V.
in Conſt.ſua edita Cal.Februarii Pontif.anno xj.*
ac beneficiatus qui contra prælatum ſuum
in foro ſæculari de rebus ſpiritualibus de-
ponit quæſtionem, ab eccleſia per ſenten-
tiam perpetuo eſt abſcindendus: *cap.grauem
de exceſſ.prælat.* antiquiſſima conſuetudo nõ-
nullarum prouinciarum de qua teſtantur
*Couarr.pract.quæſtio.cap.35.numer.3.Nauarr.in
manuali c.27.num.70.Menoch.de retinen.poſſeſſ.
remed.3.n.356.& ſeq Pet.de Auendano in tract.
de exequiis mand.regum, libro primo, cap.primo,
numero 32.* Eſt improbata ſacriſque canoni-
bus inimica, quia clericos iuriſdictioni lai-
corum ſupponit, *d.cap.qualiter & quando &*
ibi

*ibi Abb.num.7.de iud. Marian.Socin.in cap. ſi*
*quis clericus num.24.& in cap.ſane num.* 10. *de*
*foro compet. Rot.deciſ.*10*.de conſuet.in antiq. cap.*
*ſacerdotibus* XI. *quæſt.*1 & laici ſunt inferiores
iudicibus eccleſiaſticis, *cap. denique 96. diſt.*
*Clem.Romani de iureiur.cap.ſolitæ de maiorit.&*
*obed. dixi ſupra tit.de iud.§.nullum redditur in*
*fine.* Dicitur autem recurſus fieri, quando
obtinentur inhibitiones & mandata, aut
præcepta contra prælatos, & iudices ec-
cleſiaſticos; quæ præſumuntur emanata
ad inſtantiam recurrentis, *Bart. in d. l. de*
*pupillo §.ſi quis ipſi prætori ff.de nou oper. nun-*
*tiat.* quando non conſtat niſi de intereſſe il-
lius tantum; ſed ſi plures habent intereſſe,
tunc præſumptio eſt æquiuoca, & contra
vnum non poteſt deueniri ad relaxatio-
nem cenſurarum; *Gregorius XV. deciſione 96.*
*Rot.Farin. deciſione 195.numero 5. part. 2.l.duo*
*ſunt titij ff.de teſtam. tut.Iaſ. in l.quoties in ſti-*
*pulationibus ff.de verb oblig.* & non dicitur re-
curſus, quando inuocatur iudicum laico-
rum nudum auxilium ad defendendam
propriam poſſeſſionem, qua quis de facto
ſpoliatur, & quam quis propria etiã aucto-
ritate defendere poteſt, *Pariſ.conſ vlt. vol.4.*
*Achil.deciſ.36 de appell.* Certi ſunt caſus in qui-
bus laici iuriſdictionem habent intra eccle-
ſiam, notati per glo.in c principes 23. quæſt.
5.& ibi Can.Franc.Marc.quæſt.1087.nu.2.
p.1. Ad effectum conſeruationis priuilegio-
rum, non eſt licitum recurrere ad iudices
laicos, ſed debet priuilegiatus recurrere ad
conſeruatores, & ad iudices eccleſiaſticos
vſque ad Papam, *c.nullus de iurepat. c. qualiter*
*& quando de iud.& ibi Bell.verſ.1.quæritur Put.*
*numero ſecundo, Imol. numer. 3.Ioann. de A-*
*nend.numer.1.in fine Alex.conſ.8.ſub nu. 9. verſ.*
*quinimo vol.1.*
6 Reus ſortitur † forum multis modis enu-
meratis per Bellam. *in cap. ſane 7. quæſt. hoc*
*titul.* 1. ratione domicilij, quod eſt duplex:
Naturale ſiue originis propriæ in qua ſpe-
ctatur dies puerperij non conceptionis, *l.*
*eius 1.ff.ad municip.* vel paternæ, *l.filios l.ori-*
*gine C.de municip.& orig.lib.* 10. Nam filius
familias ciuitatem ex qua pater naturalem
originem ducit non domicilium ſequitur, *l.*
*aſſumptis §.filius ff. ad municip.* facit ciuem,
datur ſine habitatione, *l.ciues C.de incol. &c.*
*lib.*10.*l.*1.*& l.incola.la.*1.*ff.ad municip.* eſt im-
mutabile, niſi locus ſubijciatur aratro, *cap.*
*poſtulaſti & ibi Felin.numer.2 hoc titul.Gail. obſ.*
*36.lib.2.numer.5. aſſumptis ff.ad municip.* per-
ditur per deſertionem, & habitationem ex-
tra prouinciam, ſi non participat de mune-
ribus & honoribus, *l. prouinciales ff.de verb.*
*ſignif. l. in adoptione & ibi gloſ. in verb. non*
*mutatur C. de adopt. Bald.in auth. ſed omnino*
*poſt num.35.& 36.C. ne vxor pro marito Cæſar.*
*deciſione 15.de probat. quæ eſt Rota diuerſ. deciſ.*
*327.part.1.* per matrimonium carnale, quia
vxor ſequitur forum viri, *l.cum quædam puel-*
*la ff.de iuriſd. omn.iud.l.exigere ff.de iud. l. fin.*
*verſ.item reſcripſerunt 2.ff ad municip.* non per
diſpenſationem, *l.ea quæ ff.ad municip.* neque
per matrimonium ſpirituale quia factus
eſt canonicus ſæcularis, *cap.poſtulaſti hoc tit.*
*& ibi Felin.ſub num.* 2. aut regularis, vel mo-
nachus, *c.cum nullus § fin.& ibi gl.fin.de temp.*
*ord.& qualit.&c.in 6.Felin in c dilectus el.2.poſt*
*nu.8 de reſcript.* Accidentale † quod conſti- 7
tuitur, non nuda conteſtatione, ſed re & fa-
cto, id eſt animo perpetuo habitandi & ha-
bitatione, *l.domicilium l. fin.verſ.item reſcripſe-*
*rũt 4.ff.ad municip. &c.Fel.in d.c.dilectus el.2.n.*
*x.& ſeq.Gail.obſ.35.n 3 & 7.lib.2.Greg.XV.deciſ.*
*279.n.11.& ſeqq.& ibi annot.* ſine aliqua inſpe-
ctione temporis, *l.eius §.celſus §.ad municip. l.*
*pupillus §.incola.ff.de verb ſignif.Pan.in c.fin.n.8.*
*de parochijs&c.Rot.diuerſ.deciſ.105.150.part.2.*
eſt mutabile, *l.incola.2.l.domicilium l.nihil ff.ad*
*muni-*

muncip.Gail.obſ.55.& 36 n.4.lib.2.ſola domus
poſſeſſio,quæ in aliena ciuitate comparatur
domicilium non facit, l.libertus § 1.verſ.ſola
ratio & §.fin.verſ ſola domus ff.ad municip.pro-
ut neque poſſeſſio ſola maioris partis bono-
rum in loco, l.ciues & ibi gloſſ.pen.C.de incol.lib.
10.Hoſt.in c.dilectus el.2.n.6.& ibi Butr. num.
15.de reſcript.l.2.C.vbi ſenat.vel.Clar.&c.Greg.
xv.deciſ.279.num.5. & 6. dominus quoque
loci,aut vicarius in temporalibus perpetu-
us, non eſt loci ipſius ciuis, Butr.in c.ex parte
num.4.de Cleric.ægrot.vel debil.Grammat.deciſ.
103.nu.111.Greg.xv.deciſ.279.num.8. & ſeqq.
in ſcholaribus requiritur decurſus decem
annorum,quia veniunt cauſa ſtudendi &
non conſtituendi domicilium, l.2.C.de incol.
lib.10. & de alibi geſtis, in loco ſtudij non
poſſunt conueniri, Pan.in c.quod clericus num.
8 4.& 5 hoc tit. laicus pluribus † in locis po-
teſt habere domicilium, ſi vtrobique ita ſe
inſtruxerit, vt non ideo minus apud alteros
ſe collocaſſe videatur, l.Labeo & l.ſeqq. §.fin.
verſic.Iuriſprudentibus ff.ad muncip. ac poteſt
quis eſſe ſine domicilio, vt ſi eo relicto iter
faciat, quærens quo ſe conferat, l. eius qui 2.
§.Celſus.ff.ad municip. Clericus ſæcularis ha-
9 bens beneficium † requirens reſidentiam,
ſortitur ibi domicilium, ſecus ſi non requi-
rat reſidentiam, cap.dilectus filius el.2.& ibi gl.
in verbo domicilium de reſcript. & ibi late Felin.
num.1.& ſeqq.Felin.in c. poſtulaſti ſub num.1.
hoc tit. ſi plura habeat beneficia requirentia
reſidentiam, dicitur habere plura domicilia,
ſi omnibus æqualiter deſeruiat, ſecus ſi alte-
ro deſeruiat per vicarium, c primatus 71.diſt.
& ibi gloſſ.fin.cap.quoniam & ibi gloſſ.1.21.quæſt.
2.gloſſ.1.in cap.quia in tantum de prob. Prælati
10 † regulares ſortiuntur domicilium loci præ-
laturæ ſuæ & extra monaſterium non poſ-
ſunt dici habere domicilium: cum ex vi pro-
feſſionis teneantur ad ſtabilitatem, Innoc.
in cap.vxore in gloſſ.ſuper verb.exempta verſ.item
in caſibus & ibi Ioan.Andr.verſ.item ratione poſ-
ſeßionis de priuileg. Monachus † ſortitur do- 11
micilium in loco ſui monaſterij, quod durat
donec in eo perſeuerat, & finitur per trans-
lationem in aliud monaſterium. c.cum nullus
§.fin de temp.ord.in 6.Pan.in cap.fin.ſub num.2.
hoc tit. Forus domicilij ordinarius † eſt con 12
currens cum quolibet foro, l. hæres abſens
§.fin.ff.de iud.c.dilecti & Fel.in c.fin.n.23. hoc tit.
facit aliquem ſubditum, Clem. 1.& ibi glo.in
verbo ſubditos hoc tit.Gail.obſer.15.de pignorat.n.
2.& ſeq.& num.7.

Secundo † ratione immobilis rei, nam 13
pro fundo qui eſt in ciuitate Vltraiectina,
datur optio actori, an velit conuenire fo-
renſem actione reali, vel mixta, aut ſcripta in
rem, non mere perſonali, in loco rei ſitæ,
gloſſ.in l.forma in verb.leuari ff. de cenſib. & ibi
Bart.c.ſane & ibi gl.fin.c.ſi clericus hoc tit. Pan.in
c.fin.ſub.num.43.hoc tit. vel in loco domicilij
ipſius forenſis, c.dilecti & ibi poſt gloſſ. Pan.nu.
10.Pan in cap.ſane num.4.hoc tit.& ibi Can.glo.
fin.in l.fin.C.vbi in rem actio & ibi DD.in actio-
ne reali pro re mobili non ſortitur quis fo-
rum ratione rei gloſſ.in l.fin.C.vbi in rem actio
&c.Franc.Marc.quæſt.1087.num.3.part.1. niſi
ſit permanſura in loco, Pan.in c.fin.ſub n. 43.
hoc tit. Quando agitur de † beneficio puta 14
de titulo † beneficiati; an ſit intruſus, vel 15
non, vel diſputatur de iuribus ipſius eccle-
ſiæ, actor excluſa optione compellitur age-
re coram epiſcopo, in cuius diœceſi ſitum
eſt beneficium, Felin.in c.dilectus filius el.2.nu.
9.& 10.de reſcript.glo.1.in cap.quia in tantum
verſ.& coram vno epiſcopo conuenietur tantum de
his quæ ad vnam pertinent eccleſiam de præb. ratio
diuerſitatis eſt, quia vbi agitur actione reali
de rebus prophanis, quod reus magis con-
ueniatur in loco rei, quam in loco domicilij,
concernit ſolum commoditatem, & inter-
eſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſe partium, in cauſa beneficiali agitur de
concernentibus officium ipſius epiſcopi,
cuius intereſt ſcire de canonica inſtitutione
clericorum in ſubiectis ſibi eccleſijs, *c. ordinarii de offic.ord.in* 6. & ad eundem cura de
dotibus eccleſiarum conſeruandis ſpectat.
16 *c.1.& ibi not.de relig. domib.* Præterea † quando notorie conſtat de dominio vero & pleno eccleſiæ in rebus prophanis immobilibus in iudicium deductis, adiri poteſt etiam
à laico contra laicum iudex eccleſiaſticus
qualicunque agatur actione reali, vel etiam
actione perſonali ex re ſeu pro re, quia res
huiuſmodi immobiles eodem gaudent fori
priuilegio, quo ipſæ perſonæ eccleſiaſticæ; item quando conſtat res immobiles eſſe ipſius clerici, qui poteſt laicum ſuper eiſdem
rebus coram iudice eccleſiaſtico conuenire,
*c.ſi clericus & ibi Marian. Socin. num.* 15. *aſſerit
dari huiuſmodi priuilegium de foro compet. Pan.
ſub num.*12.*verſ.*3.*membro principali Butr. num.*
2.*& ſub num.*9.*verſ.ſed ceſſantibus his qualitatibus, Innoc. Collect. Ioan.de Auend, num.*2. *Io. de
Imol. num.*2.*contra Hoſt.& Ioan. And. aliter ſentientes Ludou. Bolog. ad conſ. Ioan de Auend.* 8 *nu.*
7.*in fine & numer.* 8. ſed ſi laicus res ſuas proprias aſſeuerat, debet ad laicum iudicem
17 trahi. *d.c.ſi clericus*, Tertio ſortitur † forum
ratione contractus, in loco contractus, *l.
hæres abſens ff.de iud.c.fin.hoc tit.c* 1. §. *contrahentes hoc titul.in* 6.*Bald.in l.ſi poſt perfectam
num.*3.*C.de euict.* quo nomine venit omnis
obligatio, *l.omnem ff.de iud.* ac quaſi contractus, *d.l.hæres abſens* §.1.*& ſeqq.* etiamſi initus fuerit pro procuratorem ſeu inſtitorem,
*l. hæres abſens* §.*apud Labeon.ff. de iud.Boer.dec.*
114. niſi eum quaſi viatore contraxerit, *l.hæres abſens* §.*proinde verſ.nam vbi ſic venit ff.de iud.
c.1.*§ *nec etiam & ibi glo. in verb. reſpondere &
Can.de for.compet.in* 6.*Pan in cap.licet num.* 33.
*vbi ponit, tres limitationes de for compet.& Can.*

nec non in loco deſtinatæ ſolutionis, *l. contraxiſſe ff.de act.& oblig.d.leg.hæres abſens* §.*fin.
Felin.in c.fin.ſub num.*17.*&* 19.*hoc tit.* etiamſi
ſit ſenator, *l.interdum* § *fin ff de iud.* ſi ibidem
reperiatur; nam inuitus coram iudice loci
contractus trahi non debet, licet ſi citatus eius auctoritate comparere contemnat, decernere poſſit contra ipſum miſſionem in
bonorum poſſeſſionem, ex primo decreto,
vt dictum eſt titulo de iudicijs, *c.*1.§.*contrahentes hoc tit.in* 6. imo ſi Romæ contrahatur
& ſolutio alibi deſtinetur, non dicitur Romæ eſſe contractum, quoad effectum, vt ibi
reus à creditore poſſit conueniri, vel econtra reus ibi poſſit ſoluere inuito ſtipulatori,
niſi ei ſoluatur omnis vtilitas, quæ ratione
loci verſaretur, *l.qui Romæ in princ.& ibi Alex.
num.*3. *Angel. Peruſ.nu.*2.*& DD. per illum text.
ff.de verb.obl.Iaſ.in l.alio loco num.*5.*ff.de eo quod
certo loco &c.& ibi DD.l.is qui certo loco ff. eod.*
Fallit in dote quæ reperitur in loco domicilij mariti, *l.exigere ff.de iudic.* vel in loco domicilij, quod tempore contractus habuit,
licet hoc poſtea tranſtulerit, *l.iuris ordinem ff.
de iuriſd. omn. iud.* Hæres conuentus † ex 17
contractu defuncti ſequitur forum defuncti, nec poteſt proprium priuilegium allegare, niſi ſit clauſum in Corpore iuris, *d. l.
hæres abſens & ibi gl.in verb. excuſatur* ideo ſi
clericus ſuccedat laico, mutat iudicem, quia
poteſt declinare iudicem laicum, ſed non
mutat locum, quia poteſt conueniri coram
epiſcopo loci, non obſtante quocunque priuilegio exceptionis; *Alberi.in d. l. hæres abſens.* in alijs competit † exceptio hæredi, vt 18
ibi conueniatur, vbi eſt maior pars hæreditatis, *l.ſi fideicommiſſum in princ. ff.de iud.* vel in
loco domicilij hæredis, *l ſi fideicommiſſum* §.
*pœn.* quæ ceſſat quando conſtat de voluntate teſtatoris expreſſa, *d.l.ſi fidei commiſſum in
princ.* vel præſumpta ex qualitate rei reli-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctæ, vel perſonæ eius cui relinquitur, quod
voluerit fideicommiſſum præſtare vbi peti-
tur, *l. ſed etſi ſuſcepit §. 1. ff de iud.* vel hæres i-
pſe ſoluere incæpit, *d. l ſi fideicommiſſum §.
fin. cum l. ſeq.* iſtaue exceptione prætermiſſa
alias exceptiones oppoſuit, *l. ſed etſi ſuſcepit &
ibi Bart. ff. de iud.* aut res eo loco ſita ſit, vbi
fideicommiſſum petitur, vel petatur de fi-
deicommiſſo ſatiſdatio, *d. l. ſed etſi ſuſcepit §.*
19 *fin.* Is qui pro † hærede, aut poſſeſſore bona
hæreditaria poſſidet, petitione hæreditatis,
vel ex edicto d. Adriani conueniri poteſt,
vbi hæreditas eſt ſita, & ſi bona hæreditaria
in diuerſis locis ſint ſita, in quolibet loco
poteſt conueniri, licet actio ſit vniuerſalis,
*l. regulariter cum ll. ſeqq. ff. de petit hæred. Bald. in
l. vnica num. 2. C. vbi de hæred. agatur.* ac etiam
in loco domicilij, *d. l. 1. C. vbi de hæred. agatur*,
quia petitio hæreditatis eſt actio mixta, &
quantum ad forum, ſequitur naturam a-
ctionum perſonalium, & realium, *l. ſi fidei-
commiſſum § fin. ff. de iud. l. hæred. C. de petit. hæ-
red. l. vnica & ibi gloſſ. fin.* Si plures ſint poſ-
ſeſſores, omnes ad eundem iudicem, vbi
maior pars hæreditatis eſt ſita, & forus eſt
principalior, ſunt mittendi, *l. 1. ff. de quib. reb.
ad eund. iud. eatur. Bald. in l. 2. num. 54. C. de edict.
d. Ad. toll. glo. pen. in l. 3. C. vbi conuen. qui cert loc.
dar. prom. l. quæro ff. de ſolut. l. 3. ff. de bon. aut iud.
poß.* niſi inter eos ſit clericus, *Soc. ſen. in c. ſane
in nona declaratione hoc titul. Mand. in term. de in-
hibit quæſt. 69. num. 3. & ſeqq.* quia obligatio
rem reſtitui eſt diuidua, vt inferius dicetur,
& quilibet tenetur ad reſtitutionem pro
parte ſua, quam poſſidet. Quarto ratione
20 † delicti, ſiue ciuiliter conueniatur, ſiue cri-
minaliter accuſetur, *Auth. qua in prouincia &
ibi gl. in verbo deliquit, C. vbi de crimine agi &c.*
in loco delicti, *l. ſi cui crimen §. idem Imperator
ff de accuſ. & inſcript. cum contingat c. poſtulaſti c.
fin. hoc titul, c. 1. de raptor. l. fin. ff. de accuſ.* quod
etiam in militibus obſeruatur, *l fin ff de accuſ.
& ibi gloſſ. fin.* ac in loco, in quo accuſatio
fuit inchoata coram iudice habente cogni-
tionem cauſarum criminalium, licet incom-
petente, nam merum Imperium prorogari
poteſt, non per errorem, ſed ſcienter, *l. ſi per
errorem ff. de iuriſd. om. iud.* quando procedi-
tur per viam accuſationis; ſecus ſi per viam
inquiſitionis, *Bald. in d l. num. 3. & 10. C. vbi de
crimine &c. Clar. lib. 5. pract. crimin. § fi. quæſt.
42. Couarr. pract. quæſt. cap. XI. ſub nu. 10. verſ. ea
vero lex plures citans*, quia in ea non ſunt par-
tes, quæ poſſint prorogare, & iudex non
poteſt prorogare iuriſdictionem in ſeip-
ſum: in loco, † vbi quis plurimum conuer- 21
ſatur, *l. 1. C. vbi de crimine &c. c. fin. & ibi gl. 1.
Pan. hoc tit l. eius qui la. 2. in pr. ff ad municip. l. 2.
in fine C. vbi Senat. vel Clariß.* omni ceſſante
priuilegio in corpore iuris non incluſo, *Au-
then. qua in prouincia C. vbi de crimine &c. & ibi
Bart. gl. 1. in d. c. fin.* ac etiam † in loco domi- 22
cilij; *d. l. 1. C. vbi de crimine agi oportet*, quando
crimen eſt graue, remittitur puniendus ad
iudicem, vbi deliquit eo poſtulante, *d. l. 1. C.
vbi de crimine agi oport.* Mandatario in delictis
† non datur dilatio, ad conſulendum man- 23
dantem, quia mandatum continet formam
delicti, *Auth. vt nulli iudicum §. ſi quis compre-
henſorum Pan. poſt gl in d. c. fin. nu. 6. & ſeqq. hoc
tit. Barto & Bald in d. l. 1. C. vbi de crimine*,
Fallit in mandatario conuento de delicto
commiſſo cauſa & occaſione contractus,
cui danda eſt dilatio ad denunciandum do-
mino, non vt ex hoc liberetur Conuentus,
*l. non ideo minus C. de accuſ. Bald in d. authenti-
ca qua in prouincia n. XI. l. cum fundum ver. quæ-
ſitum ff. de vi & vi armat.* ſed vt à domino poſ-
ſit inſtrui de ſuis defenſionibus, *glo. in d. auth.
qua in prouincia in verb. eo autem abſente in ſecun-
da caſus poſitione & ibi Bart. n. 4. arg. c. conſtitutis
de procurator.* ſiquidem mandatum fuit

ex-

expreſſum, & ſpeciale, quia Dominus locauit fundum cum talibus finibus, qui compræhendebant aliena. Procurator criminaliter conuentus & condemnatus non poteſt ſatisfacere de bonis domini, quia illicitum mandatum ſuſcepit, *l. cum fundum §. quæſitum ff. de vi & vi armat. §. illud Inſtit. de mand.* & ſoluendo Dominum non liberat, *l. ſi quis id quod in fine cum l. ſeq. ff. de iuriſd omn. iud. l. item mala §. ſi plures ff. ad l. Aquiliam gl. in c. 2. in verb. coactus & ibi Can. de his quæ vi vetuſq; cauſa fiunt.* Ciuiliter vero conuentus ad intereſſe & cõdemnatus, poteſt ſatisfacere de bonis Domini, & in illis poterit fieri executio procuratore hoc volente, *l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes ff. mand. d. auth. quæ in prouincia & ibi Bart. n. 10.* quia hoc caſu vtiliter gerit negotium abſentis Domini, & ſolutio procuratoris liberat Dominum, *l. 1. 2. reſp. C. de condit. furt. Inſt. quib. mod. tollitur oblig. in princip.* Si vero datum fuit mandatum generale, ex delicto procuratoris, nullo modo in Dominum poteſt fieri executio, quia in generali mandato non venit delictum, *l. ſi procurator ff. de cond. indeb. l. 3. §. ſi procurator ff. quod quisque iuris &c. & ibi gl. in verb. me ſolum*, Ra-
24 tione contractus delicti, & rei, exempti † quantacunque gaudent libertate, ſiue perſonali, ſiue reali, necnon priuilegiati, vt nonniſi ſub vno certo iudice de ſe conquerentibus reſpondere teneantur, ſi contractus ſit initus maleficium factum in loco nõ exempto, res litigioſa non exempta, de quibus contra illos agitur, rite poſſunt, coram locorum ordinarijs ſi ibidem reperiantur, conueniri, & illi quoad hoc ſuam in ipſos iuriſdictionem exercere, *c. 1. de priuileg in 6. Rot. deciſ. 702. part. 1. diuerſ.* quia ratione contractus, delicti, vel rei, etiam penitus extraneus efficitur de iuriſdictione iudicis illius loci, licet non efficiatur illius ſubditus, vt dictum eſt, *Clem. 1. & ibi gl. in verb. ſubditos h. t. & ibi Can. Fel. in c fi. n. 23. de foro compet. & ibi Can.* nec tamen inutilis eſt, imo in multis prodeſt exemptio, ſiue priuilegium. Primo quia corã ordinarijs non poſſunt conueniri, dummodo ſit in loco exempto commiſſum delictum, contractus initus, aut res litigioſa. Secundo quia vbi domiciliũ habent, ſi alibi delinquãt, vel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, non poſſunt aliquatenus conueniri, *d. c. 1. §. nunquam ergo de priuileg in 6.* Tertio quia prætextu domiciliorum, locorum diœceſani non habent aliquam poteſtatem in delictis remittendi illos, vel ratione contractus, aut rei ſitæ ipſis iniungendi, *iuxta c. 1. §. contrahentes. h. t. in 6.* vt in loco contractus, aut rei ſitæ compareant, & reſpondeant, ſed eſt recurrendum ad ſummum Pontificem, *d. c. 1. § nunquam ergo innouatum per Concil. Trid. c. 14. ſeſſ. 7. in princ. Franc. in d. c. 1. n. 2. & 3. & ibi Anch. & Can. communiter.* Quarto ſi exemptus delinquat in perſonam non exemptam, vt quia abbas exemptis negligens eſt, in regimine membrorũ non exemptorum, aut illis iniuriatur, ordinarius non poteſt eum punire, *c. ex ore & ibi Io. And. n. 7. de priuileg. & Can.*
Ex decretis † Concil. Trid. in cauſis merce- 25
dum, & miſerabilium perſonarum, clerici ſæculares aut regulares extra monaſterium degentes quomodolibet exempti, etiamſi certum iudicem à ſede apoſtolica deputatũ in partibus habeant, in alijs vero ſi ipſum iudicem non habuerint, coram locorũ ordinarijs tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis conueniri, & ad ſoluendum debitum compelli poſſunt, *c. 14. verſ. addendo inſuper ſeſſ. 7. cap. 5. in fine ſeſſ. 14.* priuilegijs, exemptionibus, conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduerſus præmiſſa, non valituris. Quinto ratione ſub-
miſſionis, quando † maior, vel æqualis ſe 26



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſubijcit iuriſdictioni alterius, poteſt ei & ad-
uerſus eum ius dici, *l. eſt receptum ff. de iuriſd.*
*omn. iud.* A ratione renunciationis priuile-
gij fore, *l. penult. C. de pact. Mynſ. obſ. 88.*
*cent. 1.*
27 Sexto ratione comunis † patriæ, Romæ,
ideſt vbicunq; eſt Papa, *Bald. in l. 2. §. leg. nu.*
*1. ff. de iud. Pan. in c. fin. num. 45. hoc tit.* quilibet
poteſt conueniri, ſi ibidem reperiatur, tam
laicus, *l. roma ff. ad municip. & ibi gloſſ. & Butr.*
in cauſis ſpiritualibus, *Pan. in d. c. fin. num. 45.*
*hoc tit.* quam clericus, *c. fin. hoc tit.* quia ſedes
apoſtolica omnium eccleſiarum eſt Mater,
& magiſtra, & Papa eſt ordinarius & totus
mundus eſt ſibi territorium quoad cauſas
ſpirituales, *c. cuncta & c. per principalem 9. quæſt.*
*3. cap. quis dubitet duo ſunt 96. diſt.* idem di-
28 cendum † in imperatore, vt vbicunque ſit,
dummodo locus ſit ſibi ſubiectus, cenſeatur
Roma, vt poſſit quilibet coram eo conue-
niri, quia habet poteſtatem ſuper toto mun-
do, *c. duo 96. diſt. l. bene à Zenone C. de quad. præ-*
*ſcript. Pan. in cap. fin. num. 45. hoc tit. Bald. in l. 2.*
*§. legatu ff. de iud.* nec competit vlli exceptio
29 declinatoria fori; ſed † ſi ex iuſta & neceſſa-
ria, aut probabili cauſa venit Romam com-
petit ne à ſuſcepto officio auocetur, ſiue
perſonali ſiue reali actione conueniatur, *l.*
*non alias §. fin. l. ſed etſi reſtituatur §. ex quibus ff.*
*de iud.* perſonale, *d. l. ſed etſi reſtituatur in fine*
*princ.* ius reuocandi domum, ſecus ſi vene-
rit ex cauſa voluntaria, *d. c. fin. hoc tit. l. 2. §. le-*
*gatis ff. de iud. c. expoſuit & ibi gloſſ. in verb. vtili-*
*tate de dilat. c. 1. & ibi gl. in verb. venerit 5. quæſt.*
*2.* data nuda cautione pœnali iudicio ſiſti
coram iudice ſuo ordinario, *d. l. 2. §. fin. verſ.*
*ſed etſi dubitetur ff. de iud. & ibi DD. Pan. in d. cap.*
*fin. num. 49. hoc tit.* imo ſi poſt citationem ad
cauſam executam reus pro publica vtilitate
vocetur Romam, ſiue locum iudicij, cir-
cumducitur peremptorium, & habebit no-
uas inducias, *c. fin. de dilat.* & ius reuocandi
domum, ſiue in curia romana, ſiue in alio
quolibet loco reperiatur, tam in cauſa prin-
cipali, *Felin. in c. fin. ſub num. 25. verſ. adiit Ma-*
*ria. hoc tit. d. c. fin. de dilat.* quam in cauſa ap-
pellationis in loco vbi prouocationes exer-
centur, *Fel. in d. cap. fin. ſub num. 25. verſ. conſide-*
*ra duo hoc tit.* ac debet iſta exceptio reuocan-
di domum proponi ante † litem conteſta- 30
tam, quia eſt dilatoria, *c. fin. ibi quam ſi tunc*
*allegaſſet hoc tit. & ibi Fel. ſub num. 22. verſ. com-*
*petit vbi ponit regul. & fallent. & Can.* vt ſi Lega-
tus venit Romam, *d. §. legatus l. non alias §. fin.*
*l. de eo cum duabus ll. ſeqq. ff. de iud.* Epiſcopus e-
uocatus fuerit pro eccleſiæ Romanæ ſubſi-
dio, *d. c. expoſuit d. l. non alias.* vel acceſſerit
pro negociis eccleſiæ ſuæ vel ciuitatis: *Auth.*
*de ſanct. epiſc. §. ſi quis Epiſcopus verſ. ſi vero epiſ-*
*copi,* clericus miſſus fuerit procurator ab e-
piſcopo, *d. auth. de ſanct. epiſcop. §. ſi quis epiſco-*
*pus verſ. reuerendiſſimi,* ſiue quis vocatus fuerit
cauſa teſtimonii dicendi, iudicandi, vel a-
liam publicam vtilitatem, aut acceſſerit cau-
ſa appellationis proſequendæ, tutelæ red-
dendæ, *d. §. legatis gloſſ. fin. in c. fin. hoc tit. & ibi*
*Can.* ſiue quis venerit Romam vt filios ſuos
videat in ſcholis, cauſaue peregrinationis,
deuotionis, *d. §. legatis & ibi gloſſ. in verb. ob a-*
*liam & DD.* niſi Romæ † contraxerit vel de- 31
liquerit, *l. non alias in prin. ff. de iud.* Exceptis
Legatis, qui licet Romæ contraxerint, dum-
modo ante Legationem, non compellun-
tur ſe Romæ defendere, etiamſi in legatio-
ne conſtituerint, quod ante legationem de-
buerint, *l. ſi quis in legatione ff. de iud. & ibi gl.*
quamdiu ibi cauſa legationis morantur: *d. §.*
*legatis verſ. omnes.* de contractibus vero tem-
pore legationis celebratis, & delictis com-
miſſis, ſiue ipſi admiſerint, ſiue ſerui eorum,
coguntur Romæ iudicium pati, *d. l. non alias*
*§. le-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*§ legati l. ſi legationis ff. de iudic.* aliter poteſtas dabitur legatis ſub hac ſpecie, res alienas domum transferendi: ſed ſi legationis tempore adierunt Romæ hæreditatem, non competit in eos actio, licet, niſi ſatiſdetur eiin fideiuſſoribus, creditores & legatarij mittantur in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, *l. de eo cum l. ſeq. ff. de iud.* aut ſi reſtituatur eis hæreditas ex Trebelliano, ſiue ſponte, ſiue coactus hæres eam adierit, *l. ſed etſi ff. de iud.* contra ſi legatus tempore lega-
32 tionis adierit, & reſtituerit, datur in fideicommiſſarium actio, *d. l. ſed etſi*, Præterea † ij quibus datur vis reuocandi domum, coguntur Romæ ſe defendere, quando ibi aliquem in iudicio pulſauerint aduerſus omnes, *Pan. in d. c. fin num. 48. in fine*, vel potius aduerſus illos tantum, contra quos agunt, quia reconueniri poſſunt, niſi ſuam iniuriã, aut furtum damnumue proſequãtur, quod nunc paſſi ſunt. *l. qui non cogitur d. l. 2. §. ſed etſi*
33 *agant & ibi gloſſ in verbo compelluntur ff. de iud.* Differunt † tamen Legati à cæteris, quia hi in eo ſolo priuilegio reuocandi domum vtuntur, quod in ciuitate ſua vel certe intra prouinciam ſuam contraxerint, legati vero in omnibus dummodo non contraxerint tempore legationis, *d. § legatis verſ. fin. & ibi gl. in v. rb. ſi extra gl. 2. in d. l. non alias Pan. in c. fin. ſub num. 46. hoc tit. Innoc. poſt num. 4.* Is qui acceſſit Romam cauſam petendi reſtitutionem in integrum, non gaudet priuilegio reuocandi domum quia continet petitionem veniæ proprij erroris, & alium impugnat
34 voluntarie; *Pan. in d. c. fin. num. 48. & ibi Ioan. And. & Can.* Ceſſat † hoc priuilegium in cauſis celeritatem deſiderantibus, vt in electionibus prælatorum, *d. l. ſed etſi § ex quibus § adium Innoc. in d. c. fin. num. 4. & ibi Pan. in fine hoc tit.* ſi dies actionis exitura erit cauſa cognita aduerſus eos prætor iudicium dat, vt lis conteſtetur, & ita in prouinciã transferatur, *d. l ſed etſi reſtituatur §. pen. ff. de iud.* quando finito officio Romæ ſubſiſtunt voluntarie, *l. 2. § legatis verſ. omnes ff. de iud.* Porro legitime citatus ad cauſam coram competente iudice ad petitionem aduerſarij, ſi poſtmodum alterius iuriſdictionis eſſe cæperit, primum iudicium cæptum declinare non poteſt, *l. cum quadam ff. de iuriſd. om. iud. & ibi gloſſ. fin. in verb. quod generaliter l. ſi quis poſtea & l. vbi ff. de iud. c. propoſuiſti hoc tit.* quia per ſolam citationem inducitur præuentio, & perpetuatur iuriſdictio, *cap. capitulum S. Crucis & ibi gloſſ. in verbo prius de reſcript. c. vt debitus & ibi gloſſ. mag. in verb. aſſignata de appell. & ibi Can. gl. in d. l. vbi Captum & ibi DD.* Viduarum cauſæ † non ſpectant ad iudicium eccleſiaſticum, ſed ad iudicium ſæculare, *cap. regum 23. quæſt. 5. l. vnica C. quando Imperator inter pupill. & vid. & c. ex tenore & ibi gl. in verb. in iuſtitia hoc tit. &*
*ibi Can.* ſunt ſub protectione eccleſiæ, *cap. ſi* 35
*quis de potentibus 24. quæſt. 3. c. ex parte 3. hoc tit. gl. in d. cap. ex tenore in verbo in iuſtitia hoc tit. & ibi Can. 87. diſt. in ſumma & c. 1. & ſeqq.* inuitæ ad curiam ſupremi principis trahi non poſſunt *per l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. &c.* quod ſi non allegauerint hanc declinatoriam, nec inſteterint pro remiſſione cauſæ, ſententiæ, & acta tenent, *Afflict. ſuper Conſt. regni rub. 37. num 28. Greg. xv. deciſ. 43. num. 3.* familia epiſcoporum gaudet priuilegio fori, ſecus in familia aliorum clericorum, *c. fin. de offic. archid. & ibi Can. Pan. in c. 2. num. 6. hoc tit.* Seruitores perpetui eccleſiæ, gaudent priuilegio fori, non temporales, aut mercede conducti. *c. Eccleſiarum ſeruos 12. quæſt. 2. & ibi gloſſ. plures textus allegat cap. indicatum & ibi gloſſ. 1. 89. diſt. & Can. l. 2. § verum etiam & §. fin. C. de epiſcop. & cleric. cap.*

*non minus in fine princ. de immunit. eccleſ. c. fin. de ſepult. in 6. Felin. in d. c. 2. hoc tit. & ibidem Can. c. 3 xj. quæſt. 1. & ibi gl. & Archid.*

36 Clericus & laicus debitores † debent conueniri coram epiſcopo ratione clerici, quando obligatio eſt indiuidua, quia magis dignus trahit ad ſe minus dignum, *l. præcipimus & ibi Bald. numer. 4. C. de appell. & Salic. capite quod in dubijs de conſec. eccleſ. vel altar. Socin. in capite 1. numero 15. declarat. hoc titul.* plures quoq́ue rei qui diuerſos Iudices immediatos habent propter eandem indiuiſibilem cauſam coram ipſorum omnium mediato ſuperiore conueniuntur, *l. nulli C. de iudic. l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat. Mynſ. obſer. 4. cent. 1.* ſecus ſi cauſa eſt diuidua, *l. ſi communem fundum & ibi Caſtr. & DD. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. Staphyl. de ſignat. liter. auſt. §. dicendum eſt modo numer. 1. & ſeqq. Mand. de inhibit. quæſt. 69. per totum Ma-*
37 *theſ. ſing.* 14;. Obligationes † iudicantur diuiduæ & indiuiduæ ſecundum naturam rerum in obligatione deductarum, *l. 4. §. Cato l. 2. § 1. & l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. commod. l. græce §. illud ff. de fideiuſſor.* ſtipulationes ſeruitutum indiuiduæ ſunt, *d. l. ſtipulationes non diuiduntur l. ſi ſub vna §. fin. & l. pluribus §. etſi placeat. ff. de verb. oblig. l. pro parte ff. de ſeruitut.* vſus enim earum indiuiſus eſt, *l. via ff. de ſeru. l. 2. § 1. ff. de verb. obl.* inter omnes ſeruitutes, nedum reales, ſed etiam perſonales ſola ſeruitus vſusfructus eſt diuidua, *gloſſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in verb. ſeruitutum & ibi Iaſ. num. 7. & 8. & DD. communiter l. vſus pars ff. de vſu & habit.* Obligationes factorum affirmatiuæ, indiuiduæ ſunt; *d. l ſtipulationes non diuiduntur gloſſ. in d. l. 4. §. Cato in verb. diuiſionem.* vt foſſam fodi, inſulam ædificari, quia factum pro parte impletum non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam afferret totum reſpectu totius, *l in executione verſ. ſecundæ ff. de verbo oblig.* tum quia ex ſui conſummatione formam recipiunt, *l. ſi is qui quadraginta §. quadam ff. ad l. falcid. l. cum ſillamanum in fine C. de his quibus vt indignis &c.* in quibus poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, quæ eſt diuidua obligatione & ſolutione, *d. l. ſtipulationes non diuiduntur verſ. celſus autem d. l. 4. §. fin. ff. de verbo. oblig.* Obligationes facti negatiui, vel habentes virtutem negatiuam, vt amplius non peti, vel rem ratam haberi, quæ habet virtutem negatiuam, ne contraueniatur, & ne per me factum improbetur, ſunt diuiduæ, *d. §. Cato,* quia in facto negatiuo proprie non cadit ſolutio, vt locum non poſſit habere inconueniens, quod in diuerſis rebus partes ſoluerentur ex obligatione ad vnam eandemque rem, *d. l. in executione §. pro parte ff de verbor. oblig.* Pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit, mortuo promiſſore, ſi ex pluribus hæredibus vnus, contra quod cautum fuerit, fecerit, ſi id factum, de quo cautum eſt, indiuiduum ſit, ab omnibus hæredibus committitur, quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur, ſed non poteſt agi ad pænam contra vnum, niſi pro hæreditatis portione, quia pœna quæ conſiſtit in quantitate, diuidua eſt, *d. §. cato & ibi Iaſ. nu. 4. & DD. communiter.* at ſi de eo cautum eſt, quod diuiſionem recipit, is hæres, qui aduerſus ea fecerit, pro portione ſua ſolum pœnam committit: quia in his, quæ diuidua ſunt, ex perſona hæredum mutatur conditio obligationis. In hac ſtipulatione Titium, hæredemq́ue eius ratum habiturum, ex pluribus hæredibus ſolus tenebitur, qui non habuerit ratum, & ſolus aget à quo

fuerit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuerit petitum, quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt. *d. § Cato in fine gloſſ. in l. legatarius ff. de leg. 1 l. 2 §. ex his ff. de verb. oblig. l. 2. § incertum ff. de prat. ſtipul.* Obligatio rem tradi, indiuidua eſt omni reſpectu tam obligatione, quam ſolutione, *d. l. ſtipulationes non diuiduntur in verb. fundum tradi.* nam ſi diceremus diuiduam, re pro parte tradita, conſequeretur tradens liberationem pro illa parte, & pro parte non tradita poſſet liberari ſoluendo intereſſe, ad quod poſt moram tenetur, quod eſt inconueniens, quia creditori non poteſt ſatisfieri in diuerſis rebus pro obligatione vnius & eiuſdem rei, vt dictum eſt, *d. l. in executione §. pro parte.* Obligatio rem dari, ſiue ſpecies ſit in obligatione, ſiue certa quantitas eſt diuidua obligatione & ſolutione, *l. ſi ſtipulatus ſit.* 1. §. 1. *ff. de ſolut.* ſecus ſi genus ſit in obligatione, aut alternatiua ſit obligatio, decem aut Stichum dari; *d. l. ſi ſtipulatus* 1. §. 1. *d. l. in executione § pro parte,* in quibus obligatio ſcinditur, ſolui autem niſi in ſolidum nõ poteſt; alioquin in diuerſis rebus recte partes ſoluerentur, quod eſt abſurdum, ne debitor id, quod ſibi debetur, non conſequatur. Obligatio rem reſtitui, quando competit ad ſpeciem, eſt diuidua obligatione, & contra quemlibet ex hæred bus promiſſoris debet agi pro portione hæreditaria; alias agens incidit in pœnam plus petentis, niſi forte vnus habeat facultatem rei reſtituendæ, *l. 3. §. hæres ff. commod. l. ſi plures ff. de vi vel vi arm. l. in condictione ff. de condict. furt.* quia participat cum obligatione dandi in hoc, quod re extante poteſt præciſe cogi ad rem reſtituendam, nec ſoluendo intereſſe liberatur; *l. in re furt ff. de condict. furt.* ſed indiuidua ſolutione: *l. ſi duo §. plane ff. depoſ.* ſi competit ad quantitatem reſtituendam, tunc etiam ſolutione eſt diuidua; *l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo & l. ſi duo in princ. ff. depoſ.* niſi reſtitutioni certæ quantitatis, aut dationis ſpeciei, vel quantitatis appoſita ſit ſtipulatio pœnalis, cuius reſpectu eſt indiuidua, & pro minima parte non ſoluta committitur pœna in totum; *l. in executione § pen ff. de verb. obligat. l. ſtipulatiõnum alia § fin. ff. eod.* quia conditio ſub qua debetur pœna cenſetur indiuidua, *l. cui fundus ff. de cond. & demonſt.* cum debeat impleri in forma ſpecifica *l. qui hæredi l. Mauius ff. de cond. & demonſt.* aut obligatio dandi quantitatem ordinetur ad factum, puta teſtator legat mille pro conſtruenda Capella, tunc quilibet hæredum in ſolidum tenetur, & nõ pro portione hæreditaria, quia mille danda ſunt pro executione facti indiuidui, nempe operis, capellæ, *l. fideicommiſſa §. pen. ff. de leg. 3.* & quando ordinatur ad factum, tunc idem iudicamus de datione, quod de facto, *l. naturalis §. quod ſi faciam & ibi gloſſ. 1. mag. in princ. ff. de reſcript. verb. Bald. & alij in l. cum proponas per illum text. C. de dol.* Ex quibus breuibus regulis conſtat, quando laicus ratione clerici, cum quo obligatus exiſtit, ad forum eccle-
ſiaſticum trahi poſſit. An † autem cognitio 38
& punitio criminis, ſimul à clerico & laico commiſſi, pertineat ad iudicem eccleſiaſticum, etiam quoad laicum, *vide late Couar. pract. quæſtio. cap. 34.*

Laicorum conſenſus expreſſus, vel taci-
tus, non autem error, eum † qui iuriſdi- 39
ctioni ſæculari, vel eccleſiaſticæ, *l. ſi qui l. epiſcopale C. de epiſcop. aud. & c. l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. iud. l. 2. ff. de iud. Franc. Marc. deciſ. 82. part. 1.* præeſſe dignoſcitur etiam ignorantẽ, *l. 2. in princ. verſ. conuenire autem ff. de iud.* ſuum poteſt iudicem conſtituere, *l. 1. l. priuatorum C. de iuriſd. omn. iud. l. 1. & 2. & l. pen. ff. de iud. l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iud.* exceptis feudalibus, *cap. ex tranſmiſſa & c. ſeq. de foro compet. c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cæterum de iud.* & exceptis ſpiritualibus, & a-
liis cauſis, quæ prorogationem non admit-
tunt, *Hoſt. in c. ſignificaſti ſub num. 2. verſ. nonum
de foro compet. & ibi Soc. num. 45. Butr. num. 10.*
40 *Can. c. omnis 1. de pœnit. & remiß.* Clerici in †
iudicem non ſuum, niſi forte ſit perſona ec-
cleſiaſtica, & epiſcopi diœceſani voluntas
accedat conſentire non poſſunt, *cap. ſignifi-
caſti hoc tit. & ibi gloſſ. & Can. cap. non liceat 3.
quæſt. 6. cap. 1. & 2. 9. quæſt. 2. Io. Monach. in cap.
Romana num. 3. vbi enumerat nouem requiſita de
foro compet. in 6. & Hoſt. num. 3. ac Can. Pan. in
dicto c. ſignificaſti num. 17. & ibi late Marian. So-
cin. in c. inclita & ibi gl. 2. ponit rationes diuerſita-
tis inter clericum & laicum 11. quæſt. 1.* & con-
traria conſuetudo eſt reprobata, *Bell. in d. c.*
41 *ſignificaſti in 2. quæſt.* Laicum † vero non poſ-
ſunt inuiti, vel voluntarij tacite vel expreſ-
ſe ſibi conſtituere iudicem, ex prorogata iu-
riſdictione, etiam in temporalibus cauſis, in
his quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, li-
cet proprium iuramentum, & conſenſus ad-
uerſarij accedat, *c. ſi deligenti hoc tit. & ibi gl. in*
42 *verbo manifeſte patet.* ac etiam conſenſus † e-
piſcopi, *c. decernimus & ibi Dec. num. 28. de iud.
Butr. in c. ſignificaſti num. 18. ibi ponit has duas re-
gulas cum aliquot fallentijs de foro compet.* quia
priuilegium fori eſt iuris diuini, *cap. ſi Impe-
rator & ibi gl. in verbo diſcuti 96. diſt. Præpoſ. nu.
1.* conceſſum toti ordini, *d. cap. ſi diligenti in
fin. c. cum contingit de ſent. excomm.* eius fauore
& odio laicorum qui oppido clericis ſunt
infenſi, *cap. laicos 2. quæſt. 7. Goffr. in ſumm. hu-
ius tit. ſub num. 19. verſ. nunc reſtat videre, & nu.
ſeqq.* Sed poſſunt prorogare iuriſdictionem
voluntariam iudicis laici, in qua non requi-
ritur citatio, vel tangitur perſona, licet re-
quiratur modica cauſæ cognitio, vt clericus
illegitimus poteſt per Imperatorem diſpen-
ſari, & legitimari; *late Achill. deciſ. 8. qui filij
ſint legit. Couarr. ſuper 4. decretal. 2. part. c. 8. §.
8. num. 19.* clerico poteſt à iudice laico de-
putari curator, non quidem omnium bo-
norum, ſed ad litem ſuper bonis patrimo-
nialibus, *Franc. in c. ſi annum §. ſi vero num. 5. de
iud. in 6.* Iudex laicus poteſt interponere de-
cretum ſuper emancipationibus clerico-
rum, inſinuationibus donationum; quando
laicus donat clerico: *Rip. in c. 2. n. 9. & ſeqq. de
iud. & ibi Can. Rot. deciſ. 7. eod. in nou.* Epiſco-
pus cauſam ciuilem clericorum laico poteſt
delegare, *c. 2. & ibi poſt gloſſ. in verb. præſumant
Can. de iud.* ratio diuerſitatis eſt, quia delega-
tus non iudicat iure proprio, ſed iure dele-
gantis, *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. cap.
ſane de off. deleg.* Sed quando eius iuriſdictio
prorogatur, cognoſcit auctoritate propria,
quia iuriſdictio prorogata eſt eadem cum
prima, *P. & G. & ibi gloſſ. fi. & Can. de offic. de-
leg. c. ſignificaſti & ibi Pan. in fine Zab. in fine de
foro compet. & Can. communiter,* Iudices debẽt
† habere notarium publicum, vel duos ido- 43
neos viros, qui acta iudicij excipiant, & ſcri-
bant in iudicio ordinario, extraordinario,
ac ſummario; præterquam in cauſis modi-
cis, & breuioribus; quorum originalia re-
manent apud ipſos ſcriptores, quæ inſpi-
cienda exhibent *l. 2. C. de edendo.* deſcriptaque
exempla litigatoribus edunt, *l. præcipimus §.
in his autem C. de appellat. cap. quoniam contra de
probat. & ibi Pan. num. 3. Pariſ. num. 14. & Can.
communiter l. ne in arbitris & ibi Bart. num. 3. &
7. C. de recept. arbit. & ibi DD.* alias ſi quid diffi-
cultatis euenerit, non creditur iudici, ſuper
proceſſu, niſi in quantum per acta, vel per
alia legitima documenta conſtabit, *d. c. quo-
niam contra Mynſ. obſ. 11. cent. 1. & obſ. 16. cent.
2.* inter notarios Rotæ & aliorum tribuna-
lium Curiæ practicatur, quod pro teſtibus,
in actis apponuntur præſentes Socij, *Mohed.
deciſ. 6. de fid. Inſtr.* Omnia † acta intelligun- 44
tur eſſe publica eo ipſo, quod facta ſunt
præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præſente iudice, & tabellione, ſecus ſi iudex abeſſet, *l. iubemus & ibi gloſſ. fin. C. de lib. cauſ. & DD l. acta ff. de re iud. l. ſiue apud acta C. de tranſact.* aut tabellio, *c. quoniam de prob. Bald. in l. geſta numer. 16. C. de re iud. Zab. in clem. ſæpe §. & quia numer. 14. de verb. ſignif. l. 2. C. de edendo.*

## De Libelli Oblatione.

## Titulus III.

### *SVMMARIA.*

1 *Reo citato ad iudicium danda eſt copia libelli ſumptibus auctoris, vt poßit deliberare.*

2 *Quæ regula fallit in cauſis leuibus & alijs pluribus.*

3 *Iuxta Stylum Curiæ, primæ citationis, quæ intimatur vt deuoluat negotium ad Curiam, dari debet copia reo ſumptibus citantis, vel debet legi per notarium non data vel petita copia.*

4 *Eadem prima citatio debet continere inſertam commißionem.*

5 *Libellus conuentionalis quæ continere debeat.*

6 *Actionis cuiuſuis duplex eſt cauſa, proxima & remota, & quanam in libello ſit exprimenda fuſe explicatur.*

7 *Beneficij poſſeßionem poteſt quis retinere, & adipiſci ex pluribus titulis, etiam habitis à diuerſis.*

8 *Ius ad beneficium habens, ex pluribus cauſis agere prohibetur, vnde ex duplici electione non poteſt peti confirmatio*

9 *Ius in beneficio, ex vna tantum collatione poteſt quis habere.*

10 *Res in libello, an & quomodo ſit exprimenda.*

11 *Libello ſententia debet eſſe conformis, alias eſt nulla.*

12 *Fallit dicta regula in quatuor caſibus.*

13 *Tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem.*

*Summa in Decretales.*

*Fallit in annuis & menſtruis debitis, & in redditibus, in quibus ad præſentes, præteritas, & futuras penſiones agi poteſt.*

REo citato † ad iudicium, danda eſt co- 1
pia libelli ſiue petitionis actis conti-
nuo inſerendæ, *Clem. ſæpe contingit §. verum*
*quia de verb. ſignif.* Sumptibus actoris vt reus
poſſit deliberare, an velit cedere vel contra-
dicere, *Clem. cauſam & ibi Can. de elect. l. 2. & i-*
*bi gl. ff. in verbo ſuo iure & Bald. in fine C. de hæ-*
*red. vel actio vend. l. 1. ff. edendo cap. 1. & Pan. in c.*
*2 in 3. not. hoc tit.* in omni cauſa, *d. l. 1. d. c. 1. &*
*vtrobique DD.* Fallit † in cauſis leuibus & vi- 2
lium perſonarum, in quibus non datur li-
bellus, *Auth. niſi leuiores C. de ſent. ex breuiloq.*
*recit.* & alijs pluribus caſibus cumulatis *per*
*Anchar. in cap. 1. num. 6. hoc tit.* ideo poſt titu-
lum de foro compet. ſubiungit de libelli ob-
latione. Iure communi conformis eſt Sty-
lus † Curiæ Romanæ, iuxta quem primæ 3
citationis, quæ intimatur, vt deuoluat ne-
gocium ad Curiam, cum habeat vim libel-
li, *c. 2 de dilat. Caſ. deciſ. 1. num. 5. & 6. de iud.*
dari debet copia reo, etiamſi non petatur
ſumptibus citantis, *Achill deciſ. 9. de dol. & con-*
*tum. Caputaq. deciſ. 332. part. 1. Rot. diuerſ. deciſ.*
*762. part. 3. lib. 3. clem. cauſam de elect.* vel debet
tantum legi per notarium non data vel pe-
tita copia, *d. clem. cauſam Achil. deciſ. 11. de dol.*
*& contum.* & intimari reo perſonaliter, non
eius vxori, *l. aut qui aliter §. ſed & Seruius recte*
*ait & ibi gloſſ. & DD ff. quod vi aut clam. &c.*
*Mynſ. obſ. 37. cent. 3. l. 2 ff. de iniur.* atque relatio
intimationis factæ extra Curiam, debet cõ-
tinere locum loci, *Cæſar. deciſ. 1. de dol. & con-*
*tum qui alias quotas cumulat. c. ſi de dol. & con-*
*tum. Mohed. deciſ. 8. verſ. nec obſtant de dol. & con-*
*tum.* & ſi fiat per notarium debet habere
teſtes. *Put. deciſ. 5. lib. 3. Mynſ. obſ. 79. & ſeqq.*
*cent. 1.* ac in actis cauſæ debet reproduci,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Mynſ.obſ.77.& ſeq.cent.*1.Si perſonaliter non
reperitur, citatur ad domum ſolitæ habita-
tionis, ſtaturque relationi nuncij,qui refert
ſe domi citaſſe, quia perſonaliter non inue-
nit, *Bald.in l.properandum* §.*& ſi quidem n.*23.
*C.de iud.glo.& Can.in c.cum parati. de appell.*
*Gail.obſ.*48.*& ſeqq.& obſ.*54.*n.*7.*& obſ. ſeqq.*
*lib.*1.*Mynſ.obſ.*51.*cent.*5.Si citandus impediat,
vel procuret quoquo modo, ne ad eum ci-
tatio poſſit peruenire, *Clem.*1. *& ibi Can. de*
*iud.* vel ad domicilium citandi non pateat
tutus acceſſus; ſufficit citationem per edi-
ctum fuiſſe factam,in loco vicino,licet non
viciniori; *Caſſad.deciſ.*6. *Achill.dec.*15.*de dol. &*
*contum.l.dies cautioni* §.*toties ff.de dam.infect.&*
*ibi DD.Gail obſ*.55.*&* 57.*lib*.1. nam id ſpecta-
tur vt ad citati notitiam facile peruenire
poſſit pro conditione cauſæ, vel perſonæ,
vel temporum, *l.nonnunquam ff. de iud.* alio-
quin non arctat citatio, nec cauſam deuol-
4 uit. Debet prima † citatio continere inſer-
tam commiſſionem ex communi DD. in-
terpretatione, *d.c.*2.*& ibi gloſſ.fin.de dilat.cap.*
*cum in iure de off.deleg.& ibi Can. Achill. dec.* 10.
*de dol.& contum.Mynſing.obſ.*1.*cent.* 3. licet id
nulla lege, vel canone, expreſſe requiratur,
niſi quando executio dirigitur alicui,*d.c.cum*
*in iure l.prohibitum C.de iure fiſci&c.lib.*10.*la.*1.
*C.de exact.tribut.lib.* 10. vel agitur de graui
præiudicio: *l.vnica C.de mand. princip. l.*3.*in*
*princ.C.ſi min.ſe maior.dix.* In citatione pri-
ma ad iudicium agitur de paruo præiudicio,
quod tollitur per comparitionem, *Put. deciſ.*
240 *lib.*3.*l ſi quis aliena ff.de iud.* & reus com-
parens coram delegato poteſt petere ſibi
exhiberi reſcriptum originale iuriſdictionis,
priuſquam reſpondeat: *Archid.in c.ſi epiſco-*
*pus numer.* 3.*quæſt.*2.*Mynſing obſ.*1 *cent.* 3. in
alijs vero citationibus poſt primam, de-
bet vel legi vel offerri copia expenſis citati;
quia certus eſt de actu,& re, ſuper qua eſt lis,
*Achil.d.deciſ.*9.*Caputaq.d.dec.*332. citatio præ-
ſumitur facta ad inſtantiam partis, quia re-
quirit impenſam, *Barto.in l.cum ſeruus ff. de*
*verb.oblig.Fel.in c.*1.*n.*1.*de iud.Put.deciſ.*127.*lib.*
1. In hoc titulo ſermo eſt de libello † con- 5
uentionali, qui datur in ciuilibus, & in eo
exprimi debent contenta infraſcripto ver-
ſu,quis, quid,coram quo,quo iure , id eſt,
cauſa petendi petatur,& à quo, recte com-
poſitus quiſque libellus habet. *c.*1. *& ibi gloſ.*
*fin.hoc tit.c.dilecti de iud.* Nomen actionis nõ
eſt exprimendum, *d.c.dilecti Bart.poſt gloſſ.in*
*l.*1.*n.*28 *ff.de edendo Iaſ.in* §.*omnium n.*166.*plu-*
*res cumulans Inſtit. de action.* in omni libello
concluſio eſt neceſſaria, ſine qua non poteſt
lis conteſtari, *Bald.in l.edita in repetit.Patauina*
*n.*55.*& ſeqq.C.de edendo & ibi DD.Pan. in c.nu.*
29.*& ſeq.de lit.conteſt.& ibi Fel.n.*7. *ponit hanc*
*regulam &* 10.*fall.*Notant DD.*poſt gl.in* §.*om-*
*nium.Inſt.de actionib.* cuiuſuis † actionis du- 6
plicem eſſe cauſam, proximam , & remo-
tam, quænam in libello exprimenda ſit.pa-
tet ex ſubſcriptis regulis. In actione perſona-
li vtraque cauſa eſt exprimenda , vel ſaltem
remota, quando per eius expreſſionem in-
fertur ad proximam, *c.fin.hoc tit.l. & an ea-*
*dem* §.*actiones ff. de except.re iud.* Quia eadẽ res
ſæpe deberi poteſt, & ſingulas obligationes
ſingulæ cauſæ ſequuntur,nec vlla earum al-
terius petitione vitiatur; *l. ſi is qui & l.ex pro-*
*miſſione ff.de act.& oblig.* Si non exprimitur
cauſa remota, opus eſt exceptione ,& appel-
latione, ſi non admittitur exceptio , alias
procedit iudicium, *c.fin.in fine hoc tit.c.abbate*
*ſane* §.*ſecus & ibi glo.in verb.obnoxium de re iud.*
*in* 6.*l.fin.C.de ann.except.Bart.in l.*1.*n* 15 *ff. de*
*edendo.* In actione reali pro dominio dire-
cto, vel vtili, ſufficit expreſſio cauſæ proxi-
mæ, videlicet peto rem iſtam iure dominij,
& non poteſt cogi actor ad exprimendam
cauſam remotam, ſed omne cauſæ vna peti-

tione

tione appræhenduntur, *d.l.& an eadem* §. *a-*
*ctiones & ibi Bart.n.*xi. *l. ſi mater* §. *denique* 1.
*reſp.ff.de except.rei iud.gloſſ.mag.in c.*2.*hoc tit.&*
*ibi Can.*nam cum ex vna tantum cauſa,aut ex
plurib.in idem tempus concurrentibus, &
non ex diuerſis cauſis, in diuerſum tempus
cõcurrentibus,*l.in numerationibus in princ.ff. de*
*ſolut Bart.in d.*§.*actiones num.*10.*idem in l.*9.§.
*ex pluribus n.*10.*ff.de acquir.poſſeß.poſt glo.Pan.*
*in c.inter dilectos de fid.Inſtrum.n.*15.*in fine.* res
poſſit eſſe ipſius,ex ea videtur dominium in
iudicium deduxiſſe;ne alias videatur ex nul-
la,*d.*§.*ex pluribus l.non vt ex pluribus ff. de reg.*
*iur.*Imo ſufficit actori ſuam,ex ſuperuenien-
ti cauſa, fundare intentionem,quando agit
aliqua cauſa ſpecialiter non expreſſa;*c.abba-*
*te ſane*§.*ſecus &* §§.*ſeqq.de re iud.in* 6.*Bart. in*
*d.*§.*actiones nu.*28 *&* 19.*ff.de except.rei iud.Iaſ.*
*in* §.*omnium n.*66.*& ſeqq.Inſtit.de action.* Se-
cus tamen ſi certam & ſpecialem in ſua pe-
titione ſubiunxerit, *l.non poteſt videri l. non*
*quemadmodum ff.de iud.* Eſt vtile reo, quod
nulla cauſa remota exprimatur, quia ſi pe-
titio eſt generalis, licet proſecutio fuerit
ſpecialis, abſolutoria lata præiudicat actori
in omnibus; ſi vero petat fundum ſuum eſ-
ſe, cauſa remota expreſſa, ex eo quod Titius
eum ſibi tradiderit, ſi poſtea eum alia ex
cauſa petat,cauſa adiecta,non debet excep-
tione ſubmoueri, *c.fin. & ibi gl. fin. de cauſ.*
*poſſeß.& propriet.d l.ſi mater* §.*denique d.l.& an*
*eadem* §.*actiones & ibi DD.* Idẽ iuris eſt in pe-
titione hæreditatis,quod in reali, *d l.ſi mater*
*l.ex ſextante ff.de except.re iud.* cum quis non
poſſit eſſe hæres,niſi ex vna cauſa, & vnus
in ſolidum,*l.hæreditate*§.1.*ff.de Caſtr. pecul.l.*
*quamdiu l.eum qui ff.de acquir.hæred.* In publi-
cana,ſeruiana, quaſi ſeruiana, confeſſoria,
negatoria,perſonali in rem, ſcripta, expri-
menda eſt cauſa remota , quia ex pluribus
cauſis poſſunt competere,*Bart.in d.*§.*actiones*
*n.*13.14.15.16.*& ibi DD. communiter.* Idem
obtinet in interdictis, quia ex pluribus cau-
ſis vtilibus eandem rem poſſidere poſſu-
mus, *d.*§.*ex pluribus d.l.non vt ex pluribus.* Se-
cus ex vtili, vel inutili, aut ex cauſis contra-
riis, *Bart.in d.*§.*ex pluribus n.* 2.*&* 4. Prædicta
procedunt in prophanis, & locum habent
in beneficialibus, quia in beneficialibus ca-
dit vera poſſeſſio reſpectu tituli, ſicut & re-
ſpectu proprietatis, ideo eſt quod ſunt in-
troducta iudicia poſſeſſoria, ſicut & in aliis
rebus prophanis: *Clem.*1.*de cauſ.poſſeß.& pro-*
*priet.c.in litteris de reſtit.ſpoliat.Franc.in c.*2.*n.*1.
*vt lit.pend.&c.in* 6. poſſeſſionem † benefi 7
cij poteſt quis retinere & adipiſci ex pluri-
bus titulis, etiam habitis à diuerſis, *Franc.in*
*c.vt quis duas in fine de elect.in* 6.*& ibi Gemin.&*
*Can.* quia poſſeſſionem petens vel illam de-
fendens, petit ſimpliciter factum tueri , &
exequi: *c.poſt electionem & ibi Pan.n.*4.*& ſeqq.*
*c.litteras de conceſſ.præb.gloſſ.in c. inter dilectos in*
*verb.quod meum in fi. de fid Inſtrum. & ibi Can.*
*Lap.alleg.*132.*n.*2.*Roman.conſ.*433.*n.*5.*& ſeqq.*
*Rot.diuerſ.deciſ.*305.*part.*1. in beneficialibus
multiplicari poteſt titulus, & per ſecundum
non renunciatur primo, ſed ſecundus primo
accumulatur, *Fel.in c.in noſtra n.*2.*de reſcript.*
*qui limitat* 3.*modis & ibi Can.* niſi ſint contra-
rij, & incompatibiles, vt titulus prælaturæ,
& titulus commendæ: *Roman.conſ.*350.*n.*13.
*& ſeqq.* habens ius † ad beneficium, ex plu- 8
ribus titulis agere prohibetur, vt ex duplici
electione non poteſt quis petere confirma-
tionem, etiam cum proteſtatione, *c. vt quis*
*duas de elect.in* 6. quia confirmatio eſt decre-
tum, quod ſuper incerto non poteſt inter-
poni, *Clem.* 1. *de conceſſ. præb.cap.* 1. *eodem*
*in* 6. eſſet autem incertum quænam electio
confirmaretur, cum ambæ eodem caſu non
poſſint valere: *Can.in d.c.vt quis duas.* collatio
ſola ratificata tribuit ius in beneficio, ſine

Li 2 adep-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adeptione poſſeſſionis, *c. quoddam in fine de*
*præb. in 6. c. fin. de conceſſ. præb. in 6.* plures col-
lationes, eiuſdem datæ, reſpicientes eundem
effectum in perſona eiuſdem concurrunt; *d.*
*c. poſt electionem Mohed. deciſ. 2. circa finem princ.*
*& num. 2. de off. deleg.* ſecus ſi ſint diuerſæ da-
9 tæ, nam ex vna † tantum collatione poteſt
habere ius in beneficio, iuxta vulgatam re-
gulam, quod meum eſt, ex alia cauſa meum
fieri non poteſt, niſi deſierit meum eſſe; *c. in-*
*ter dilectos & ibi gl. in verb. quod meum eſt de fid.*
*Inſtr. & Fel. num. 17. qui limitat 3. modis.* imo
allegans diuerſos titulos non concurrentes,
debet ſuccumbere; *gl. in d. verbo quod meum eſt*
*approbata ibid. per Pan. num. 15. in fine verſ. 3. gloſſ.*
*quærit.* Iure per collationem acquiſito, ſuffi-
cit in libello dicere, ſum prouiſus per epiſco-
pum, ideo ſententietis pro me, *cap. cum eccle-*
*ſia de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Gemin. in d. cap.*
*vt quis duas in gloſſ. ſuper verb. ex vna de elect.*
*in 6.*

10 Res an in libello † ſit exprimenda, adhi-
benda eſt diſtinctio. In actionibus vniuer-
ſalibus non eſt exprimenda res in libello, ne-
que in ſententia, ſed in executione, *l. 4. l. ſi*
*quo ff. de petit. hæred. & ibi DD. l. quæſitum in*
*princ. ff. de pecul.* vt quando petitur hæreditas;
eccleſia cum iuribus & pertinentijs ſuis, *cap.*
*cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. & ibi Pan. num. x.*
*& xj. Butr. num. 13 & ſeq. cap. inter dilectos de do-*
*nat.* præbenda cum plenitudine iuris & ho-
noris canonici, *c. proponit de conceſſ. præb.* vin-
dicatur ius epiſcopale, *c. conquerente de offi.*
*ordin. c. his quæ de maiorit. & obed.* archidiacona-
le, *c. dilecto de off. archid.* In actionibus gene-
ralibus vt mandati, tutelæ, pro ſocio, &
conſimilibus, non ſunt res exprimendæ, in
libello, ſed in iudicio, ac ſententiæ *l. licet C.*
*de iud. & ibi DD.* In ſingularibus vero, ſiue
ſpecialibus, ſiue realis ſit actio ſiue perſona-
lis, neceſſe eſt, quod exprimatur res, infectæ
quidem materiæ pondus, ſignatæ numerus,
factæ ſpecies, ſed & menſura, cum res men-
ſura continebitur, in homine, nomen & æ-
tas, fundi nomen, eiuſque qualitas, & con-
finia: alias eſt iuſta cauſa appellandi, *c. 2 &*
*ibi gl. mag. & Pan. num. 1. & 4. hoc tit. & Can.*
*communiter l. ſi in rem. la 1. ff. de rei vend. & ibi*
*DD. poſt gl. fin.* De emendatione, & mutatio-
ne libelli, ac cumulatione actionum, viden-
di ſunt, *§. ſi minus, & duo §§. ſeqq. Inſt. de act.*
*& ibi DD.* Libello ſiue petitioni debet † eſſe 11
conformis ſententia, *l. vt fundus ff. com. diuid. l.*
*ſi ex teſtamento ff. de except. rei iud.* alias eſt nul-
la, *c. qualiter & quando el. 2 §. pen. & ibi gloſſ. in*
*verbo forma de accuſat. c. licet Heli de ſimon. in fi-*
*ne princ. & ibi gloſſ. c. cum dilectus in fine de ord.*
*cognit.* ideoque nec tacite nec expreſſe à par-
tibus remitti poteſt, *Clem. ſæpe contingit §. ve-*
*rum quia de verb. ſignif. Pan. in c. 1. nu. 10. & ſeqq.*
*hoc tit.* vltra id, quod in iudicium deductum
eſt, excedere poteſtas iudicis non poteſt, *d. l.*
*vt fundus.* & fatuus eſt iudex, qui pronunciat
ſuper non petitis, *l. fin. C. de fideicommiſſ. libert.*
Ex quibus infertur, quod ſi actor deducat
vnam cauſam in libello & poſtea probet de
alia ſuccumbit *l. [illegible] in princ. ff. de inſtit.*
*act. l. 1 ff. ſi menſ. falſ. mod. dixerit.* & reus abſol-
uitur reſeruato actori iure agendi ſibi com-
petenti ex apta cauſa, *l. Bibius Marillus ff. de*
*pact. dotal. c. examinata de iud. Corſ. ſing. 158. plu-*
*res cumulans gl. in l. 1. in verb. nec tenere ff. ſi menſ.*
*falſ. mod. dix. Nicol. Euerhard. in loco ab effectu co-*
*rum quæ ſimul. req. ad §. in fin. Gail. obſ. 67. lib.*
*1.* Item ſi in cauſa beneficiali reus fateatur ſe
ius non habere, & actor nihil probat de ſuo
iure, quod iudex non poterit ſuper illa in-
ſtantia procedere contra reum ad priuatio-
nem; ſed inchoando nouam inſtantiam,
per viam inquiſitionis, poterit ad priuatio-
nem rei procedere, *Pan. in c. 2. ſub num. 9. de*
*conf. ſſ. Pan. in c. ex conquaſtione num. 13. & 15. de*
*reſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*reſt.ſpol Bart. in l. æmilius ſub n.5. ff. de minor. & ibi* DD. licet ſecus ſit in Papa, & principe, *Iaſ. in §. curare n. 27. & ſeqq. Inſt. de act. vbi ponit. 5. fal. ad d. regulam ſententia debet eſſe conformis li-*
12 *bello*, Fallit dicta † regula, quando actori proditæ ſunt duæ actiones, quarum vna tendit ad contractum reformandum, altera ad eundem reſcindendum, & intentata fuerit illa quæ tendit ad contractum reformandũ, poteſt, iudex ex officio, parte non petente, ferre ſententiam ſuper alia actione non intentata, & contractum reſcindere, *l bouem § aliquando ff. de ædil. edict. l. 2. C. de reſcind. vend.* fallit ſecundo, quando ab initio ſe non reſtrinxit ad certam cauſam, ſed monitorio vel commiſſioni inſerit clauſulas generales, tunc enim proſecutio ex vna cauſa, non impedit quo minus ad aliam poſſit conuolare, etiam abſque refectione expenſarum, *Greg. xv. deciſ. 270. num. 3. Card. Seraph. deciſ. 630. num. 4. & 5. Achil. deciſ. 22. de appell. Caſ. deciſ. 1. de iud.* fallit tertio, in cauſis ſummariis de ſui natura, ac plenariis, quæ ex forma commiſſionis, cognoſcendæ veniunt, de æquitate, vel ſola facti veritate inſpecta in quibus actor debet obtinere, licet in libello deduxerit vnam cauſam, & in proſecutis probauerit de alia cauſa, *Alex. in l. ſi ita §. chryſogonus nu. 8. ff. de verbo. oblig. & ibi* DD. *Hippol. de Marſ. ſing. 272. Caputaq. deciſ. 26. part 3 Gail. obſ. 66. n. 15. & ſeqq. lib. 1.* fallit quarto in iudiciis criminalibus in quibus concluſio non eſt de neceſſitate libelli, & Iudex plus minuſque condemnandi libertatem habet, *Bart. in l. quid ergo § pœna grauior ff. de iis qui not. infam. Bald. in l. et ſi ſeuerior C. eod. tit. Mynſing. obſ.* 81.
13 *cent. 4.* Tractus futuri † temporis non pertinent ad iudicem, *l. non quemadmodum ff. de iud. l. 1. §. 1. ff. de vſur. gl. in c. auditis in verbo facies de proc. c. Rom. §. cauẽat in verb. futuris de ſent. excomm. in 6.* fallit in annuis & menſtruis debitis, & in redditibus, in quibus ad præteritas, præſentes, & futuras penſiones agi poteſt, *l. 1. C. de fideicom. l. libertos quos § 1. ff. de alim. & cib. legib. l. ædiles 1. §. item ſciendum ff. de ædil. edict. Gail. obſ. 74 lib. 2.*

## De mutuis petitionibus.

## Titulus IV.

### SVMMARIA.

1 *Reconuentio ſiue mutuæ petitiones fiunt à reo de eadem re, vel diuerſis pluribus rebus, & per plures libellos, apud eundem iudicem, apud quem fit Conuentio.*

2 *Reconuentio habet locum coram arbitro iuris, non vnius articuli, ſed certæ Cauſæ, delegato, ordinario.*

3 *Quando agitur officio iudicis, & in omnibus actionibus.*

4 *Reus lite pendente, prohibetur actorem trahere coram alio iudice quam conuentionis ſub pœnis nullitatis actorum, & condemnationis expenſarum.*

5 *Reconuentio fit ante litis conteſtationem, vel in ipſa litis conteſtatione, vel parum poſt, ac etiam durante primo iudicio, quouſque concluſum eſt in Cauſa, ſi fiat ante, vel in ipſa litis conteſtatione gaudet priuilegio prorogatiuo iuriſdictionis, & parilitate temporis in procedendo, ſi vero poſt eam fiat, gaudet tantum priuilegio prorogatiuo iuriſdictionis.*

6 *Modus procedendi datur per reſcriptum in Cauſa conuentionis, cenſetur repoſitus in Cauſa reconuentionis.*

7 *Reconuentio in quibus cauſis ceſſat.*

ACTOR non dedignetur eum contra ſe habere iudicem, in eodem, aut diuerſo negotio, cuius in agendo obſeruat arbitriũ, *c. 1. § cuius in agendo 3. q. 8. l. cum Papinianus*

*C.de ſent. & interl.omn.iud.* imo actor non
poteſt electum à ſe iudicem recuſare priui-
legio perſonæ, quod eum eximeret ab illius
iuriſdictione, *auth.offeratur C.de litis conteſt.*
ſed bene priuilegio cauſæ, *l.ſi quis C. depoſiti*
*l.fin.C.de ord.cognit.Bart.in auth. & conſequen-*
*ter n.9.C.de ſent.& interl.omn.iud.* vt ſi con-
uentus ex cauſa nummaria, velit actorem
reconuenire actione præiudiciali, *Pan.in c.*
*1.n.29.& 30.hoc tit.cont.Bald.in d.auth.& con-*
*ſequenter ſub n.1.tenentem contrarium.* præter-
ea non debet in poteſtate calumnioſi rei
conuenti, ne coram primo iudice actor a-
gat, & litem proſequatur, *l.ſi idem §. quod ſi*
*mutua ff.de iuriſd.omn.iud.* ideo poſt titulum
de libelli oblatione, ſubnectit de mutuis
1 petitionibus; quæ fiunt à reo † de eadem re,
vel diuerſis pluribus rebus, & per plures li-
bellos, *l.omnium ff.de procur.Bald.in d.auth.&*
*conſequenter n.18.Bart.n.1.& 2.* apud eundem
2 iudicem † apud quem fit conuentio, ſiue ſit
arbiter iuris (non vnius articuli, vt cauſæ
ſuſpicionis allegatæ contra delegatum, vel
ordinarium, coram quo non fit reconuen-
tio) *c.cum ſpeciali de appell.c.legitima de appell.*
*in 6.c.peruenit xj.quæſt.1. Pan.in c.1.in fine hoc*
*tit.* ſed certæ cauſæ videlicet, quam epiſco-
pus habet contra clericum, *c.cum clericus §.*
*1.31.quæſt.1.Pan.in d.c.1,in fine hoc tit.* ſiue ſit
delegatus, & habens limitatum mandatum,
*Bald.in c.1.num.9.hoc tit.* ſiue ordinarius *c. 1.*
*& 2.hoc tit.d.l.cum Papinianus & auth. & con-*
*ſequenter C.de ſent.& interloc. om. iud.* etiam
quando agitur † officio iudicis, *l.1.in fine ff.*
3 *de var.& extraord.cognit.c.2.de off.iud.Pan.in c.*
*1.n.32.hoc tit.* & in actionibus perſonalibus,
*c.diſpendia de reſcript.in 6.* realibus, ex mixtis;
*Franc.in d.c.diſpendia poſt gl.in verb.perſonales n.*
*4.* quia in realibus, ſicut in aliis, indiſtincte,
in computatione dietæ conſideratur, locus
domicilii habitationis rei; *cap. ſtatutum §.*
*cum vero de reſcript.in 6.* ideo ſi clericus con-
uenit laicum coram iudice laico, ille laicus
poteſt reconuenire clericum de crimine ci-
uiliter, non tamen criminaliter coram eo-
dem iudice laico; *c.at ſi clerici & ibi glo.in verb.*
*non tenet de iud.& ibi Can.* Scholaris trahens
actorem ad ſuum iudicem, à ſe electum; po-
teſt eum reconuenire coram eodem, quia
licet electionem fori habeat, eſt tamen reus,
*Bald.in d.auth.& conſequenter in fin.Pan.in c.1.*
*n.37.& ſeqq.hoc tit.* Imo lite pendente, prohi-
betur † reus actorem coram alio iudice, 4
quam conuentionis trahere; ne coram di-
uerſis iudicibus eodem tempore agatur; *c.*
*fin.de reſcript.l.ſi idem §.quod ſi mutua ff. de iu-*
*riſd.omn.iud.* ſiquidem actorem traxerit, co-
ram alio iudice delegato in actione perſo-
nali, proceſſus eſt ipſo iure nullus; in actio-
ne reali, vel mixta, annullatur ope exceptio-
nis, *d.c.diſpendia & ibi Franc. nu.4.* Si coram
ordinario nullatur ope exceptionis, & in
omnibus caſibus condemnatur in expenſis;
*d.c.diſpendia & ibi gloſſ in verb. vel conuentionis*
*& Franc.num.5.& 6.limitat.3. modis Barth.in*
*d.auth.& conſequenter num.1. & 2. & ibi DD.*
Ratio diuerſitatis inter actiones perſona-
les, ac reales, & inter delegatum, & ordina-
rium allegatur, quia *c.diſpendia de reſcrip.in 6.*
loquitur de delegato, & perſonalibus a-
ctionibus, & priuat ipſo iure omni com-
modo litterarum, & annullat proceſſus
habitos per eaſdem, & licet ex identitate
rationis conſtitutio pœnalis poſſit extendi
ad actiones reales, & iudicem ordinarium,
tamen pœna non habet locum ad caſum
extenſum; *arg.cap. 1.de temp.ord.in 6.in verb.*
*Italicæ & ibi DD. Franc. in d. cap. diſpendia ſub*
*n.4.& 6.& ibi Can.Bart.in d.auth.& conſequen-*
*ter n.XI.& ſeqq.& ibi DD.* lite contra reum
mota, prius ventilata & terminata, tum de-
mum reus admittitur ad agendum coram
alio

alio iudice, *d.auth.& conſequenter in fine.*

5 Reconuentio † fit ante litis conteſtatio-
nem, vel in ipſa litis conteſtatione, vel parũ
poſt, antequam iuretur de calumnia, *l. rem
non nouam C.de iud.d.auth.& conſequenter auth.
de executoribus §.illud verſ.ſancimus coll.7.* ac e-
tiam durante primo iudicio, *d.c.diſpendia.*
quouſq; renunciatum eſt, & concluſum in
cauſa; quia iudicium dicitur, dum negocium
diſcutitur, *c.forus de verb.ſignif.l.fin.C.de com-
penſ.gl.1.hoc tit.* ſi fiat ante litis conteſtatio-
nem, vel in ipſa litis conteſtatione, recon-
uentio gaudet priuilegio prorogatiuo iuriſ-
dictionis, & parilitate temporis in proce-
dendo: ſi vero fiat poſt litis conteſtationem,
gaudet tantũ priuilegio prorogatiuo iuriſ-
dictionis, non ſimultanei proceſſus, *Bart.in
d.auth.& conſequenter n.12.& ibi Bald. num. 6.
Franc.in d.c.diſpendia §.reus numero quinto, &
Bald.in c.1.n.10.hoc tit.* nam cauſæ conuen-
tionis & reconuentionis viciſſim ſunt tra-
ctandæ, nempe, vt reus prius reſpondeat li-
bello actoris, *l.qui prior ff.de iud.* & deinde a-
ctor libello rei, & ſic de cæteris, *cap.cum dile-
ctus de ord.cog.c.1.hoc tit.Bart.in d.auth.& con-
ſequenter num.4.* & ſi actor nollet reſponde-
re, iudex debet ei denegare iuſtitiam, nec
audire ipſum ſuper cauſa ſua, *c. Imperatorum
& c.fin.§.pœna de iuram.cal.gl.1.in c.1.hoc tit.* &
eadem ſententia ſunt terminanda, cum di-
cta prærogatiua actoris, *l.1.C.rerum amota-
rum l.neque C.de compenſ.d.c.1.hoc tit.* ſi de v-
traq; cauſa pariter liqueat, ſi autem prius
liqueat de vna quam de alia, tunc Iudex po-
teſt pronunciare de cauſa conuentionis de
qua liquet, & ſi contingat ab ea appellari,
poterit procedere ad ſententiam in cauſa
reconuentionis non obſtante appellatione
quia ſunt duæ diuerſæ cauſæ, *Panor. in c. 1.
ſub n.9.h.t.ſpec.tit.de reconuent.§.Vidend.n 5.&
ſeqq.Mynſ.obſ.10.cent.1.Soc.Sen.in c.prudentia n.
17.h.t.* Si iſte ordo non fuerit obſeruatus,
ſententia non eſt ipſo iure nulla, ſed venit
annulanda, per ordinis præpoſterationem;
*l.1.§.fin.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcind.Bald.in c.
1.ſub num.9.hoc tit.* eſt enim peruerſio cauſæ
ad cauſam, quæ non habet ipſo facto vitia-
re; *l.1.C.de appell.2.quæſt.1.& ibi gl.mag.in ſum-
ma,* Item † modus procedendi datus per re- 6
ſcriptum, in cauſa conuentionis, cenſetur
repetitus, in cauſa reconuentionis, vt ſi ſub-
lata ſit appellatio, *c.2.hoc tit.* aut cauſa ordi-
naria commiſſa ſit ſummarie, *Clem. ſæpe con-
tingit & ibi gloſſ.in verbo ſi quid petere voluerit in
fine de verbo. ſignif.* ſecus, quando appellatio
prohibetur iure communi: vnde quando
alimenta petuntur, licet non poſſit appel-
lari in cauſa alimentorum, appellabitur ta-
men in cauſa reconuentionis ſuper alia re, i-
dem in poſſeſſoriis. *Bald.in d.auth.& conſe-
quenter ſub n.10.* Ceſſat reconuentio † in cau- 7
ſa criminali, *c.neganda 1.& 2. 3. quæſt. xj.* late
*Pan.in c.1.n.22.hoc tit.* quia non relatione
criminum, ſed innocentia reus purgatur, *l.
is qui ff.de public.iud.& ibi gl plures quotas alle-
gat.l.2.§.1.ff de adult.* Secundo corã arbitro,
*c.cum dilectus de arbit.* Tertio quando reus eſt
excommunicatus, *c.cum inter de except.* quia
reconuentio non eſt defenſio, ſed impug-
natio. Quarto quando petitur executio in-
ſtrumenti confeſſionati, quia habet vim
ſententiæ, *Bald.in d.auth.& conſequenter n.17.*
Quinto in cauſa appellationis, quia iudex
appellationis nullam habet iuriſdictionem,
niſi per deuolutionem, *l.1.ff.eum qui appell.in
princ.defen.deb.l.2.§.legatus verſ. & quoq; ff de
iud.* Sexto quando fuerit reconuentio de ta-
li cauſa, de qua iudex non poteſt cognoſce-
re, vt laicus de cauſa ſpirituali, *gloſſ. pen.
in fine capite 2.hoc titul.& ibi Pan. numer. 28.
& ſeqq.c.quanto de iud c.tuam de ord.cognit.* aut
alia cauſa, de qua iudex non poteſt cognoſ-

cere, etiam vtraq; parte volente, *Bart. in d. auth. & conſequenter n. 5. & 6. & ibi DD. C. de ſent. & interloc. omn. iud.* Septimo, in cauſa recuperandæ poſſeſſionis, *c. ſuper ſpoliatione de ord. cognit.* propter priuilegium ſpoliati, vt non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere, *l. ſi quis ad ſe fundum C. ad leg. Iuliam de vi & c. c. cum dilectus de ord. cognit.* Octauo, quando vtraque petitio occaſione vnius contractus naſcitur, quia habet naturam actionis, & exceptionis, *l. qui pendentem l. Iulianus § ex vendito ff de act. empt.* ſiue occaſione vnius facti, in caſu in quo ambæ petitiones non poſſunt eſſe ſimul veræ, *l. qui fidem ff. de tranſact. l. cum proponas c. cum ſua materia C. eod* nam ſi vnus vere contrauenit tranſactioni, alter non dicitur vere contraueniſſe, nec vterque poteſt condemnari ad damna, expenſas, & intereſſe aut quando cauſa conuentionis, aut reconuentionis ſe mutuo perimunt, quia reconuentio habet vim exceptionis. *l. viro atq; ff. ſolut. mat. & ibi Bald. in fine.* Nono coram delegato dato de conſenſu vtriuſque patris, non enim actor, illum magis eligit, quam reus. *Bart. in d. auth. & conſequenter in fine Pan. in c. 1. n. 33. hoc tit.* In cauſis ſummariis locus eſt reconuentioni ſi reconueniatur alia ſummaria, *l. ſed & hæ §. non ſolum ff. de procur. c. ſuper ſpoliat. in princ. de ord. cognit.* idem dico, quando cauſa reconuentionis eſt ordinaria, quantum ad ius & prorogationem fori, non quantum ad parilitatem proceſſus, *Pan. in c. 3. n. 35. hoc tit.* Decimo ceſſat in confitente debitum, non in figura iudicij: *arg. l. ſed etſi reſtit. ff. de iud.* ſi in figura iudicij confiteatur, & in ipſa reſponſione actorem reconueniat, procedit reconuentio, quoad ius fori, non quoad parilitatem proceſſus; ſi ex interuallo, quoad neutrum habet locum reconuentio, *l. 3. & ibi Bald. in 1. not. C. qui ad libert. procla. non poſſ.*

## De litis conteſtatione.

## Titulus V.

### SVMMARIA.

1 *Litis conteſtatio fit per congruam rei reſponſionem ad petitionem actoris in iudicio propoſitam, animo conteſtandi litem factam, coram iudice pro tribunali ſedente.*

2 *Litis conteſtatio non fit per exceptionem peremptoriam ex parte rei oppoſitam.*

3 *Lis non habetur pro conteſtata ex contumacia.*

4 *Litis conteſtationis effectus varij.*

5 *Non operatur dictos effectus, quando non tenet, aut eſt inualida.*

6 *Litis conteſtatio in quibus cauſis non requiratur.*

7 *Litis conteſtationis vim habet, terminus ad proponendum omnes exceptiones dilatorias.*

LIBELLO per actorem oblato, & facta reconuentione, fit † litis conteſtatio 1
per congruam & directam, *gl. in c. quoniam contra in verb. reſponſiones de prob. Gail. obſ. 73. cum quinque obſ. ſeq. lib. 1.* rei reſponſionem, ſiue negando, ſiue confitendo ad petitionem actoris propoſitam in iudicio, animo conteſtandi litem factam, coram iudice pro tribunali ſedente, *c. ſuper quæſtionem in princ. verſ. quod ſi delegatus de offic. deleg. Maria. Socin in c. 1. n. 9. in fine hoc tit.* qua omiſſa proceſſus eſt ipſo iure nullus, *c. 1. hoc tit. l. 2. cum authent. ſeqq. C. eod. c. dudum el. 2. § licet de elect. & ibi gl. in verbo reſponſionem & Can. Myn. obſ. 74. Cent. 3.* quia eſt primum fundamentum iudicij, & per eam dicitur lis inchoari, *c. 1. & ibi gloſſ. 1. de plus petit. l. vnica C. eod. & vtrobique DD. l. amplius ff. rem ratam haberi §. ſed hac quidem & ibi gloſſ. in verbo diximus Inſtit. de actionibus.* Proteſtatio impedit litis conteſtationẽ,

licet

licet verba alias ſint apta, ad litem conte-
ſtandam, quando iudex eam non reprobat,
aut pars aduerſa ei non contradicit, *Butr. in
c.1.num.9 Pan.n.16. & 17. & Can. hoc tit. Bart.
in l.1.n.15. & ſeq. C. hoc tit. Mynſ. obſ.31. & 74.
cent.3.* In Romana Curia fit litis conteſtatio
hiſce verbis, Nego narrata prout narrantur,
& dico petita fieri non debere , *ſpeculator
hoc tit. § nunc dicamus num. 1.2. & ſeqq. Goffred.
in ſumma huius tituli ſub n.3. Pan. in c. cum ad ſe-
dem nu.4. & 5 de reſtit. ſpoliat. Franc. in c. fin. ſub
n.2. hoc tit. in 6. Rot. deciſ.2. hoc tit. in nou.* item
nihil fieri niſi ſeruatis ſeruandis, & verifica-
tis verificandis, *Cæſar. ſub dubio forte deciſ.1.n.
10. de fideiuſſor.* item narratio actoris & re-
ſponſio rei, ſine alia petitione inducunt li-
tis conteſtationem, *c. abbate de verb. ſignif. cap.
2 cum veniſſent de inſtit.* Per † exceptionem per-
emptoriam, ex parte rei propoſitam , non
fit litis conteſtatio imo ea non obſtante fie-
ri oportet eandem niſi ſit de illis exceptio-
nibus, quæ litis conteſtationem impediũt,
*c. fin. hoc tit. in 6. & recenſentur in c.1. eodem*,
quia excipiens non videtur negare, aut con-
fiteri petitionem actoris, *c. cum venerabilis &
ibi Pan. n.26. & Bart. in l. non vtique ff. de excep.
l. eleganter § ſi quis poſt ff. de cond. indeb. Bald. in
in l. exceptionem n.22. C. de prob.* Lis conteſtan-
da eſt, antequam iuretur de calumnia, *l.2. C.
3 de iuram. calumn.* ex contumacia lis † non
habetur pro cõteſtata, *Bald. in l. ſcire § ſufficit
numer.7. de excuſ. tut. &c.* niſi in caſibus in
quibus non requiritur vera litis conteſtatio,
*l.2. C. vbi in rem actio exerc. deb.* contumacia in-
ducit præiudicium tacitæ confeſſionis , in
præparatoriis litis, & in probatoriis, ſed non
ſuper libello: oportet enim litem ſubſtantia-
ri per interrogationem, & reſponſionem
expreſſam: *Bald. in cap. vaſallus el.2. in fine ſi de
feud. fuerit controuerſ. inter dom. &c. l. contuma-
cia ff. de re iud. Onot. Inſt. de interd. § ſumma n.*
16. quod nota pro ſtylo obſeruato in curia
archiepiſcopali Colonienſi, iuxta quē ſem-
per Officialis comminatur in citationibus
articulos, aut ſcripturas habenda pro con-
feſſatis.

Litis † conteſtatio perpetuat actionem 4
vſque ad quadraginta annos, *l. fin. C. de præ-
ſcript. 30. annorum &c.* ſed non officium iudi-
cis: *Bald. in d. l. fin n.1.* excludit omnem exce-
ptionem dilatoriam, *l. exceptionem C. de pro-
bat. c. ſi quis epiſcoporum § exceptio 3. quæſt. 6.* ac
cautionem de legato ſeu fideicommiſſo ſol-
uendo: *l.1. in princ. verſ. fin ff. vt legat. ſeu fidei-
com. nom. caueat.* transmittit actionem in hæ-
redem ex delictis defuncti. *l.1. C. ex delictis
defuncti in quant. hæred. conuen. § non autem in fi-
ne Inſt. de perpet. & temp. action. & ibi DD.* ope-
ratur vt fructus, acceſſiones, expenſæ veni-
ant officio iudicis: ea vero, quæ ante con-
tingunt, non valde ad eum pertinent, niſi
nominatim ei fuerint iniuncta: *l. ædiles 1. §
item ſciendum eſt hæc omnia ff. de ædil. edict. & i-
bi gloſſ. in verb. iniuncta* , facit procuratorem
Dominum litis, ſiue inſtantiæ, *l. quod quis &
l. neque C. de procur. & vtrobique DD. Rot. deciſ.
20. in fin. de procur. in nou. Achil. deciſ. 13. de pro-
cur. Greg. XV. deciſ. 548. n.3.4.5. & ſeqq. & ibi
annot. Oldrad. conſ. 317. num. 2.* Sollicitator in
nullo iudicio litem facit ſuam, *Franc. Marc.
quæſt. 199 part. 2. l. Plautius ff. de procur. & ibi poſt
gl.2. DD. l.4. in princ. ff. de re iud.* excludit ea,
quæ meræ ſunt facultatis, circa rem aut per-
ſonam adiectam in ſolutione , vt quando
quis ſtipulatus fuerit decem in mille, aut ſti-
pulatus fuerit ſibi aut titio. *l. ſi quis la 3. ff. de
ſolut.* Exæquat omnes poſſeſſores, & per litis
conteſtationē fiunt malæ fidei poſſeſſores; i-
deo fructus poſteā omnes reſtituendi ſunt
cum ipſa re, *c. ſignificauerunt & ibi gl. fin. & Can.
de teſt. l. certum C. de rei vendicat. l. ſed & ſi lege §
etiam ſi ante litem ff. de petit. hæred. § 1. & 2. Inſt.*

*de offic.iud.& ibi gl.& DD.* In multis iuris arti-
culis inſpicitur tempus litis conteſtatæ, *l.litis*
*in princ.&* §.1.*ff.de negot.geſt.l. quod autẽ ff.de*
*donat.inter vir.& vxor.* & ante litis cõteſtatio-
nem non dicitur quis agere, ſed agere velle,
*l.amplius ff rem ratam haberi,* in ea quaſi con-
trahitur, *l.2.§.fin.& ibi gl.fin.& DD ff.de præt.*
*ſtipul.l.3.§.idem ſcribit ff. de pecul. & ibi not.*
5 Non operatur † dictos effectus, quando nõ
tenet, propter non ſeruatum iuris ordinem,
præſcriptum in *auht.offeratur C.hoc tit.Bald.*
*in l.ſi pater tuus C.ne de ſtat.defunct.* vt ſi porre-
cto libello non fuerit facta citatio, vt reus
veniat ad reſpondendum libello, aut ſtatu-
tus vel annotatus per notarium terminus
reo datus ad reſpondendum, vt communi
ter fit, *gl.in d.auth. offeratur in verb.initio Butr.*
*in c.1.ſub n.12.hoc tit.* vel reſponſio præcedat
traditionem libelli, *But. in c.1.nu.23 hoc tit.*
aut ſequatur ex interuallo, vel abſente parte
ex opinione Bart.*in l.1.n.9.& 10. C. hoc tit.*
impugnata per Butr. *in c.1 ſub n.12.hoc tit.* aut
ſit facta coram iudice incompetente, cuius
examen ſit vetitum, & contra legem, *c.du-*
*dum el.2.§.licet autem de elect. & ibi Can. Ma-*
*rian.Socin.in c.1.n.9 hoc tit.Bald.in l ſi pater tuus*
*C.ne de ſtat defunct.c.vt debitus & ibi gl.1.de ap-*
*pell.glo.fin.in auth.offeratur C.hoc tit.* nam ne-
gatio facit iuriſdictionem dubiam, quando
intentio negantis eſt fundata de iure com-
muni, quia eſt probabilis imo iam proba-
ta, vt ſi coram eo, qui iure communi non
eſt iudex, lis ſit conteſtata, *c.ad audientiam no-*
*ſtram de conſuet.l.ſi militaris & l.fin C. ſi à non*
*compet iud.c.at ſi clerici de iud.l ſi pater tuus C.ne*
*de ſtat.defunct.Rot.deciſ.6.nu.3 de iureiur. & ita*
*intelligendus eſt Vant.de nullit.ex defectu iuriſdi-*
*ctionis n.23.& 24.& ſeq.ex doctrina Bald.in l.li-*
*cet n 9.& 10.& Innoc.in c.innotuit allegat ab eo*
*Guid.Pap.dec.322.* nam in his quæ non de-
pendent à conſenſu partium approbatio
partium non releuat ad fundandum iudici-
um, *l.ſi expreßim ff.de appell.l.2. & ibi not. C.*
*communia reſt.iud.* quod ſi ordinariam habeat
iuriſdictionem *l.2 ff.de iud.* vel ſi appareat
ante litem conteſtatam, inſtrumentũ attri-
butæ iuriſdictionis in actis productum, aut
iudex fuerit interlocutus ſe eſſe competen-
tem iudicem & tunc non fuerit contradi-
ctum, per litis conteſtationem, transfertur
onus probandi in opponentem, de defectu
iuriſdictionis; quia videtur poſitus in quaſi
poſſeſſione iuriſdictionis: *Imol.in c. quoniam*
*contra n.37.de prob.& ibi Fel.num.53 & Can.*
*per l.Pomponius ratihabitionis ff.de procur. &*
*notata per Bart.in l.licet ſub n.6.C.de procur.gl.*
*in c.1.in verb.abſentia de elect.in 6.& ibi Can.* Si
vero nunquam fuit cogitatum neque diſpu-
tatum de iuriſdictione, tunc quandocun-
que opponi poteſt, *Bart.in d.l.licet ſub n.6 &*
*ibi DD.* Idem obtinet in omnibus exceptio-
nibus dilatorijs, vt defectus mandati, non
legitimæ perſonæ ſtandi in iudicio &c. per
quas contenditur retro nullum fuiſſe iudi-
cium, *gloſſ in d.l.licet in verb. inueniatur & ibi*
*DD.* litis conteſtatio † non requiritur in cau- 6
ſis ſpiritualibus quando agitur ſuper bene-
ficiis eccleſiaſticis, quibuſcunque, decimis,
matrimoniis, vſuris vel dictas cauſas quo-
quomodo tangentibus, electionibus, &
prouiſionibus eccleſiarum, *Clem. diſpendio-*
*ſam de iud iuncta clem.ſæpe contingit de verb.ſig-*
*nif.Pan.in c.1 nu.19.in fine & nu.20.* in poſ-
ſeſſorijs, *c.quia Præſulatus & ibi gloſſ.1.quæſt.4.*
*Pan.in d.c.1.n.2. hoc tit. licet idem Pan. aliter*
*ſentiat in c.conſultationibus ſub.n.9.de off.deleg.* In
cauſis inſtrumentorum confeſſionatorum:
ipſa productio cum petitione executionis
habet vim litis conteſtationis: *Bald.in l.ſi quis*
*la 3. numer 1. ff.de ſolut.* in cæteris ſum-
mariis terminus ad libellandum non in-
ducit effectum litis conteſtationis, ſed de-
bet

bet eſſe talis actus, qui in plenariis iudiciis fieri non poteſt, niſi lis foret conteſtata, *glo. fin. in capite, ex parte Decani circa med. de reſcript. c. quoniam contra de procur. l. nulla C. eod. Creſc. deciſ. 4. eod. tit.* In cauſa appellationis ex citatione appellati fit litis conteſtatio, *c. Raynaldus verſ. dilectus & ibi DD. de teſta. addit. ad deciſ. 3. in lit. ff. de appella. in nou. circa med.* Quando appellatum fuit à ſententia definitiua, ſed quando appellatum fuit à ſententia interlocitoria, an tunc & an in cauſa nullitatis litis conteſtatio fieri debeat, *vide Gail. obſ. 76. & 77. lib. 1.*
7 terminus † ad proponendum omnes exceptiones dilatorias habet vim litis conteſtationis, *Pan. in c. paſtoralis n. 30. de except.*

## Vt lite non conteſtata non procedatur ad receptionem teſtium, vel ad diffinitiuam ſententiam.

## Titulus VI.

### SVMMARIA.

1 *Tituli huius regula procedit quando lite nondum conteſtata reus eſt contumax.*

2 *Recipit multas fallentias primo ex parte rei poſſunt recipi teſtes, & publicari ante litem conteſtatam, etiamſi non dubitetur de morte aut abſentia teſtium.*

3 *Idem obtinet in actore, quando ipſe non poſſet agere nec litem conteſtari, niſi dicta teſtium eſſent ſibi nota.*

4 *Secundo fallit in actore contumace lite non conteſtata, quia reo inſtante, præmiſſa actoris citatione & denunciationibus ad domum eius factis, inducti à reo teſtes recipiuntur, & fertur definitiua.*

5 *Tertio recipiuntur teſtes ex parte actoris ſuper debito in diem, vel ſub Conditione cuius deletum eſt Chyrographum, aut amiſſum.*

6 *Quarto ſuper emergenti ante litem conteſtatam.*

7 *Quinto quãdo agitur conditione ex l. diffamari.*

8 *Praterea reus moleſtari timens, poteſt implorare officium iudicis ſui, ac petere declarari ſibi exceptionem competere.*

9 *Sexto quando timetur de morte aut diuturna abſentia teſtium, ſiue reus ſit contumax, ſiue etiam abſens abſque malitia vt Conueniri non poſſit, poſſunt, inſtante actore lite non Conteſtata, teſtes recipi coram iudice rei.*

10 *Septimo quando proceditur per inquiſitionem.*

11 *Octauo, quando ſuper fœdere matrimonij ſpiritualis, vel copula maritali, contractu vel contrahendu quæſtio mouetur, contra reum contumacem lite non conteſtata teſtes admittuntur.*

12 *Nono quando quis eſt in poſſeſſione alicuius iuris, & ſubueretur, ne alius ipſi in poſterum quæſtionem moueat, tunc ipſius teſtes ſtatim recipiuntur citato aduerſario & publicantur.*

13 *Lite non conteſtata contra reum contumacem, diuerſimode proceditur, in actione reali ſi reus nomine ſuo poſſidet, mittitur actor in poſſeſſionem rei petita.*

14 *Si alieno nomine poſſidet, ſtatim ante litem conteſtatam, in iudicio debet nominare dominum.*

15 *In actione perſonali relinquitur arbitrio, iudicis, vt vel actorem mittat in poſſeſſionem mobilium vel immobilium ipſius rei Contumacis pro menſura debiti, vel in contumacem ſententiam excommunicationis praferat.*

16 *In cauſis, in quibus non habet locum miſſio procedendum eſt ad excommunicationem iure decretalium, ex Conſtitutione vero Concilij Tridentini cenſuræ ſunt mere ſubdiariæ & proceditur per mulctas pecuniarias, captionem pignorum, diſtrictionem perſonarum.*

17 *In Cauſis criminalibus ciuiliter intentatis, habet locum miſsio.*

18 *Criminaliter intentatis, ſi crimine eſt graue annotantur bona, vbi imponitur pœna relegationis vel minor, proceditur ad definitiuam lite non conteſtata.*

19 *In criminalibus quoque vbi executio realis vel perſonalis fieri poteſt, à cenſuris eccleſiaſticis eſt abſtinendum.*

TESTES debent recipi in iudicio, & ante litem conteſtatam non eſt iudicium,
*Auth. de litig. §. omnem & aliis iuribus ſupra proximo titulo allegatis.* deo ſubiicit regulam ne-
gatiuam, vt lite non conteſtata &c. quæ
1 procedit † quando lite nondum conteſta-
ta, reus eſt contumax, *c. 1. 2. & 3. hoc titul. gloſ.*
*fin. in c. conſultationibus de offic. deleg.* Dicitur
contumax, qui peremptoria citatione rece-
pta venire contemnit, ſeu qui malitioſe ſe-
ipſum occultat, aut impedit ne poſſit citatio
ad ipſum peruenire, *c. quoniam §. porro & ibi*
*gloſſ. in verb. peremptoria & gl. ſeq. hoc tit. & ibi*
*Can. l. contumacia cum ibi notatis ff. de reg. iur. c.*
*1. in fine de alienat. iud. mutandi cauſa facta c. cau-*
*ſam quæ de dol. & contumac.* quique poſt cita-
tionis edictum ad loca remota ſe transfe-
rens, procuratorem ligitimum non dimiſit,
& denunciatione publice facta domi, non
apparet, qui defendat eundem, *c. fin. de eo qui*
*mitt. in poſſeſſ. cauſ. 201. ſeru. & ibi gl. fin. & Can.*
*c. cauſam quæ de dol. & contum. Hoſt. in d. c. quo-*
*niam n. 15. in verb. conuenire plures alios modos*
2 *contumaciæ aſſignat.* Recipit rubrica † multas
fallentias. 1. ex parte rei poſſunt recipi teſtes
etiam ante litem inchoatam, & publicari
denunciato aduerſario, eiuſve hæredibus,
etiamſi non dubitetur de morte aut diutur-
na abſentia teſtium, *Bart. in l. in l. aquilia ſi de-*
*letum poſt nu. 1. verſ. ſecundo caſu ff. ad leg. aquil.*
*Bartol. in auth. ſed etſi quis ab aliquo C. de teſtib.*
*Gail. obſ. 92. n. 3. & 8. lib. 1. Mynſ. obſ. 72. cent. 4.*
quia non eſt in rei poteſtate, quando con-
ueniatur: *c. ſignificauit & ibi gl. 1. d. auth. ſed &*
*ſi quis c. cum dilecta de conf. vtil. vel inut. l. fin. C.*
*de vſur. pupill. &c.* Idem obtinet † in actore, 3
quando ipſe non poſſet agere, nec litem con-
teſtari, niſi dicta teſtium eſſent ſibi nota,
quia tunc etiam poteſt petere, teſtes exami-
nari & publicari ante litem conteſtatam; vt
dictum eſt mihi, quod ſim hæres iuſtitutus
à Sempronio, & ego non poſſum adire hæ-
reditatem, niſi ſim certus de iuribus teſta-
menti, de quo non poſſum eſſe certus, niſi
per depoſitionem teſtium, vnde cum antea
non poſſit agi petitione hæreditatis, merito
poſſum petere examinari teſtes & publica-
ri ſicut ex parte rei, *l. publicati C. de teſtam. l. 2.*
*& ibi not. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. Bart. in d.*
*l. in l. aquilia ſi deletum circa finem Mynſing. d. obſ.*
*72. cent. 4.* Secundo actore † contumace, li- 4
te non conteſtata, caſſatur citatio facta de
reo, eo ipſo quod actor non reperitur in die
termini, ſed refectis expenſis poteſt citare
reum ſuper eodem libello *l. & poſt edictum §.*
*1. ff. de iud.* vel legitime tribus edictis, & quar-
to ex ſuperabundanti, citato actore datur
reo abſolutoria ab obſeruatione iudicij, *l. ſi*
*præſes C. quomodo & quando iudex & c. innoc. in*
*c. conſuluit de offic. deleg. Rot. diuerſ. 3. de dol. &*
*contum. in nou.* niſi actor promiſiſſet exercere
litē, iuxta auth. offeratur. C. de litis conteſt.
quia tunc abſque noua actoris citatione ſuf-
ficit eum expectare per decem dies, quibus
elapſis reus abſoluitur ab inſtantia iudicij,
*Auth. quod fieri C. de dilat.* ſed actor poteſt in-
choare nouam inſtantiam, ideoque reus
quandoq; petit pronunciari definitiue, &
reo inſtante, præmiſſa legitima actoris cita-
tione, & denunciationibus ad domum eius
miſſis, inducti à reo teſtes recipiuntur, &
fertur definitiua, *cap. cauſam quæ de dol. &*
*con-*

contum. & ibi gloſſ. pen. auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. & ibi Bart. Iure ciuili actor contumax reo poſtulante tribus edictis citatur, per internalla triginta dierum, quod ſi vocatus litem detrectet, ei annus indulgetur; quo elapſo iudex abſque alia actoris citatione auditis allegationibus rei, & perquiſita veritate, requirendo amicos, & notos actoris abſentis per proclama generale, an quis piam velit eum defendere, l. hac autem §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeß. eatur pronunciat definitiue, auth. qui ſemel & ibi Bart. ſub num. 3. Ius canonicum non videtur requirere dictas dilationes, de quibus, in d. c. cauſam quæ de dolo & contumacia. nulla fit mentio, & quæ de conſuetudine non ſeruantur in foro eccleſiaſtico, Pan. in d. c. cauſam quæ poſt Butr. n. 15. in fine, neque etiam requiſitionem amicorum & notorum ipſius actoris, quia actor eſt in culpa recedendo, & non dimittendo procuratorem, & ideo non debet ſeruari hæc æquitas contra eum, Pan. in d. c. cauſam n. 14. Ratio quare in abſentia actoris contumacis recipiuntur teſtes lite non conteſtata, & non in abſentia rei contumacis eſt, quia maior eſt contumacia actoris quam rei, nam fuit in principio in poteſtate actoris non agere, & non ipſius rei, ideoq́ue magis præſumitur contra actorem contumacem, qui reum prouocauit, & poſtea non comparet, quam contra reum, qui prouocatus venit, ne ſit in poteſtate actoris, cum voluerit, reum vexare, l. pure §. fin ff. de
5 dol. mal. & met. excep. Tertio † poſſunt recipi teſtes ex parte actoris, & ferri pro eodem condemnatoria ſuper debito in diem, vel ſub conditione, cuius deletum ſit chyrographum aut amiſſum, dubitaturq́ue de morte teſtium vel abſentia, qui promiſſioni interfuerunt ante euentum diei vel conditionis: ſed condemnationis exactio tunc competit, cum conditio extiterit, aut dies venerit eiſque deficientibus euaneſcit condemnatio: l. in aquilam ſi deletum ff ad l. aquil. de debito in diem, vel ſub conditione debet probari plene: ſummatim examinatur an teſtes debeant recipi lite non conteſtata: gloſſ. in verb. qui in d. l. in l. aquilia ſi deletum & ibi DD. Quod dubitatur de morte vel abſentia diuturna teſtium, non debet probari, nec exigitur ſemiplena probatio, ſed ſufficit ſuſpicio, Bart. in d. l. in l. aquilia ſi deletum n. 1. ſuper quo iudex primo fert interlocutoriam, pronunciando teſtes valetudinarios vel ab futuros: & ideo ad eorum examen poſſe procedi, Barto. poſt gl. ſing. in d. l. in l. aquilia ſi deletum ante n. 1. verſic. quæro quid faciat
iudex. Quarto ſuper † emergenti ante li- 6
tem conteſtatam & ſuper exceptione declinatoria, l. pen. & fin. C. de except. c. exceptionem & ibi gl. in verb. dilatorijs eod. c. quoniam contra & ibi gloſ. in verb. recuſa'iones & verb. exceptiones
de probat. Quinto † quando agitur condi 7
ctione ex l. diffamari C. de ingen. manum. fertur ſententia definitiua lite non conteſtata, Pan. in cap. accepimus num. 3. in fine princ. de fid. inſtrum. & ibi Fel. nu. 6. & ſeqq. & Can. Mynſ. obſ. 81. cent. 5. nam cauſa cognita in ciuilibus & criminalibus actori & accuſatori ad agendum poteſt limitari tempus, ita quod de cætero non audiantur, Bart. in l. Titia nu. 8. ff. de accuſ. Innoc. in c. conquerente ſub num. 1. & 2. de offi. ordin. & reo aſſignari tempus certum à iudice ad proponendum omnes ſuas exceptiones dilatorias, c. paſtoralis de except. Quia per ius nonnunquam malitioſe cauſarum terminatio prorogatur, ac etiam ad opponendum omnes ſuas exceptiones peremptorias ſubſiſtente iuſta cauſa, Pan. in d. cap. paſtoralis num. 9. de except. & ibi Fel. num. 5. & Can. Bart. in l. 2. ſub num. 4. & num. ſeqq. ff de re iud. vbi plures cauſas enumerat. Præterea



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8 † reus moleſtari timens, ſi actor agere dif-
ferat habet aliud remedium, nempe vt im-
ploret officium iudicis, coram quo poteſt
conueniri, petatque declarari ſibi exceptio-
nem competere & certum præfigi actori
terminum ad agendum idque eo non faci-
ente perpetuum ſilentium imponi, l. ſi con-
tendat & ibi Bart. Paul. de Caſtro & DD. ff. de fi-
deiuſſorib. Pan. in c. ſi quis contra clericum ſub n. 2.
foro compet. Mynſ. obſ. 72. verſ. habet cent. 4.
Differt autem à l. diffamari C. de ingen. & ma-
numiſſ. quia in l. ſi contendat cogitur actor
ſtatim agere alias iudicium ſuper exceptio-
ne procedit eique imponitur ſilentium, in
condictione vero ex l. diffamari cogitur a-
ctor in conſtituto tempore agere quo elap-
ſo demum imponitur ſilentium, Mynſ. de obſ.
9 72. in fin. cent. 4. Quando timetur † de mor-
te, aut diuturna abſentia teſtium, ſiue reus
ſit contumax, ſiue etiam abſens abſque ma-
litia, vt conueniri non poſſit, ne veritas oc-
cultetur, & probationis copia fortuitis caſi-
bus ſubtrahatur, c. quoniam in princ. hoc tit. c.
cum olim de teſtib. Gail. obſ. 92. 93. & 94. libr. 1.
aut ſi timetur ſubordinatio teſtium & quod
propter moram varient fidem ſuam, d. cap.
quoniam in princ. & ibi gl. in verb ſubtrahatur, &
ibi Pan. n. 6. l. 3. § duæ ff. de Carb. edict. aut ſi pe-
riculum obliuionis imminet, arg. l. hac con-
ſultiſſime §. at cum humana C. qui teſtam. fac. poſſ.
l. peregre ff. de acquir. poſſeſſ. Anch. in d. c. quoniam
nu. 6. poſſunt inſtante actore teſtes recipi li-
te non conteſtata, in cauſa ciuili, non crimi-
nali, gl. in d. c. quoniam in verb. ciuiliter approba-
ta per Pan. n. 3. & 5. Coram iudice rei, non
actoris, vt eadem ſit ratio de toto iudicio ad
partem, Anch. in d. c. quoniam poſt n. 7. ſed dif-
fertur publicatio poſt litem conteſtatam,
Bart. in d. l. aquilia ſi deletum n. 1. verſ. 1. caſu, &
tenetur actor intra annum conuenire ad-
uerſarium, ex quo conueniri poterit; vel ſal-
tem receptionem huiuſmodi teſtium illi
denunciare, alias atteſtationes receptæ non
valent (non ipſo iure ſed ope exceptionis)
Pan. in d. c. quoniam ſub n. 10. & ibi Can. illi,
qui induxit teſtes, ſed aduerſario valebunt,
quia in eo qui teſtes induxit, & non conue-
nit, vel denunciauit intra annum, præſump-
tione iuris & de iure præſumitur fraus, quod
hoc procuret vt proceſſu temporis excep-
tiones legitimæ ad repellendos teſtes, vel a-
liæ locum non habeant, is vero contra quẽ
inducti ſunt, non deliquit; d. c. quoniam & ibi
gl. in verb. non valeant & in verb. in fraudem & i-
bi Can. niſi depoſitiones teſtium contineant
vnum articulum inſeparabilem facientem
pro vtraque parte, quem non poteſt recipe-
re pro ſe, quin recipiat contra ſe, quia cum
ſit vnicum factum, diuidi non poteſt, Pan.
in d. c. quoniam n. xj. Anchar in d. c. quoniam in
fine princ. tenet depoſitiones teſtium, poſt
annum, non facta conuentione aut denun-
ciatione, indiſtincte non valere, quoad am-
bos, vt ſeruetur in iudiciis æqualitas; in fin.
de fruct. & lit. expenſ. quod ſi reus reperiatur
& conueniri poſſit, tunc ad huiuſmodi re-
ceptionem eſt citandus, ſicut in aliis caſibus,
cum ordinarie proceditur, c. in nomine de te-
ſtib. Anch. in d. c. quoniam ſub n. 6. Pan. ſub nu. 2.
& DD. communiter. nunciatio enim aut con-
uentio infra annum, quæ ad efficaciam re-
ceptionis exiguntur, operantur, quod ſine
aliqua rei contumacis aut abſentis, vt con-
ueniri non poſſit, citatione poſſunt teſtes
recipi, vt dictum eſt, primo quando † pro- 10
ceditur per inquiſitionem, c. veritatis de dol.
& contum. & aliis caſibus notatis in gloſ. 2.
in d. c. quoniam, & ibi Pan. ſub n. 3. & per gl. 1. 3.
quæſt. 9. verſ. nam ante litem conteſtatam & ibi
Can. qui ſuis locis annotabuntur, Octauo,
quando ſuper electione alicuius prælati, ſi-
ue cuiuslibet clerici, aut de fœdere † matri- 11
monij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

monij ſpiritualis, vel copula maritali con-
tractis, vel contrahendis, *Ioan. Andr. in c. quo-
niam nu. 49. hoc tit. & ibi Hoſt. gloſſ. in d. c. quo-
niam §. porro in verb. copula.* quæſtio mouetur,
ne propter longam moram eccleſia patiatur
læſionem, aut viro aut mulieri fornicatio-
nis præbeatur occaſio, contra reum contu-
macem lite non conteſtata teſtes admittun-
tur, & proceditur ad definitiuam; *d. c. quo-
niam §. porro & ibi glo. 1. & 2. hoc tit. c. 1. de eo qui
mitt. in poſſeſſ. cauſ rei ſer. in 6.* Si aliter quam
per contumaciam abſens fuerit, in ſpiri-
tuali matrimonio contracto ſeruantur ca-
nones antiqui, *d. §. porro verſ. ſi vero aliter & i-
bi gl. in verb. canonibus,* innouati per Conci-
lium Trid. *c. 1. §. ſi quis ſeſſ 6. c. 1. ſeſſ. 23. c. epiſ-
copus ſeſſ. 6. cap. cum dignitates §. præterea ſeſ. 24.*
in contrahendo, is qui prælatum electus
eſt, per ſpacium ſex menſium expectatur ni-
ſi penſatis negocij circumſtantiis per ſupe-
rioris prouidentiam magis vel minus fuerit
expectandus, *d. § porro verſ. quod ſi forſan.* vel
potius ſeruanda eſt diſpoſitio *c. quam ſit &
c. cupientes de elect in 6* vbi lapſo termino pri-
uatur ipſo iure: clerico cui abſenti epiſcopus
contulit beneficium, notificata ſibi colla-
tione poteſt competentem ad conſentien-
dum terminum aſſignare, eoque lapſo cle-
ricus non eſt ipſo iure priuatus, more inte-
gra poteſt conſentire, & epiſcopus libere,
cui viderit expedire, conferre; *c. ſi tibi abſen-
ti & ibi glo. in verb. terminum & Can. de præb. in
6.* Si de carnali coniugio contracto aga-
tur, tamdiu alterutter coniugum expecte-
tur, donec de ipſius obitu veriſimiliter præ-
ſumatur, *d. §. porro verſ. ſi autem de carnali &c.
& ibi gloſſ. & Can.* Quia in coniugio multi
occurrunt caſus, in quibus coniuges ſine
culpa ſed non ſine cauſa continere cogun-
tur; in contrahendo ſerua diſpoſitionem *c. de
illis de ſponſal.* quando non negatur fœdus
matrimonii ſpiritualis, aut carnalis, ſed pe-
titur Prælatus deponi propter crimen, aut
agitur de adulterio ad ſeparationem thori,
quantumcunque Conuentus ſit contumax
non debent recipi teſtes ſuper crimine, nec
ferri ſententia ante litem conteſtatam, *Ioan.
And. in c quoniam n. 49. hoc tit. poſt Hoſt. & In-
noc. c. 1. hoc tit. c. diſcretionem §. fin. de eo qui duxit
in mat. quam polluit per adult.*

Nono quando † quis eſt in poſſeſſione 12
alicuius iuris quod dicit ſuum & ſubueretur
ne mortuis his qui huius iuris veritatem no-
runt alius ipſi inpoſterum quæſtionem mo-
ueat, tunc teſtes ipſius ſtatim recipiuntur
citato aduerſario & publicantur perpetuo
valituri, *c. ſignificauit de teſtibus Mynſ. obſ. 71.
cent. qui tradit differentias interdictum c. ſignifica-
uit & d. c. quoniam contra §. ſunt & alii.* Ratio
eſt quia id quod poſſidet vendicare non po-
teſt, *c. examinata de iudic.* nec alium ad agen-
dum pro ſuo arbitrio agere poteſt, *tot. tit. C.
vt nemo inuitus &c.* In aliis caſibus contra
reum contumacem lite † non conteſtata 13
diuerſimode proceditur, In actione reali, ſi
reus nomine ſuo poſſidet, mittitur actor in
poſſeſſionem rei petita Cauſa cuſtodiæ, vt
tædio affectus reus veniat reſponſurus, qui
ſi intra annum venerit præſtita cautione, iu-
dicio ſiſti, & refuſis expenſis, recuperat poſ-
ſeſſionem cum fructibus, deductis expen-
ſis poſt annum iſtis non ſeruatis actor verus
conſtituitur poſſeſſor; ſuper proprietate
duntaxat reo actione reſeruata, *d. c. quoniam
§ in aliis & ibi gloſſ. & Can. gloſſ. fin. in l. cum
proponas C. de bon. auct iud. poſſid. & ibi DD.* ſi
rem immobilem poſſidet alieno † nomine,
ſtatim ante litem conteſtatam, quia eſt ex-
ceptio declinatoria, in iudicio debet domi-
num nominare, ſiue conueniatur actione
reali, mixta, ſiue interdicto, aut perſonali in
rem ſcripta, & iudex ſtatuet ipſi terminum

infra quem dominum producat; qui ſi poſt
tempus indultum non comparuerit, tanquam
lite; ex eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad interrumpendam præſcriptionem longi temporis conteſtata, iudex dominum poſſeſſionis tribus edictis citat, ipſoq; in eadem voluntate manente negocium ſummatim examinans, actorem, præſtito ab eo iuramento calumniæ, & facta ſemiplena probatione de ſuo iure, in verã poſſeſſionem rerum mittit, reſeruata abſenti omnia allegatione ſuper proprietate, quia maior eſt contumacia domini, qui per denunciationem, & plures citationes vocatus venire contempſit, *d. §. in aliis vero verſ. quod ſi ſuper & verſ. ſeq. l. 2. C. vbi in rem act. &c. & ibi Bart. late & DD. gloſſ. 1. in c. edoceri de reſcript. Mynſ. obſ. 58. cent. 2. diſtinguens tres caſus & obſ. 24 cent. 3.* quia nominatus etiamſi ſit perſona priuilegiata non poteſt declinare forum, *l. venditor ff. de iud. l. 1. C. vbi in rem actio &c. Mynſ. obſ. 14. cent. 5 qui limitat vno modo*, In
15 actione † perſonali iure decretalium, relinquitur arbitrio iudicis, vt vel actorem mittat in poſſeſſionem mobilium ipſius rei contumacis, vel immobilium, ſi forte mobilia non habeat, pro modo ſiue menſura debiti declarati in libello, quam reus poteſt recuperare ſiue veniat infra annum, ſiue poſt annum; data cautione iudicio ſiſti, & refuſis expenſis, *d. §. in aliis vero verſ. fin. & ibi gloſſ. & Gan. l. cum proponas C. de bon. auct. iud. poßid.* ſiue confiteatur debitum ſiue neget, *auth. & qui iurat. C. de bon. auct. iud. poßid.* vel in contumacem ſententiam excommunicationis proferat, ita quod alterutra pœna in principio ſit contentus, *d. §. in aliis vero verſ. fin.* Item in cauſis in † quibus non habet locum
16 miſſio in poſſeſſionem, vt in interdicto vti poſſidetis, *Imol. in c. tuæ verſ. pen. hoc tit.* & in cauſis beneficialibus iure decretalium, procedendum erat ad excommunicationem, *d. c. tuæ hoc tit.* ſuſpenſionem, *c. meritatis de dol. & contum. c. ſane el. 2. de offic. deleg.* vel interdictum, *d. c. ſane c. P. & G. de off. deleg. c. ex reſcripto de iureiur.* ex conſtitutione Concilij Tridentini contra contumacem non proceditur per cenſuras, quam diu extant alia remedia, ſed cenſuræ ſunt meræ ſubſidiariæ, nam cõcilium Tridentinum in cauſis iudicialibus mandat omnibus iudicibus eccleſiaſticis, vt quandocunque executio realis, vel perſonalis, in qualibet parte iudicij, propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant, tam in procedendo, quam definiendo à cẽſuris eccleſiaſticis, & permittit eis, in cauſis ciuilibus ac forum eccleſiaſticũ quomodolibet pertinentibus, contra quoſcunq; etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi exiſtentibus aſſignantur, ſeu per captionem pignorum, perſonarum, diſtrictionem, per ſuos proprios vel alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaq; iuris remedia procedere; quod ſi executio realis, vel perſonalis aduerſus reos fieri non poterit, ſitq; erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, præter alias pœnas, ferire concedit, *c. 3. § in cauſis ſeß. 25.* In cauſis
criminalibus † ciuiliter intentatis habet lo- 17
cum miſſio, *Imol. poſt. Butr. in c. tuæ nu. 2. h. t.* quia in talibus procedi poteſt more aliarũ
ciuilium *l. abſentem ff. de pœn.* criminaliter † 18
intentatis, non habet locum miſſio: ſi crimen eſt graue bona annotantur, *l. 1 & 2. ff. de requir. reis &c.* vbi imponitur pœna infamiæ, relegationis, vel minor, proceditur ad definitiuam, etiam lite non conteſtata, *d. l. abſentem & ibi gloſſ. in verbo iudiciorum & Bart. numero ſecundo*, in quibus etiam
† vbi executio realis vel perſonalis fieri 19
poterit, eſt à cenſuris eccleſiaſticis abſtinendum

dum, ſed ſi d. executioni facile locus eſſe non poterit, licebit iudici ſpirituali gladio in delinquentes vti, ſi delicti qualitas, præcedente ſaltem bina monitione, etiam per edictum, id poſtulat. *d. c. 3 §. in cauſis quoque criminalibus ſeſſ. 25.*

## De iuramento Calumniæ.

## Titulus VII.

### *SVMMARIA.*

1 *Calumniæ iuramentum tacite remitti poteſt, expreſſe non poteſt remitti.*

2 *Semel tantum præſtatur in qualibet cauſa, & ante ſententiam.*

3 *De Calumnia & veritate dicenda iuratur in Cauſis ſpiritualibus, quaſi ſpirituali & à prælato in cauſa eccleſiæ propriæ.*

4 *Malitiæ iuramentum iudex exigit, quoties viderit expedire & ante & poſt litem conteſtatam.*

5 *Calumniæ iuramentum qui præſtare cogantur.*

6 *Calumniæ iuramentum non præſtant fiſcalis, & quando contentio eſt de feudo nec dominus, nec vaſallus.*

7 *Calumniæ iuramentum recuſantis pœna eſt vt actor ab inſtituta actione cadat, reus habeatur pro confeſſo ſuper intentatis principaliter, cum qualitatibus, ſi confeſſio ſibi nocet, alias habetur pro negante.*

8 *De malitia non iurantis pœna.*

LIbello dato, facta reconuentione, lite conteſtata, iuratur de calumnia iure ciuili, *l. 2. C. hoc tit.* iure canonico in qualibet parte iudicij, cum huiuſmodi iuramenta præſtari ab initio de ſubſtantia ordinis iudiciarij non exiſtat, *c. 1. hoc tit. in 6.* ideo poſt præcedentes rubricas ſubnectit hanc de iuramento calumniæ: de quo tractatur, *Inſtit. tit. de pœna temere litigantium lib. 4.* Propter omiſſum tacite, hoc iuramentum † proceſſus 1
non eſt nullus, aut annullandus, niſi fuerit
exactum, *Clem. ſæpe de verbo. ſignif. c. 1. §. 1. & ibi
gl. in verbo annullandus hoc tit. in 6. & ibi Franc.
& Can. Rot. deciſ. 2. hoc tit. in antiq. Put. deciſ. 388.
lib. 2. Greg. XV. deciſ. 209. n. 3. & ſeq. Gail. obſ.
84. cum 2. ſeqq. lib. 1.* & hæc petitio in quolibet
actu eſt repetenda, *arg. eorum quæ tradit
Alex. in l. non ſolum §. morte n. xi. & 12. ff de nou.
oper. nunciat. & ibi DD. Put. deciſ. 215. lib. 2. Greg.
XV. deciſ. 157. & ibi annot. Rot. deciſ. 688. n. 3. par.
1. diuerſ.* expreſſe remitti non poteſt, *l. 2. §. ſed
quia C. de iuram. propter calum. dando gloſſ. in c. 1.
§. 1. in verbo tacite hoc tit. in 6. & ibi Can.* Semel
tantum † præſtatur, *auth. hoc ſacramentum C.* 2
*hoc tit. gloſſ. fin. in c. 2. de prob. Greg. XV. deciſ. 157.
n. 1. & ibi annot.* in qualibet cauſa, *c. 1. hoc tit.*
etiam ſummaria, *d. Clem. ſæpe c. cæterum hoc tit.
cott. in memor. in verbo iuramento calumniæ.* criminali,
*Pan. in d. c. 1. num. 12. & ſeq hoc tit.* ac in
cauſa appellationis: *c. in appellationis hoc tit. in*
6. debet præſtari ante ſententiam, & non
poſtea, quia reſpicit præſentia, & futura, non
præterita, *Cynn. in l. 2. n. xi. C. de iuram. propt.
cal. dand.* In cauſis † ſpiritualibus ſimul iura- 3
tur de calumnia, & veritate dicenda, *c. 1. §.
fin. hoc tit. in 6.* item in quaſi ſpirituali, vt vſurarum,
præſtatur iuramentum de veritate
dicenda, nec non à prælato in cauſa eccleſiæ
propriæ, quando de facto agitur, *c. ex literis
& ibi gl. 1. & fin. de iureiur. & Can.* licet iura decretalium
in hiſce cauſis iuramentum calumniæ
nulli prorſus indicant, *c. literas hoc tit.*
præterea iure canonico poſt præſtitum de
calumnia; aut veritate dicenda iuramentum,
poteſt iudex à partibus exigere † iura- 4
mentum malitiæ, quoties viderit expedire,
& ante & poſt litem conteſtatam, vt cum
iudex ſuſpicantur, quod malitioſe proponatur
exceptio, *c. literas §. nos autem circa finem
de reſtit. ſpoliat.* petatur dilatio, *d. c. in appellatio-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nis §.fin.c.præſentium & ibi gl.in verb. iuramen-
to de teſtib.*&ſic tria iure canonico præſtan-
tur iuramenta, calumniæ, de veritate dicen-
da,& malitiæ, *ex ſupradictis.*

5 Præſtant † hoc iuramentum principales
perſonæ, *auth.principales perſonæ C.hoc tit.* eo-
rum hæredes & ſucceſſores, *d.auth. principa-
les l.qui bona §.ſi quis ff de damn. inf.c.2. §. 1. &
ibi gloſſ.in verb,iuramentum Franc.& Can.de iu-
ram.cal.in* 6.clerici in eorum cauſis proprijs,
*c.cæterum hoc tit.gloſſ.fin.in c.pen.22.quæſt.* 5.*&
ibi Can.*epiſcopus in cauſa propria, ſi per ſe-
ipſum eligit litigare propoſitis, non tamen
tactis euangelijs ; ſi verò per actorem aut
ſyndicum, per hunc præſtandum erit. *c. fin.
hoc tit.*Quando propriam eccleſiæ ſuæ cau-
ſam peragunt epiſcopus inconſulto Roma-
no pontifice, quique clericus inconſulto ſuo
prælato, hoc iuramentum præſtare non de-
bent; ſed poſſunt procuratoribus commit-
tere præſtandum.*c.1.hoc tit.* Vniuerſitas, niſi
releuet ſe.conſtituendo ſyndicum vel pro-
curatorem,*c.imperatorum & c.pen.hoc tit.* qui
iurant in animam propriam, ſi cauſam om-
nino non neſciant.*c.in pertractādis hoc tit.*a-
liter enim anceps ſubirent periurium, *l. vi-
deamus ff.de in lit.iur.* Tutores quoque & cu-
ratores,& alij legitimi adminiſtratores iu-
rant in animam propriam. *l.2,§. quod obſer-
uari C.hoc tit.* Procurator iurat, ſi ſpeciale ha-
beat mandatum, in animam domini conſti-
tuentis,*c.in pertractandis & ibi gloſſ fin. hoc tit.
c.fin eod.in 6 Gail obſ.83.& obſ.88.cum ſeqq.
li.1.Greg.xv.deciſ.282.in princ.* & in animam
propriam, quo caſu non requiritur ſpeciale
mandatum, etiamſi ſit conſtitutus poſt præ-
ſtitũ hoc à principali iuramentũ,& à domi-
no, quid ponere & reſpondere debeat, ſit
inſtructus:*c.2.§.1.& ibi gloſſ. in verb.ab ipſis
hoc tit.in 6.* quare iudex in delatione huius
iuramenti debet inſpicere cauſæ priuilegiũ,
& perſonarum qualitates,& illud mandare
præſtari, quandoque per ipſos principales,
quandoque per procuratores.*d.c in pertra-
ctandis.* Fiſcalis † non iurat de Calumnia, 6
*Fr.Luca:de fiſco & eius priuileg.79.Mynſ obſ.74.
cent.1.* & quando contentio eſt inter Domi-
num & Vaſallum de feudo , Vaſallus non
poteſt à Domino exigere Iuramentum Ca-
lumniæ, nec Dominus à Vaſallo,*§.penult.de
Conſuetud.recti feudi & ibi Bald.& DD,* Pœna
† recuſantis hoc iuramentum cum præſtan- 7
dum fuerit, eſt, vt actor ab inſtituta actione
cadat, reus autem haberi debeat pro con-
feſſo,*d.c.imperatorum c.fin.§.fin.hoc tit.* ſuper
intentatis principaliter cum eorum quali-
tatibus;*l.2.in princ.verſ.diuus ff.de iur.fiſci Bald.
in l.2 § quod ſi actor in fine C.hoc tit.* ſi confeſ-
ſio ſibi nocet , alias habetur pro negante,
*Bald.in.d.§ quod ſi actor num.3.l.non alienum l.
de ætate §.1.& ſeqq.ff.de interrog. act.gloſſ.pen.in
c.2.de confeſſ.in 6.& ibi Can.*non ipſo iure, ſed
per ſententiam iudicis : quia iudex procedit
contra actorem abſoluendo reum , & eo-
dem modo condemnat reum actori, etiamſi
actor nihil probauerit; *auth.principales perſo-
næ in fine C.hoc tit.*& poteſt contumacia pur-
gari per recuſantem, præſtando hoc iura-
mentum vſque ad ſententiam iudicis con-
demnatoriam, ſeu declaratoriam:*Pan.in d.c.
fin.num.19.& ſeqq.hoc tit.* & non tranſit ad
hæredem , quando recuſans moritur ante
ſententiam declaratoriam,*l eius qui delatorem
& ibi Bart.num.1.ff.de iur.fiſci Gail.obſ.86.lib.1.
num.6.& ſeqq.*Limita primo, quia in crimi-
nalibus ex ſola contumacia accuſatus non
habetur pro confeſſo.*l.Diuus verſ.ſic & diuus
pius ff de cuſt.& exhib.reor.l.2 in princ.C.de ijs qui
latio.vel alijs crimin.& c.Bart.in l. abſentem nu.
3.ff.de pœn.Bald.in l.1.num.10. C. quomod. &
quando iud.& c.Bald.in l.2.§.quod ſi actor num.
4.C.hoc tit.l.1.C,de rapt.virg,* Limita ſecundo
quando

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quando nolens iurare iam perfecte probauiſſet, *Bald. in c. 2. num. 7. in ſine de prob. per illum text. Iaſ. in l. admonendi ff. de iureiur. num.* 84.
8 De pœna † non iurantis ne malitia vide Gaill. obſ. 87. lib. 1.

## De dilationibus.

## Titulus VIII.

### *SVMMARIA.*

1 *Dilatio datur vocato ad iudicium extra ordinarium per reſcriptum , ad impugnanda precum mendacia , quæ impetranti denegatur.*

2 *Vocatoria ſeu exſpectatoria datur citato ad litis ingreſſum & iudicij ordinationem.*

3 *Deliberatoria non datur actori, ſed vocato ad iudicium in Cauſa Ciuili.*

4 *In Cauſa criminali non datur dilatio deliberatoria.*

5 *Reſtitutoria dilationes habent locum ante vocationem in ius, danturque exſpoliatis tam in Cauſa Ciuili quam in criminali.*

6 *Probatoria dilatio datur actori & reo gratia inſtrumentorum & perſonarum ad veritatis indagationem.*

7 *In cauſis pecuniariis non datur niſi ſemel , & ex Cauſa impedimenti in prima datur ſecunda.*

8 *In criminalibus dua actori & tres dilationes dantur reo, & vlteriores ex Cauſa impedimenti quod fuit in primis.*

9 *Dilatio quadam datur ad executionem rei iudicatæ, condemnato in cauſa perſonali datur quadrimeſtre.*

10 *In actione reali ſtatim ſit executio.*

11 *In cauſa criminali dilatio non datur.*

12 *Dilationes conceduntur citato aduerſario, & Cauſa cognita.*

13 *Circa dilationem primam probatoriam leuis adhibetur cauſæ cognitio.*

14 *In ſecunda dilatione danda, adhibenda eſt cognitio plenaria à conſidente iudice.*

15 *Idem iuris eſt in duabus actori, & tribus reo & vlterioribus dilationibus dandis in cauſa criminali.*

16 *Exſpectatoria dilatio non intelligitur peremptoria niſi dicatur, vel niſi tertia emanauerit dilatio.*

17 *Probatoria dilatio etiam prima eſt peremptoria. Requiſitio extraiudicialis quæ ſit à parte partis, ſufficit vnica, & intelligitur peremptoria.*

18 *Dilationis effectus eſt quod ſiue pars ſiue integra data fuerit dilatio, eouſque iudicis officium conquieſcit.*

CITATIONES per edicta emanant, cum interuallo dierum, & libello iudici oblato, ac etiam in progreſſu iudicij ſolent litigantes petere dilationes, de quibus eſt videndum. Decretales huius tituli tantum loquuntur de dilationibus, quæ conceduntur ante litem conteſtatam, nos de eis paulo fuſius tractabimus, quia multiplices ſunt. *c. præterea & ibi gl. in verb. plene hoc tit. gl. in ſumma 3. quaſt. 2. & vtrobique Can.* Quædam eſt dilatio, quæ datur † vocato ad iudicium ex- 1
traordinarium per reſcriptum, ad impugnanda precum mendacia. & proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes: quia instructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum iudicium trahitur: & impetranti reſcriptum penitus eſt deneganda. *l. ſi quando & auth. quod fieri C. hoc tit.* Quædam vocatoria † & 2
expectatoria , quæ datur citato ad litis ingreſſum, & iudicij ordinationem: *c. 1. hoc tit.* nam reus citandus eſt ad iudicium tribus edictis, *c. de illicita §. de conuentione 24. quaſt. 3. l. ad peremptorium ff de iud.* per interuallum non minus decem dierum, *l. per interuallum ff. de iud.* hodie triginta dierum, §.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*omnem* §. *& ſi hoc minime auth. de litig. coll.* 7. ſi
iudex ter citet, & non apponat hoc aduer-
bium peremptorie, tamen intelligitur cita-
tus peremptorie: *l. tres denunciationes C. quo-
mod. & quand.* iudex poſt peremptorium po-
teſt iudex adhuc vnum edictum mittere, ſi
velit abſenti gratiam facere; *l. & poſt edictum
ff. de iud. c. conſuluit de offic. deleg Rot. deciſ.* 3. *de dol.
& contum. in nou. c. cum olim. verſ. volentes de dol.
& contum. & ibi gloſſ. in verb. miſericorditer in
verb. vt conuincatur.* aut reus citandus vno pro
omnibus peremptorio, *l. nonnunquam ff. de
iud. l. contumacia ff. de re iud.* quod continere
debet tantum temporis quantum tria edi-
cta ſeparata, *auth. qui ſemel. C. quom. & quando
iud.* vel verius ex cauſa, iudex poterit illud
moderari, prout ſibi videbitur expedire, pro
conditione temporis, cauſæ, perſonæ: *d. l.
nonnunquam ff. de iud. c. cum ſit Romana de ap-
pell. gloß. pen. in cap.* 1. *hoc tit.* A termino nimis
breui & peremptorio poteſt appellari; *c.* 1.
*& c. fin. & ibi Pan. num.* 7. *hoc tit. l. ſancimus &
auth. poſt iuſiurandum c. de iud.* Abſenti citato,
ſi poſtea comparuerit, omnis clauditur co-
pia iudiciorum, niſi prius omnia damna re-
ſtituat ex huiuſmodi vitio aduerſarijs ſuis
inflicta, ſiue circa ingreſſum litis, ſiue circa
honoraria aduocatorum, vel alias cauſas,
quæ in iudicio verſantur, *c. inducia & ei autem
3. quaſt 3. gloſſ. fin. in c. 2. hoc. tit. & ibi Pan. num.*
13. *Caputaq. deciſ.* 263. *&* 264. *part.* 1. Quædam
3 deliberatoria † dicitur, quæ non datur a-
ctori, quia inſtructus venire debuit; *Caputaq.
deciſ.* 260. *part.* 1. *Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 4. *& ſeqq.
hoc tit. arg. l. de ætate* §. *ex cauſ. ff. de interrog. in iu-
re fac. c. cæterum de iuram. cal. l.* 1. *ff. de vent. inſpic.
c. paſtoralis & ibi gloß. in verbo de nouo de except.*
niſi commiſerit cauſam contra reum ſuper
vno iure, & pendente lite, reus aliud ius pro-
ducat: *Caputaq. deciſ.* 262. *part.* 1. *Clem. ſæpe de
verb. ſignif.* aut tertius admittatur ad cauſam
vigore ſpecialis commiſſionis; *Caputaq. deciſ.*
252. *part.* 1. *l. facta* §. *ſi hæres el.* 2. *& ibi Bart. &
DD. ff. ad Trebell.* Sed datur vocato ad iudiciũ,
eiuſque procuratori generali, non ſpeciali
ad iſtam cauſam, *Creſcent. deciſ.* 3 *de dilat.* In
cauſa ciuili poſt libellum oblatum conce-
duntur viginti dies ad deliberandum, an ce-
dat, vel contendat, aut iudicialium aſſociari
petat, vel recuſet eum, *c. dilectus de procur. Rot.
Biſig. deciſ. vnica hoc tit. Caſſad. deciſ.* 1. *in princ.
hoc tit.* quæ denegatur reo, ſi per literas cita-
torias plene potuit inſtrui, *auth. offeratur C. de
lit. conteſt. d. c. inducia* 3. *quaſt.* 3. §. *offeratur* aut ſi
actor verbum generale vel ambiguum poſi-
tum in libello declarauerit, ſi per expreſſa
potuit deliberare ſuper generalitate vel am-
biguitate, *c. præterea hoc tit. & ibi gloß. in verbo
plene & Can. Mynſ. obſ.* 85. *cent.* 5. non datur in
cauſis executiuis, & quando partes ſemel ha-
buerunt eam, *c. litteræ tua hoc tit. & ibi Can. poſt
gloſſ.* 1. ceſſionario denegatur, quando ce-
dens dilationem habuit ante ius ceſſum,
quia cedens non poteſt præiudicare ceſſio-
nario poſt ceſſionem, ſed ante ceſſionem po-
teſt præiudicare.

In cauſa † criminali non datur dilatio 4
deliberatoria, quia reus certus eſſe debet, v-
trum velit crimen confiteri vel negare, cum
ſciat ſe eſſe reum vel non; *gloſſ in ſum.* 3. *quaſt.*
2. *in fine Bald. in d. auth. offeratur num.* 13 *aſſerens
ita ſeruari de facto*, maxime quando copia li-
belli fuit in citatione inſerta, & reus habuit
tantum temporis, quod potuit deliberare
tam circa factum principale, quam circa for-
mam libelli, perſonam accuſantis, iudicis,
*Pan. poſt gloß. in c.* 2. *num.* 9. *hoc tit. & ibi Can.*
Quædam † ſunt reſtitutoriæ, quæ habent 5
locum ante vocationem in ius, danturque
ſpoliatis, tam in cauſa ciuili, quam crimina-
li; *c. cum eccleſia & cc. ſeqq* 3. *quaſt.* 2. nam in
cauſa criminali exſpoliatis poſt integram

reſtitu-

reſtitutionem anniuerſariæ induciæ, vel ſex
menſium indulgendæ ſunt, *c. eiectis 3. quæſt. 2.*
vel iudici arbitrariæ, *c. quanto c. prius & c. ſi epi-
ſcopus 3. q. 2.* antequam illis aliquid à quopiam
debeat, vel poſſit obijci, aut ipſi cogantur
accuſantium propoſitionibus reſpondere:
quia nec nudi contendere, nec inermes ini-
micis ſe debent opponere. *d. c. cum eccleſia d. c.
ſi epiſcopus c. oportet. 3. quæſt. 2.* In cauſa ciuili
ſpoliatus, facta reſtitutione, non poteſt con-
ueniri petitorio, niſi tanto tempore ſteterit
in pacifica poſſeſſione, quanto tempore
permanſit ſpoliator, *d. c. quanto & c. tamdiu 3.
quæſt. 2. Pan. in d. c. venerabil. in gloſſ. 1. de offic. de-
leg. Ripa in l. naturaliter § nihil commune nu. 49.*
6 *ff. de acquir. poſſeſſ.* Quædam eſt † dilatio pro-
batoria, quæ datur actori & reo gratia in-
ſtrumentorum & perſonarum ad veritatis
indagationem, nec eſt in poteſtate iudicis
dare vel denegare, quia ſecundum aliquos
eſt de ſubſtantia iudicij, *fuſe Franc. in d. c. di-
lecto in 55. quæſt. nu 253 de appell Gemin. in ſum-
ma 2. quæſt. 1. num. 9.* alijs affirmantibus, quod
datio dilationis probatoriæ non ſit de ordi-
ne formali iudicij: *Bald. in l. 1. num. 6. ff. de teſt.
Bald. in l. petendæ in 3. not. C. de temp. in integ. re-
ſtit. Iaſ. in d. l. in pecuniarijs num. 53. Fel. in c. licet
cauſam n. 13. & 14 de prob.* moderanda eſt ſe-
cundum locorum diſtantiam, & regulariter
7 † in cauſis pecuniarijs non datur niſi ſemel,
*l. 1. C. hoc tit. d. c inducia § ſpacium & ibi gloſſ. in
verb. amplius & in verb. quam ſemel*, & ſi iudex
daret alteram abſque rationabili cauſa, eſſet
ipſo iure nulla, *l. in pecuniarijs & ibi Bart. num.
7. Iaſ. num. 22. & ſeqq. & num. 23. ponit regulam
& 10 fall. ff. de fer. & dilat.* Ex cauſa impedi-
menti in prima, datur ſecunda dilatio, *l. in o-
ratione ff. de fer. & dilat.* & in ſucceſſore, cen-
ſetur iuſta cauſa dandæ nouæ dilationis, *d. l.
oratione verſ. illud Gail. obſ. 91 num. 17. in fine &
num. 18. lib. 1.* Quia veriſimiliter hæres ſucce-
dens in ius alterius ignorat modum proban-
di, *l. qui in alterius ff. de reg. iur. l. fin. C. ſi pend. ap-
pell. mors interuen.* In † cauſis criminalibus 8
in quibus accuſatus morte, exilioue coer-
cendus eſt, *l. ſed etſi quis ff ſi quis cautionib. &c.*
aut membri abſciſſione, *l. imperium & ibi not.
ff. de iuriſd. omn. iud.* aut imponitur pœna pe-
cuniaria applicanda fiſco, *Iaſ. in d. l. in pecunia-
rijs num. 50. quod Bart. ibidem non probat.* duæ
actori, & tres dilationes dantur reo, & vlte-
riores ex cauſa impedimenti, quod fuit in
primis; *d. l. in pecuniarijs & ibi Bart. num. xi. &
15.* ſunt certi caſus in quibus tempus ad pro-
bandum conceſſum ipſo iure non currit re-
cenſiti à Mynſ. *obſ. 99 cent. 3.* Quædam † di- 9
latio datur ad executionem rei iudicatæ,
condemnato in actione perſonali datur
quadrimeſtre, quod à iudice poteſt arctari,
& prorogari: *c. quod conſultationem de ſent. &
re iud. l. 2. & l. debitoribus ff. de re iud.* in actio-
ne reali † ſtatim fit executio, ſi condemna- 10
tus poſſit ſtatim rem reſtituere, alioquin
datur tempus ad reſtitutionem, ſatiſdato fi-
deiuſſoribus de æſtimatione litis ſi res non
reſtituatur; *§. & ſi in rem Inſtit. de offic. iud. gloſſ.
fin. circa finem in l. fin. C. de execut. rei iud. & ibi*
DD. non datur † in cauſa criminali quia ibi 11
pœna non differtur, *c. ſicut 2. q. 1. l. cum reũ C.
de pœn.* niſi certis caſibus, *c. cum apud xi q. 3. &
ibi gloſſ.* Dilationes † conceduntur, citato 12
aduerſario, qui ſi neget dare debere, nõ poſ-
ſunt à iudice dari, vel denegari, niſi cauſa
cognita, *l. à procedenti C. hoc tit. d. l. in pecunia-
rijs in fine* etiamſi lis ſit cum fiſco, *l. pen. C. hoc
tit.* & agatur de ſtatu, & patrimonio litigan-
tium, *l. fin. C. hoc tit.* Iudex denegans dilatio-
nem poteſt ſtatim ad vlteriora procedere,
nam procedendo tacite pronunciat dilatio-
nem non eſſe dandam, *Bart. in d. l. procedente
numer. 4.* Conceſſæ ſine cauſæ cognitio-
ne, etiamſi ſint probatoriæ, valent, quia eſt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

interlocutoria , quæ tranſit in iudicatum
quoad partem; *Bald. in d. l. petendæ ſub nu 1. C.*
*de temp. in integ. reſtit.* imo probatio facta nul-
la data dilatione, *l. ſi quando & ibi Bald. num. 2.*
*per illum textum l. cum à nobis & ibi etiam Bald.*
*n. 3. per illum textum C. de dilat. Iaſ. in d. l. in pecu-*
*niarijs n. 52.* vel ante terminum aſſignatæ di-
lationis , vel etiam poſt lapſum dilationis
conceſſæ valet, dummodo non fiat poſt ter-
minos iuris, vt teſtium productio poſt pu-
blicationem, *Fel. in c. licet cauſam nu. 13. & ſeq.*
*de prob. qui ponit regulam & quinque fallen.* Cir-
13 ca 1. probatoriam † dilationem, leuis adhi-
betur cauſæ cognitio, qui fieri poteſt à iudi
ce procedente, *gloſſ. 1. in d. l. in pecuniarijs & ibi*
*Iaſ. poſt Bart. num. 33. 34. & 49.* an calumnioſe
petatur, *arg. l. 2. C. de falſ.* an articuli ſint ad-
mittendi, *arg. l. ſi duo patroni § idem Iulianus ff.*
*de iureiur. l. ſi quis libertatem in fine ff de petit. hæ-*
*red.* in moderamine locorum, & temporum;
*l. 1. C. hoc tit. l. oratione ff. de ferijs pulchre Barto.*
*in d. l. in pecuniarijs num. 3. 4. & ſeqq. & ibi Iaſ.*
14 *num. 33. in fine & nu. 34. & DD.* in ſecunda †
vero dilatione danda adhibenda eſt cogni-
tio plenaria à conſidente iudice, *d. l. à proce-*
*dente* Circa cauſam iuſti impedimenti, quod
fuit in prima dilatione, *d. l. oratione*, quia in
eo tantum, in quo fuit impeditus in prima,
circa perſonas, aut tempus, vel alias debet ſi-
bi reſtaurari per dilationem ſecundam, *arg.*
*l. admonendi in verb. quibus nunc ſolus ff. de iureiur.*
*& l. Diuus & ibi not. ff. de in integ. reſtit.* Et cir-
ca ius aduerſarij, an ſit factum deterius, vel
omnia ſint integra; verbi gratia, danda eſt
ſecunda dilatio, ſi actor petat ſecundam ad
probandum aliquid , aduerſus quod reus
poteſt ita facere ſuam defenſionem , ſicut
primo, ſed ſi in prima dilectione reus ha-
buit teſtes ad probandum contrarium quos
modo non habet, vel aliquid ſimile, tunc
non debet dari dilatio, *arg. l & ſi poſt tres ff. ſi*
*quis cautionib. &c. l. mancipiorum ff. de opt. leg.*
*Bart. in d. l. in pecuniarijs, ſub num. 5. & ibi DD.*
*communiter.* idem iuris † eſt in duabus acto 15
ri, & tribus reo, & vlterioribus dilationibus
dandis in cauſa criminali; quia duæ vel tres
dantur cum leui cauſæ cognitione, vlterio-
res vero cauſa cognita, *Bart. in d. l. in pecunia-*
*rijs num XI. & ibi DD.* Dies autem termini
non computatur in ipſo termino cum intel-
ligatur de diebus proximis, *l. eum qui in princ.*
*ff de verb. obl. Mynſ. obſ. 15. cent. 5. Franc. in c. 1. n.*
*5. de reſtit. ſpol in 6.* Multum intereſt inter di-
ctas dilationes: nam dilatio exſpectatoria
† iudicialis debet eſſe trina, *c. conſtitutionem* 16
*de ſent. excom. in 6.* & non intelligitur per-
emptoria, niſi dicatur, *l. ad peremptorium cum*
*ll. ſeqq. ff de iud.* vel niſi emanauerit tertia di-
latio, *l tres denunciationes C. quomod. & quando*
*iud. &c.* dilatio vero probatoria , etiam pri-
ma, in plenarijs & ſummarijs cauſis, *Dec. in c.*
*licet cauſam nu. 34. & ſeq. de probat.* ſiue datur
abſenti, ſiue præſenti, ſiue ante, ſiue poſt li-
tem conteſtatam, eſt peremptoria, *Iaſ. poſt*
*Bart. in d. l. in pecuniarijs vbi ponit regulam cum*
*octo ampliat. & 7. fall. Pan. in c. in fine hoc tit.* &
probatio facta poſt terminum non valet,
adeo quod non faciat iudicium ſecundum
aliquos: *Dec. contra Bart. in c. licet cauſam nu. 37.*
*& ſeqq. de prob.* Dilationes à iudice præfixæ
poſſint ex cauſa prorogari : Dilationum † 17
vero probatoriarum, excepta quarta, non
datur prorogatio: *Gail. obſ. 91. n. 2. & n. 20. lib.*
*1.* quando fit requiſitio extraiudicialis à par-
te parti, ſufficit vnica, *Clem. 1. de hæret. Bald. in*
*auth. item nulla in 4 not. C. de epiſcop. & cleric.*
& intelligitur peremptoria, etiamſi non ad-
ijciatur, *l. Titia ſcio § 1. ff. de leg. 2. l. ſi tempore &*
*ibi Bart. poſt gloſſ. n. 6. C. de fit. d. inſtr. & iure ha-*
*ſtæ &c. lib. 10.* an autem poſt lapſum termini
ſiue dilationis quis totaliter ſit excluſus, vel
re integra audiri debeat, vide *Bald. in l. ſi quis*
*inſtituatur*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*inſtituatur §.ſed ſi bonorum ſub num.3. verſ. quæ-*
*ro igitur vtrum lapſo &c.ff.de hæred.inſtit.* Effe-
18 ctus dilationis † eſt, quod ſiue pars ſiue
integra fuerit data dilatio, eo vſque iudicis
officium conquieſcat, donec petiti tempo-
ris defluxerint curricula, *c.ſignificante de appell.*
*c.2.& ibi gloſſ.in verbo plene in fine hoc tit. l. ſiue*
*pars C.eod.* & medio tempore geſta ſunt nul-
lius momenti, *§.ſancimus in fine auth.de exhib.*
*& introd.reis gl.in l.1.in verb.nullius eſſe momenti*
*ff.de ferijs.* Et Feriæ omnes, ſiue repentinæ, ſi-
ue ſolemnes dilationum temporibus con-
numerentur: *d.l.ſiue pars l.1.C.de ferijs.* De Sty-
lo Rotæ omnes dilationes cenſentur reuo-
catæ ante prolationem ſententiæ ad effectũ
validitatis ſententiæ, *Greg.XV.dec.317.in fin.*

## De Ferijs.

## Titulus IX.

### *SVMMARIA.*

1 *Feriæ duplices ſunt, Repentinæ quos ſolus Prin-*
*ceps indicit, & ſolemnes.*
2 *Solemnium quædam ſunt ob reuerentiam Dei*
*introductæ.*
3 *Aliæ conſtitutæ ſunt in honorem Ciuitatum, &*
*Principum.*
4 *Quædam ob neceßitatem hominum, vt tempus*
*meßium & vindemiarum.*
5 *Nonnullæ ad requiem laborum, vt æſtiui dies ca-*
*loribus mitigandis, & diei Calendarum Ia-*
*nuariorum.*
6 *Ferijs ob neceßitatem & requiem hominum*
*introductis tacite & expreße poteſt renun-*
*ciari.*
*Si aliter parte inuita, vel abſente iudicium*
*erit, ſententia nullius eſt momenti, exceptis*
*quibuſdam cauſis.*
7 *Ferijs repentinis, aut introductis in honorem*
*Dei non poteſt renunciari, & ſententia quam*
*contingit huiuſmodi diebus promulgari, eſt*
*nulla, exceptis paucis cauſis.*
8 *Ferijs omnibus commune eſt, quod actus volun-*
*tariæ iuriſdictionis, etiam quolibet die feria-*
*to exerceri poßint.*

POST titulum de dilationibus, ſubdit de
ferijs, quia largo modo dilationes voca-
ri poſſunt, nam præſtant vacationem ab his,
quæ fiunt in foro iudiciali, & operibus ſer-
uilibus, *c.1.2.& 3.de conſec.diſt.3.* Duplices † 1
ſunt, repentinæ, quas ſolus princeps rebus
feliciter geſtis inducit, non inferior: *l.1.l.à*
*nullo C.hoc tit.l ſed etſi per prætorem §.ſi feriæ ff.*
*ex quib.cauſ.maior.&c.* & ſolemnes quarum
aliquæ † ſunt ob reuerentiam Dei intro- 2
ductæ, enumeratæ *15.quæſt.4.in ſumma, &*
*per totam & in c. conqueſtus hoc tit. l. omnes dies*
*C.eod de conſec.diſt.3.in ſumma.* Illud notandũ,
quod de ſtylo Germaniæ iure canonico con-
formi, dies dominica denominatur à prin-
cipio introitus miſſæ, *c.cum dilecti de dol. &*
*contum.ibi vſque ad diem dominicam quæ canta-*
*tur ego ſum paſtor bonus.* Præterea ſinguli Epi-
ſcopi in ſuis diœceſibus cum clero & popu-
lo certas ſolemnitates in honorem Dei, &
ſanctorum poſſunt indicere, *c. fin. §. ſolemni-*
*tates hoc tit.* quæ omni veneratione ſunt ob-
ſeruandæ à ſubditis, & exemptis omnibus,
etiam regularibus, *c.12.§ dies ſeß.25. & regul.*
*& monial.* & abſtinendum eſt ab omni ope-
re illicito, cunctarum artium officijs, *l.omnes*
*l.actus C.hoc tit.* mercato, placito, iura-
mento niſi pro pace, aut alia neceſſitate, *c.1.*
*hoc tit late Menoch.de arbit.lib.1.quæſt.30.per*
*totum,* ac omnibus voluptatibus, *l. fin. C. hoc*
*tit.* attamen propter neceſſitatem alimen-
torum licet eiſdem diebus operi ſeruili intẽ-
dere, præterquam in maioribus anni feſtiui-
tatibus, *c.licet hoc tit.* ruralia opera explicare,
frumenta ſulcis; vineta ſcrobibus mandare,

*l.omnes*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*l.omnes iudices* C.*hoc tit.c.*1. *hoc tit. c. placita* §.
*inſuper* 15.*quæſt.*4.*Menoch. de arbit. quæſt.*30. ac
paciſci & tranſigere ſuper litibus, etiam in
minoribus feſtiuitatibus,*l.fin.* C.*hoc tit.* Aliæ
3 conſtitutæ ſunt in † honorem ciuitatum,
ac principum , vt dies natalitij maximarum
vrbium Romæ, & Conſtantinopolis, quia
ab ipſis iura nata ſunt, dies, qui vel lucis au-
ſpicia, vel ortus imperij ſummo Pontifici,
aut Imperatori protulerunt, *d. l. omnes dies
& c.verſ. his adijcimus & verſ. noſtris etiam gloſſ.*
4 2.*in c.fin.hoc tit.& ibi Can.* Quædam ob † ne-
ceſſitatem hominum vt tempus meſſium, &
vindemiarum, propter occupationes circa
rem ruſticam,*d.c fin.*§.*fin.l.*1.*ff. hoc tit.* quod
ſtatuunt præſides prouinciarum pro con-
ſuetudine loci,*l.præſides ff. hoc tit.* Nonnullæ
5 ad † requiem laborum, vt æſtiui dies ca-
loribus mitigandis, & dies calendarum Ia-
nuariarum otio mancipantur, *d. l. omnes dies
in princ.l.pridie ff.hoc tit.* & hæ omnes præſtant
vacationem à litibus, earumque proceſſibus
ſiue actibus iudicialibus non alijs, *l. diuus &
ibi Bart.& Iaſ.ff.hoc tit l.*2.*poſt princ. & l. omnes
in princ* in dubio autem dies præſumitur iu-
ridicus, non feriatus.*d.l.omnes dies & ibi DD.*
6 Ferijs introductis † ob neceſſitatem, & re-
quiem hominum tacite, & expreſſe renun-
ciari poteſt,*l.*1.*in princ.l.ſi feriatis ff.de ferijs gl.
in d.l.omnes dies & ibi DD.d.c.fin.*§.*fin. eod. &
ibi Can.*etiam extraiudicialiter in contractu,
*Pan.in d.c.fin.num.*12. tenetque renuntiatio
quoad præſentes, & non quoad indicendas
ferias,*Bart.in l.*1.§.1.*num.*3.*ff.hoc tit.* in præ-
iudicium renunciantium non teſtium , qui
inuiti compelli non poſſunt ad teſtimoniũ,
quia partes illis non potuerunt præiudicare,
*gloß.fin.in fine in d.l.omnes dies Pan.in d.c.fin.nu.*
12.*in fine.* ſi aliter aduerſus ea, parte inuita,
vel abſente, iudicium erit, ſententia nullius
eſt momenti, & citra appellationem infir-
mabitur; quia non tenetur venire ad alle-
ganda ſua priuilegia, ſi certum erat eo tem-
pore, ipſum vocari non debere,*gloß.in l.*1.*in
verbo nullius eſſe momenti ff. hoc tit.& ibi DD.*
tum quod nec prætoris factum iuri deroga-
re oportet,*l.*1.*in fine princ.l.ſi feriatis ff. hoc tit.*
niſi dilatio actionem ſit peremptura, verum
ad hoc tantum cogi æquum eſt, vt lis conte-
ſtetur, deinde alterutro recuſante litigare,
dilatio concedi,*l.*1.§.*fin.ff. hoc tit.* aut cauſæ
ſint ſummariæ ex diſpoſitione iuris canoni-
ci,*Clem.ſæpe de verbo.ſignif.* ſiue publicæ, vel
fiſcales, aut piſtoriæ,*l.publicas* C.*hoc tit.* aut a-
gatur poſſeſſorio, *Achil.deciſ.vnica hoc tit. Bel-
lam.deciſ.*664.*Rot deciſ.*2.*de cauſ.poſſeß.& pro-
priet in nou.Clem.ſæpe de verbo ſignif.* vel aliæ
ſpecies ſint nominatim exceptæ, *l.*2. *& *3.*ff.
hoc tit.* item interdicitur proceſſus , & ſen-
tentiæ dictio, tamen iudicis executio non eſt
interdicta , vnde in dictis ferijs debitores
poſſunt capi , inſtrumenta confeſſionata
mandari executioni, *c. ſignificauerunt de iud.
Bart.in l.omnes* C. *hoc tit.* Renunciari † non 7
poteſt ferijs repentinis,*Clem.ſæpe & ibi gloſſ.
in verbo neceßitates de verb.ſignif.* aut introdu-
ctis in honorem Dei,*c.fin.hoc tit.* Et conſen-
tientibus etiam partibus, nec proceſſus ha-
bitus tenet, nec ſententia , quam contingit
huiuſmodi diebus promulgari , etiam in
cauſis ſummarijs ex diſpoſitione iuris cano-
nici:*gloſſ.in d.Clem.ſæpe in verb. ob neceßitates de
verb.ſignif.* ac etiam omnis executio iudicis
eſt interdicta,*c.*1.*hoc tit.l.fin.Bart.in d. l.omnes*
C.*eod.* & compulſio annonariæ ſanctionis,
omniumque publicorum, priuatorumque
debitorum exactio,*d.l.omnes in fine.* Excipe
quando neceſsitas vrget, vel pietas ſuadet,
vt in cauſis debilium, & miſerabilium per-
ſonarum,*d.c.fin.& ibi gloß.pen.& fin.* quæſtio-
nibus latronum,*l.prouinciarum* C. *hoc tit.* ne
differatur ſceleratorum proditio conſilio-
rum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum, quæ per latronum tormenta quærenda eſt, per quod multorum ſalus & incolumi-
8 tas procuratur. Commune eſt † omnibus ferijs, quod actus voluntariæ iuriſdictionis etiam quolibet die feriato exerceri poſſint; *l.2.& l.actus & l.fin.C.hoc tit.* poteſt itaque libellus conuentionalis produci in prima inſtantia, *l.miles §.ſexaginta ff.de adult.* appellatio interponi, *l.1.C.de ferijs & ibi Salyc.num.3. Paul.de Caſtro n.2.* Apoſtoli peti & dari, quia ſunt actus extraiudiciales, *Rot.deciſ.82.de appel.in antiq.attiſtans de vſu & Stylo.* Porrigi libellus appellatorius, tam coram iudice à quo, quam coram iudice, ad quem, *Bart. in l.1.§.libelli ff.de appell.Bald.in l.1 C.de ferijs n.2.* Delegationes & electiones iudicum fieri; *Salyc.in l.1.num.3.C.de ferijs.* nec non, recepto iuramento teſtium parte præſente & die iuridica, eorum examinatio, quia eſt potiùs quid facti, quam iuris *gloſs in clem.1.de off.& poteſt.iud.deleg.Salyc.in d.l.1.ſub num.5.C.de ferijs.* Guid Pap.deciſ.215.plures actus cumulat & Iac.Menoch.de arbit.lib.1.q.3.num.14.& ſeqq. ſi in Imperatoris ortum aut natalem diem, celebranda ſolemnitas diuinæ maieſtati dedicata inciderit, Schena theatralis, certamen, ſpectacula, & ludus differuntur, *l.fin.verſ.nihil eodem die C.hoc tit.*

## De ordine cognitionum.

## Titulus X.

### SVMMARIA.

1 *Recuperandæ poſſeſſorium ob ſpolium non violentum, ſiue proponatur agendo ſiue excipiendo, excludit ſuper eadem re, exceptionem & actionem dominij alterius & proprij.*

2 *Recuperandæ poſſeſſorium ob ſpolium violentum ex vi expulſiua vel ablatiua reijcit omne aliud iudicium ciuile, ſiue petitorium, ſiue poſſeſſorium, & Criminale, niſi ſit iudicium paris potentiæ.*

3 *In Ciuilibus non admittitur exceptio ſpoliationis facta ab alia quam ab actore, quodque ſpoliatio ſit facta ab actore ipſi reo, & non alteri perſonæ.*

4 *In Criminalibus accuſationibus nedum admittitur exceptio, & actio ſpoliationis facta ab aduerſario, ſed etiam à tertio, dum modo ſit de tota ſubſtantia vel maiori parte.*

5 *Spoliationis exceptio probanda eſt infra quindecim dies.*

6 *Spoliationis exceptio multis caſibus excluditur.*

7 *Spolium attentatum ſuſpendit quodcunque aliud iudicium.*

8 *Actore opponente de inhabilitate rei, & reo excipiente de inhabilitate actoris, prius diſcutiendum eſt de inhabilitate actoris.*

9 *Super exceptione impediente proceſſum, ſiue dilatoria, ſiue peremptoria quæ opponitur vt dilatoria, ſiue vt alij dicunt ſuper quæſtione emergente ac cauſa principali, ſi iudex in ſimul procedat, vel proceſſus erit nullus, vel poterit appellari.*

10 *Exceptio peremptoria aut dilatoria ſiue quæſtio incidens concernens ipſum factum, reſeruatur poſt litem conteſtatam, & ſimul examinatur cum negotio principali.*

11 *Excipe qui agenti petitorio de matrimonio obſtat exceptio conſanguinitatis, de qua antea eſt cognoſcendum.*

12 *Interim dum agitur ciuiliter contra delinquentem, non poteſt accuſari criminaliter, nec à contra, coram eodem aut diuerſis iudicibus.*

LIBELLO oblato, lite conteſtata, præſtita iuramento calumniæ, cauſæ merita examinantur, & quia ſæpius ab actore plures mouentur quæſtiones, interdum ab vtraque parte, quandoque incidunt, quandoque emergunt, & dubitari poſſit, quis ordo in

earum cognitione & definitione ſit ſecun-
dus; ideo ſubnectit de ordine cognitio-
num. Prætermiſſis traditis *in §.præiudiciales,
& per DD.in §.ſi min.de action.cumul.Inſt.de act.*
1 ſciendum eſt primo, quod poſſeſſorium †
recuperandæ ob ſpolium non violentum, ſi-
ue proponatur agendo, ſiue excipiendo, nõ
impedit, nec retardat iudicium ſuper alia re;
*Anch.in c.1.n.2.de reſtit.ſpoliat.in 6. & ibi Can.
pulchre Rot.deciſ.*718.*num.* 1.*plures quotas alle-
gans & remiſſiue deciſ.*721,*n.*1 *part.*1. *diuerſ.* Sed
excludit ſuper eadem re exceptionem, & a-
ctionem dominij alterius & proprij: *Pan. in
c.ſuper ſpoliatione n.*5.*hoc tit.Rip.in c ſuper n.*50.
2 *de reſtit. ſpoliat* ob ſpolium † violentum ex
vi expulſiua, vel ablatiua, pro quo competit
interdictum vnde vi, aut vi bonorum rapto-
rum actio, habet priuilegium ex ſola eius
pendentia, vt reijciat omne aliud iudicium,
Ciuile, ſiue petitorium, ſiue poſſeſſorium,
*Pan.in c.ſuper ſpoliatione n.*19.*poſt Innoc. hoc tit.
c.*1.*& ibi Anch.in* 2.*not.de reſtit. ſpoliat. in* 6. *&
Can.Greg.xv.deciſ.*281. & criminale, *c. cum di-
lectus & ibi Pan.& c.fin.& ibi gloſſ.fin. & Can.
Anch.in c.*1.*num.*2.*per illum text.de reſtit.ſpoliat.
in* 6.*Rot.deciſ.*7 8.*& deciſ.*721.*part.* 1. niſi ſit
iudicium paris potentiæ vt de alia ſpoliatio-
ne, *d.c.fin.hoc tit.& ibi gloſſ fin.*

Ideo ſi actore agente poſſeſſorio, ob ſpo-
lium violentum reus proponat petitorium,
non auditur ſiue ſuper eadem re, ſiue diuer-
ſa, *c.ſuper ſpoliatione hoc tit. dicetur latius infra
tit.de reſtit.ſpoliat.* & ſi eodem actore agente
petitorio, reus ſuper eadem re, deducat poſ-
ſeſſorium ſiue agendo ſiue excipiendo, pro-
ceditur in ſolo poſſeſſorio ſuſpenſo petito-
ris; imo vtilius eſt ſpoliato, vt per actionem
petat reſtitutionem, quia ſe probat ſpolia-
tionem directe agendo, duo conſequitur, &
quod prius audiatur, & quod reſtituatur, li-
cet aduerſarius prius propoſuerit actionem
ſuam, *c.antiquitus & ibi gloſſ.fin. & Archid.*2.
*quæſt* 2 *c.ex conqueſtione & ibi Pan.ſub num.*6.
*verſ.& ibi conſuluit gl & num.*7.*de reſtit.ſpoliat.
& ibi Can.* ſi ſuper diuerſis rebus ab actore
prius ageretur petitorio, & poſtea à reo poſ-
ſeſſorio, eſt in electione conuenti, an velit
opponere ſpoliationem per viam exceptio-
nis, an per viam actionis: de ſpoliatione op-
poſita per exceptionem, prius eſt cognoſ-
cendum, quia eſt exceptio dilatoria prius
terminanda, quam in principali negocio
procedatur, *c.*1.*in princ.de reſtit.ſpoliat in* 6.*&
ibi Franc.num.*4.*& Can.d.c.ex conqueſtione &
ibi gloſſ.in verbo ante ipſius cauſa & ibi Can.* &
ſpoliatione probata non cogitur reſponde-
re actori, niſi ab ipſo reſtituatur, ſed non re-
ſtituitur à iudice quia non fuit actum ad re-
ſtitutionem, ſed tantum exceptum ad repul-
ſionem intentionis actoris; ſi vero reus a-
ctorem reconueniat de ſpoliatione, tunc v-
traque quæſtio ſimul ventilatur & probata
ſpoliatione reus reſtituitur à iudice, quia in-
telliguntur duæ mutuæ petitiones ſeſe tan-
quam diuerſæ non contingentes, & viciſſim
tractatæ ſimul eadem ſententia ſunt termi-
nandæ; *d.c.cum dilectus c.fin.& ibi gloſſ.fin.hoc
tit.* ideo ſi de alio agit, & reus ſuper alio ſe
dicit ſpoliatum, vtilius eſt ſpoliato, vt in mo-
dum exceptionis proponat ſpoliationem, ſi
actor eum in agendo præuenit, vt patet ex
ſupradictis, *gloſſ fin.in fine in d.c.antiquitus per
d.c.dilectus.* In eo diuerſitas eſt, quia in ciuili-
bus † non admittitur exceptio ſpoliatio- 3
nis factæ ab alio, quam ab actore *c.*1.*§. ſta-
tuimus de reſtit ſpoliat.in* 6. etiamſi res ſpoliata
peruenit ad ipſum actorem, licet tunc con-
tra eum agi poſſit alio remedio, *Ioan.Andr.in
d.c.*1.*in gloſſ.ſuper verbo.deſtitutum & ibi Can.*
aut ſpoliatio facta ſit à procuratore actoris,
aut ſyndico vniuerſitatis ſuo proprio nomi-
ne ſpoliante, *l.ſi extraneus de except.doli & c.*

*Franc.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Franc.in d.c.1.ſub nu.4.Greg.xv deciſ.* 525. item
requiritur quod ſpoliatio ſit facta ab actore
ipſi reo, & non alteri perſonæ, etiam à qua
reus ius haberet, *Franc.in d.c.1.ſub nu. 4.de re-
ſtit.ſpoliat.in* 6. Probata vero huiuſmudi ſpo-
liatione exceptio ſemper obſtat actori, quo-
uſque ſpoliatus integraliter ſit reſtitutus,
*Franc.in d.c.1.§.illum n.3.& ibi Can.* Quando
eſſet facultas rerum reſtituendarum; alias ſi
res eſſent in longinquo, & de eo conſtaret,
tunc ſi actor ſatiſdaret de re, vel æſtimatio-
ne danda, tunc poterit procedi in cauſa: *l. ſi
fundus §.in vendicatione ff.de pign.& hypot. Fran.
poſt Ioann. Andr.in d. §. illum ſub num.3.* Aut
ſpoliator bonis cederet, antequam ſpoliatus
integre eſſet reſtitutus, quoad fructus & ex-
penſas eſt audiendus, *Rot.deciſ.30. de re iud.in
antiq.l.1. & ibi gloſſ.pen.C.de ceſſ.bon.& ibi DD.*
etiam ſi ſpoliator condemnatus eſſet per
tres ſententias conformes, *Mohed deciſ.2.in 2.
dub.de ſolut.Iaſ.in l.1.num.15.plura ponens exem-
pla C.de iur.& fact. ignor.* Imo quando ſpo-
lium fuit ſine dolo commiſſum, ſpoliator et-
iam poſt tres ſententias conformes admit-
titur, ad c Odoardus & c.peruenit de ſolut.
ad effectum agendi petitorio, non parito,
quoad fructus & expenſas; ſecus quando
ſpolium fuit doloſum, *Mohed deciſ.1.& 2.de
ſolut.Iaſ.in d.l.1.C.de iur.& fact. ignor.num.15.*
4 *iuncta l.1.ff.de except.doli.* In † criminalibus
accuſationibus nedum admittitur exceptio
ſpoliationis factæ ab accuſatore ſed etiam à
tertio dummodo ſit de tota ſubſtantia, vel
maiori parte *d.c.1. §.illum*, ac ipſa actio de
ſpolio excludit criminalem accuſationem,
& ſic operatur duo, naturam exceptionis,
quia excludit accuſationem, & naturam a-
ctionis, quia ſpoliatus conſequitur reſtitu-
tionem à iudice, *Pan.in d.c.cum dilectus nu.17.
hoc tit.* Nam nec nudi contendere, nec iner-
mes nos inimicis opponere debemus; *c.cum
eccleſia c.cum epiſcopus c oportet 3.q.2.* Siquidem
opponatur de exſpoliatione facta ab accu-
ſatore, tunc requiritur quod ſpoliatus inte-
graliter ſit reſtitutus, ſicut quando ageretur
ciuiliter, ſi vero opponatur & exſpoliatione
facta à tertio, ſpoliato tempus à iudice de-
bet indulgeri, intra quod reſtitutionem im-
ploret, ne forte ſic velit exiſtere, vt omnem
accuſationem eludat: quod ſi intra tempus
indultum, cauſam, cum potuerit, non ducat
ad finem non obſtante ſpoliationis excep-
tione, deinceps poterit accuſari: *c.1 §.ſolet de
reſtit.ſpoliat.in 6.* Ac etiam ceſſat hæc excep-
tio, ſi receperit bona, vel maiorem partem,
nec requiritur quod integraliter ſit reſtitu-
tus, *Franc.poſt Ioan. Andr. in d. c.1. §.illum nu.3.*
Præterea exceptio ſpoliationis factæ à ter-
tio non admittitur, quando denunciatur
crimen ad pœnitentiam, cuius finis ſalutem
denunciati concernit; *c.nouit de iud.* quando
de crimine ciuiliter agitur; *c.poſtulaſti de ho-
micid.c.2. eod.in 6.* Aut quis inquiſitionem
criminis promouet, per quam non imponi-
tur pœna ordinaria, ſed alia arbitraria, *c.ſu-
per his c.cum oporteat c.inquiſitionis de accuſ. Ioan.
And.in d.c.1.ſuper verb accuſ.* ſed dictis caſibus
admittitur, exceptio ſpoliationis factæ ab
ipſo denunciante, agente, vel promouere in-
quiſitionem, *Fran.in d §.illum n.2.* Porro ex-
ceptio ſpoliationis probãda eſt † infra quin- 5
decim dierum ſpacium, poſt diem in quo
proponitur, alioquin excipiens in expenſas
condemnatur, & arbitrio iudicis punitur, *d.
c.1.§.ſtatuimus*, Multis caſibus † excluditur 6
hæc exceptio, primo rerum priuatarum ſpo-
liatio, agenti ſuper eccleſiaſticis, vel è cõtra-
rio, nullatenus opponi poteſt; *d.c.1.§ fin.* quia
non de iure ſuo, ſed de iure eccleſiæ experi-
tur, tum quia res eccleſiæ ſunt iuris publici:
& dicuntur res eccleſiæ non ſolum ſpiritua-
les, quæ non cadunt in laicum, ſed etiam

res temporales, vt fundus, domus caſtra ec-
cleſiæ, *Franc. in d. c. 1. § fin n. 2.* Eadem ratione
non admittitur exceptio ſpoliationis de re-
bus mobilibus contra agentem de feudo,
quia feuda proceſſerunt de publico, *Afflict.*
*deciſ. 19. Anchar. poſt Archid. in c. frequens in 10.*
*not. de reſtit ſpoliat. in 6. & ibi Can.* Secundo in
cauſa matrimoniali, ſiue agatur poſſeſſorio
ſiue petitorio, *gloß. addit. in d. c. 1. §. fin. Pan. in*
*d. c. cum dilectus num. 23.* Tertio quando obli-
gatus conuenitur ex obligatione firmata iu-
ramento, *c. etſi Chriſtus de iureiur. Pan. in d. c.*
*cum dilectus num. 23.* Quarto non datur oppo-
nenti ſe confirmationi electionis, qui nō de
neceſſitate ſed ſponte ſe opponit, *Ioan. Andr.*
*in d. c. cum dilectus num. 14.* & pluribus alijs ca-
ſibus, *Ioan. And. in d. c. cum dilectus n. 13. & ſeqq.*
*& ibi Pan. n. 22. & ſeqq. & Can. communiter*
*Franc. in d. cap. 1 § fin. in princ.* Præterea ſpo-
7 lium † attentatum, ſui natura, ſuſpendit
quodcunque aliud iudicium, *c. non ſolum in*
*fine de appell. in 6. & ibi gl fin. & Can.*

8 Secundo ſi actor † opponat de inhabi-
litate rei, & reus excipiat de inhabilitate a-
ctoris, prius diſcutiendum eſt de habilitate
actoris, quam rei, *c. cupientes §. ſi vero & ibi gl.*
*in verb. compareant de elect. in 6. & Franc. num. 3.*
*de min. & Archid. & Can.* & prius etiam cog-
noſcetur de inhabilitate procuratoris, acto-
ris, quam rei: hinc Curia non competit pro-
curatorem impetrantem reſcriptum iuſti-
tiæ probare mandatum ad petitionem pro-
curatoris contradictoris, niſi prius ille ſuum
mandatum oſtendat, *Ioan. And. in c. nonnulli n.*
*46. in fine de reſcript. & ibi Can.* Tertio ſi iudex
9 ſimul procedit ſuper † exceptione impe-
diente proceſſum, ſiue dilatoria, ſiue per-
emptoria, quæ ex ſpeciali priuilegio oppo-
nitur, vt dilatoria, *c. 1 de lit. conteſt. in 6. & ibi*
*gloß. & Can* ſiue vt alij dicunt ſuper quæſtio-
de emergente, *Butr. in c. 1 n. 10. & ibi Pan. in*
*fine hoc tit. l. 1. C. de ord. iud.* & ſuper principali
negotio vel proceſſus erit nullus, vel ſaltem
poterit appellari, propter contrarietatem,
quæ ſequitur exinde, *c. exhibita de iud. Pan. in*
*c. 1. n. 7. & latius poſt num. 11. vbi tradit duas mag.*
*diſt. hoc tit.* Quod ſi iudex omittat cognitio-
nem ſuper huiuſmodi dilatoria, reſeruando
eam poſt litem conteſtatam, tenet reſerua-
tio ſi non appellatur, ſed poteſt pars ab ea
appellare, & habet iuſtam cauſam contra-
dicendi; *Pan. in c. cum contingat n. 13. ponens duas*
*diſtinctiones & ibi Fel. n. 18. ponens regul. & duas*
*fall. de off. deleg.* quia in exceptione impedien-
te proceſſum, reus prius admittitur ad pro-
banda ea quæ obiecit, quam actor ad fun-
dandam ſuam intentionem, *l. præſes C. ad l.*
*flauiam de plagiar.* & ſuper ea eſt prius pro-
nunciandum, expreſſe, vel tacite, quam pro-
cedatur ſuper principali; *c. ex parte 2. de appel-*
*lat. l. à procedente C. de dilat.* Exempli gratia,
illegitimitatis exceptio obſtat agenti peti-
tione hæreditatis coram iudice ſæculari,
quæ eſt fori eccleſiaſtici, & tractanda remit-
titur ad iudicem eccleſiaſticum, qui inhibet
iudici ſæculari, ne procedat in cauſa petitio-
nis hæreditatis, donec cauſa natalium eccle-
ſiaſtico iudicio per ſententiam finem acce-
perit: *c. tuam hoc tit. c. lator. qui filij ſint legit. Rot.*
*deciſ. 214. part. 1. & deciſ. 200. & 201. part. 2.*
*diuerſ. Mynſ. obſ. 100. cent 1.* vel eo ipſo, quod
commiſſa eſt cauſa illegitimitatis fit inhibi-
tio ab ipſo à canone: *d. c. lator Rot. d. deciſ.*
*200 n. 3. 4 & 9 & deciſ. 201. n. 1* Imo ſi tertius
venit ad cauſam, inter duos alios agitatam
coram iudice ſæculari, & actor moueat
quæſtionem illegitimitatis coram iudice ec-
cleſiaſtico, iſti tertio, ratione illius duplicis
iudicij, oritur quædam actio & exceptio
præiudicialis, non ſolum reſpectu intentio-
nis ſed etiam reſpectu proceſſus inter acto-
rem & reum agitati, & eſt peremptoria &
dilato-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dilatoria ratione perplexitatis, ac ſuſpendit
iuriſdictionem iudicis ſecularis, vt non poſ-
ſit procedere inter duos primos collitigan-
tes , quouſque ſit finitum ſecundum iudi-
cium præiudiciale : *d.c.tuam Rot.diuerſ.deciſ.*
275.*part.* 2. Eadem ratione exceptio per-
emptoria excluſiua criminis, impedit pro-
ceſſum in accuſatione criminali, & ſuper ea
præmittitur cognitio, probatio, ſententia,
vt ſi agenti ex l. Flauia de plagiar. obijcitur
exceptio dominij, *l.præſes C.ad l.flau.de plag.*
Similiter is qui non poſſidet, non poteſt a-
gere diuiſorio iudicio familiæ erciſcundæ,
vel communi diuidundo, aut cum illis cu-
mulare petitionem hæreditatis, vel rei vin-
dicationem, ſi excipiendo negetur cohæres,
vel condominus: niſi prius agat petitione
hæreditatis, vel rei vendicatione, *l.* 1. *& ibi*
*gloß.in verb exceptionem & l.ſi quid ff.famil.er-*
*ciſcundæ l.*1.*in fine ff.comm.diuidundo.* Sed re-
pellitur exceptione præpoſterationis, & ex-
ceptione ordinis, quia ordo eſt quod non
poſſeſſor 1, agat petitione hæreditatis, & rei
vendicatione, dando diuiſorio iudicio; *l.non*
*poſſumus ff ſi pars hæred.pet.etc. d.l. ſi quid & ibi*
*gloſſ in verb.non venit.l.fundi ff.de except.* quæ
debet proponi ante litem conteſtatam, &
omiſſa non vitiat proceſſum. quia eſt præ-
poſteratio vnius iudicij ad aliud, *l.ſi manci-*
*pium* § *ſi commune & ibi gloſſ ff de euict.l.* 2. *&*
*ibi gloſſ in verb. reſtitui C.communi diuidundo,*
quando in progreſſu cauſæ probata fuerit
communio hæreditatis aut dominij , qua
probata apparet non deficere ius, neque e-
ius exercitium ; ſemper enim cauſa libelli
eſt probanda, quando eſt talis ſine qua libel-
lus non fuiſſet receptus: *Innoc.in c.ex parte ab-*
*batiſſæ poſt princ.de priuil Bald.in l.*2.*n.*3 *&* 4.*C.*
*communi diuid.* quod ſi poſſideat eam partem,
licet negetur eſſe cohæres, vel condominus,
non obſtat talis exceptio, vel vt Doctores
dicunt rite agit, ſed non recte, quo fit vt eo
caſu ipſe iudex apud quem diuiſorium iudi-
cium agitur, cognoſcat an cohæres ſit, vel
condominus, niſi enim aut cohæres ſi aut
condominus, neque adiudicari ei quicquam
oportet, neque aduerſarius ei condemnan-
dus eſt, *d.l.*1.*verſ. quod ſi poßideat ff.de famil.er-*
*ciſc.* ratio eſt, quia cum iſtæ actiones ſint mix-
tæ, §.*quædam actiones Inſt.de act.* ex ſola poſſeſ-
ſione non probatur dominium aut titulus;
*Bald.in d.l.*1.*n.*1.2.*&* 3. tum quia poſſeſſor nō
poteſt promiſſum ordinem ſeruare , cum
poſſeſſori non detur petitio hæreditatis, *l.ſi*
*quis libertatem* § *nam cum quidam Licinianus ff.*
*de petit.hæred.gl pen in d.l.*1.*ff.famil. erciſc.* Aut
rei vendicatio, §.*æque ſi quis agat.etc.quod ge-*
*nus Inſt.de actionib.* Super exceptione per-
emptoria † aut dilatoria, vel vt alij dicunt 10
quæſtione incidente, *l.*1.*C.de ord.iudic.But. in*
*c.*1,*n.*10.*& ibi Pan.in fine hoc tit.* Concernente
ipſum factum, non eſt opus quod prius pro-
nuncietur , ſed poteſt differri & reſeruari
poſt litem conteſtatam , ſimul examinari
cum negotio principali, & ſatis eſt poſtmo-
dum pronunciari ſuper principali : *l.*1.*C.de*
*ord.iud.Pan.in d.c.*1.*n.*XI. *hoc tit.& in d.c.cum*
*contingat n.*13. Exempla habes *in tit. Inſtit. de*
*except.* Excipe quia † agenti petitorio de 11
matrimonio, obſtat exceptio conſanguini-
tatis, de qua antea eſt cognoſcendum; quia
probata perimit principalem quæſtionem,
licet quando probata fuerit, iudex ſuper ea
non pronūciabit, ſed ſuper matrimonio ab-
ſoluendo reum, *c.*1.*h.t.* Dico petitorio, quia
exceptio conſanguinitatis, nō admittitur in
poſſeſſorio recuperandæ ad reſtitutionem
mariti vel vxoris, etiam ſi probationes offe-
runtur incontinenti paratæ; in cæteris adiu-
dicanda eſt reſtitutio, ac ſola quoad commi-
ſtionem carnalem reſtitutio eſt differenda;
ſi in probatione, dilationes expectātur lon-

giores, reſtitutio plenaria eſt facienda, *c. litte-*
2 *ras de reſt. ſpoliat.* Quarto interim † dum agitur ciuiliter contra delinquentem non poteſt accuſari criminaliter nec è contra coram eodem aut etiam diuerſis iudicibus ne cauſæ continentia diuidatur, *l. interdum ff. de pub. iud. & ibi poſt gloſſ.* DD. §. *librum & ibi gloſſ. Inſt. de lege aquil. Mynſ. obſ. 97. cent. 1.*

## De plus petitionibus.

### Titulus XI.

### SVMMARIA.

1 *Plus petitur cauſa, loco, tempore & re.*

INTER incidentes quæſtiones, quandoq; reus excipit contra actorem, quod plus petat, ideo annectit de plus petitionibus, quæ fiunt quatuor † modis, infraſcripto ver-
1 ſu compræhenſis: *Plus petitur cauſa, tempore, reque, loco,* de quibus fuſe dicitur *in inſtitutionibus Imperialibus tit. de act. § ſi quis agens & §§. ſeqq. & titul. de except. §. hodie autem; cum quibus cap. vnicum huius tituli concordat.*

## De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

### Titulus XII.

### SVMMARIA.

1 *In ſpiritualibus & beneficialibus, ex ſolo titulo, abſque traditione, quis conſequitur ius.*
2 *Spiritualia nunquam occupanti conceduntur.*
3 *In Beneficialibus poteſt haberi vera poſſeßio ſine cauſa & titulo iuſto.*
4 *Retinendæ poſſeſſorium, aliud eſt ſummariißimum aliud ordinarium.*
5 *Summariißimum poſſeſſorium quibus detur.*
6 *In eo ſufficit ſummaria cognitio.*
7 *Fertur ſententia interlocutoria à qua non eſt licita appellatio.*
8 *Quando manutentio pendet à negotio principali, prius diſcuti debet negocium principale.*
9 *Plenarium ſiue ordinarium poſſeſſorium adhuc durat terminato poſſeſſorio ſummariißimo.*
10 *In quo requiritur plenaria cognitio, & ex parte actoru plena probatio.*
11 *Sententia ſuper eo lata eſt definitiua, à qua prohibetur appellatio omni iure.*
12 *Quæ regula fallit in aliquibus caſibus.*
13 *In Beneficialibus & ſpiritualibus ex vnico actu congruo acquiritur poſſeßio, quando concurrit animus acquirendi, & ſcientia & patientia aduerſarij, cuius intereſt.*
14 *Fallit dicta regula quando poßidenti ius reſiſtit, & alijs caſibus.*
15 *Beneficialium ac ſpiritualium poſſeßio ex vno vel duobus actibus amittitur.*
16 *Ex conditionali actu transfertur poſſeßio, quando Dominus ſimpliciter tradit.*
17 *Circa acquiſitionem dominij eſt diſtinguendū.*
18 *Poſſeßionis duodecim fructus enumerantur remißiue.*
19 *Poſſeßio quæ continuatur in heredē eſt ciuiliſſima, & ex ea agi poteſt interdicto adipiſcēdæ.*
20 *Subrogato gratioſe quoad poſſeßionem per principem competit interdictum adipiſcendæ.*
21 *In ſpiritualibus quoad validitatem iurium, etiā ſacramentalium, ſufficit poſſeßio conferentis.*
22 *In Beneficialibus efficacia collationis ſequitur poſſeßionem.*
23 *Poſſeſſor alio non apparente præſumitur in bona fide & præſumitur Dominus.*
24 *Poſſeſſori debētur fructus, tam in temporalibus quam beneficialibus, niſi poſſeſſorius reſiſtat.*
25 *Succeſſor in beneficio non tenetur iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris, ſed ſufficit ei oſtendere ſupplicationem ſignatam, vel probare communem reputationem, & pacificam triennalem poſſeßionem.*
26 *Habilitatum prædeceſſoris ſufficit qualis qualis probatio, niſi detecta eſſet eius inhabilitas.*
27 *In Beneficialibus agenti poſſeſſorio non obſtat exceptio criminis, ſiue intentetur poſſeſſorium adipiſcendæ, poſt collationem, aut poſt electionem*

*nem & confirmationem obtentam.*

28 *Siue intentetur poſſeſſorium recuperandæ.*

29 *Aut etiam poſſeſſorium retinendæ.*

30 *Poſſeſſorio agenti, an obſtat exceptio dominij.*

31 *Abſolutoria ſententia lata in petitorio, non parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio & è contra.*

32 *Limitatur 1. quando poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis.*

33 *Limita 2. quando abſolutoria obtenta fuit propter probationes dominij à reo factas.*

34 *Petitorium quando abſorbeat poſſeſſorium.*

35 *Petitorium & poſſeſſorium quando poßint cumulari.*

36 *Petitorium & poſſeſſorium quando cumulantur ab eodem, de æquitate canonica iudex procedit ſimul ſuper vtroque, & eadem ſententia terminat.*

37 *Quod ſi ab vno proponatur petitorium & à reo poſſeſſorium retinendæ, debent etiam iure ciuili vna ſententia terminari propter naturam conuentionis & reconuentionis.*

38 *Petitorio agens, poteſt illo ſuſpenſo in 1. inſtantia ante concluſionem in cauſa agere poſſeſſorio adipiſcendæ, & recuperandæ, ſed non retinendæ.*

39 *In cauſa beneficiali ad ſedem apoſtolicam deſoluta per appellationem, tam appellatus quam appellans poſſunt ſuſpendere petitorium à ſe vel ab aduerſario, intentatum, in ſolo & quocunque poſſeſſorio procedendo in quacunque inſtantia.*

40 *In alijs cauſis poterit ſuſpendere in quacunque inſtantia petitorium à ſe intentatum, ſed in cauſa appellationis non poterit ſuſpendere petitorium ab aduerſario intentatum.*

41 *In cauſa principali ſiue prima inſtantia reus poteſt ſuſpendere petitorium ab actore intentatum ante litem conteſtatam, vel ex Stylo Rotæ vſque ad concluſionem in cauſa, ſiue poßeßorium recuperandæ à reo fuerit deductum, ſiue adipiſcendæ, ſiue etiam retinendæ de quo controuertitur.*

42 *Petitorij ſuſpenſio quando denegatur.*

43 *Petitorij ſuſpenſionis effectus.*

44 *à Petitorij ſuſpenſione licitum eſt ſuſpendenti recedere tacite & expreße, quia poteſt quis pluries ſuſpendere petitorium in vna & eadem inſtantia.*

45 *Poßeßorio adipiſcendæ vel recuperandæ agens, poteſt illo ſuſpenſo agere petitorio in cauſa principali, ac etiam appellationis, ſecus ſi agat poßeßorio retinendæ.*

46 *In poßeßorij ſuccumbens non poteſt in ſecunda inſtantia aggredi petitorium per viam ſuſpenſionis poſſeßorij, ſed poteſt poßeßorium accumulare petitorio per viam cognitionis.*

IN beneficialibus † & ſpiritualibus cadit poſſeſſio reſpectu tituli, ſicut in prophanis reſpectu proprietatis, & in illis datur poſſeſſio, vel quaſi, proprietas vel quaſi: ſunt introducta iudicia poſſeſſoria & petitoria, *c examinata & ibi Innoc. cap. fin. de iudic. Anchar. in c. ſignificauerunt num. 2. de teſtibus & in clem. vnic. num. 4. hoc titul. Pan. in c. cum olim num. 6. eod. cap. 1. & ibi gloß. in verb. crucem deferre vt lit. pend. &c.* Imo rei vendicatio & interdicta ſicut in rebus prophanis: *d. c. examinata clem. vnica hoc tit. c. in litteris de reſtit. ſpoliat. Franc. in c. præſentium n. 7. de teſtib. in 6.* & in illis ex detentione præſumitur poſſeſſio, niſi contrarium probetur, *Innoc. in c. cum olim ſecundo num. 4. in fine de priuil. Pan. in c cum ad ſedem n. 21. de reſtit. ſpoliat. & ibi Butr. n. 29. Rot. deciſ 3. in fine de re iud. in nou.* Imo ex narrata alicuius intruſione in beneficium, præſumitur poſſeſſio eius & quidem antiquioris temporis, *Rot. diuerſ. deciſ.* 802. *part. 1, Bart. in l. ſi duo ſub n. 4. ff vti poßid.* Ideo quia dubitari contriuit, quo ordine cauſæ poſſeſſionis & proprietatis ab eodem, vel à diuerſis, in iudicium deduci debeāt, tractat 1

compi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

compilator de cauſa poſſeſſionis & proprie-
tatis. In Inſtit. Imperial. de cauſa poſſeſſionis
tractatur *in titulo de interdictis, de cauſa propriet. tit. de rerum diuiſ. & t. ſeqq. & §. omnium actionum, & §. æque ſi agat, & §. namq; ſi cui. Inſtit. de action.* Tot ſunt cauſæ acquirendæ poſſeſſio-
nis, quot & Dominij, *l. poßideri §. genera ff. de acquir. poſſeß.* In beneficialibus & ſpirituali-
bus ex ſolo titulo, abſq; traditione, quis con-
ſequitur ius in re: *c. ſi tibi abſenti de præb. in 6. c. propoſuit de conceſſ. præb.* In temporalibus non
transferuntur dominia nudis pactis, *l. traditionibus C. de pact.* Aut nuda traditione, *l. nunquam ff. de acq. rer. dom.* Sed transferuntur ex
traditione, & ex habili cauſa, vera, vel puta-
tiua, *Bart. poſt gl. in d. l nunquam.* Item ſpiritua-
2 lia † nunquã conceduntur occupanti, tem-
poralia quandoq; occupanti conceduntur,
*Innoc. in c. cum cauſam in fine de prob.* Cætera in-
dictis titulis tradita cauſis ſpiritualibus &
beneficialibus adaptari poſſunt, In benefi-
3 cialibus, † ſicut in temporalibus, poteſt ha-
beri vera poſſeſſio ſine cauſa, *Bart. in d. l. 3. n. 2. & in l. quod meo n. 1. ff. de acq. poſſeſ. Surd. conſ. 93. n. 12. Rot. Farin. deciſ. 275. ſub n. 5. part. 1.* & ti-
tulo iuſto, *Pan. in c. cũ noſtris n. 6. de conceſſ. præb.* & nemo compellitur oſtendere titulum ſuæ
poſſeſſionis, niſi habeat ius commune con-
tra ſe, *Pan. in c. ex inſinuatione poſt gl. n. 9. de procur.* Non eſt dare poſſeſſorium, vbi non eſt
petitorium, vt ſi aliquis mihi ſoluit ſingulis
annis par caponum, aut duos ducatos, *l. ſi certis annis & ibi Cyn. n. 17. C. de pact. l. fin. & ibi Bart. & DD. ff. quorum bonorum c. peruenit & ibi Pan. de cenſ. c. querelam & ibi Can. de elect.* Cauſa
poſſeſſorij rei ſpiritualis, puta decimarum,
iuriſpatronatus, non eſt ſpiritualis, ſed
temporalis, *c. litteras & ibi gloſſ. in verb. ſpiritualibus circa finem de iuram. cal. cap. petimus xj. q. 1. c. fin. de iud. & ibi Butr. n. 20.* quando
non habet annexam cauſam proprietatis,
ſed quæſtio eſt de nudo facto, *late Pan. in d. c. litteras n. 6. 7. & 8. & ibi Butr. n. 14. Gail. obſ. 8. lib. 1. Bald. in d. l. ſi de proprietate n. 15. C. ſi à non compet. iud. &c.* Duplex eſt † poſſeſſorium 4
retinendæ, ſummariſſimum, & plenarium,
ſiue ordinarium. In † ſummariſſimo admit- 5
titur quilibet etiam non habens mandatum,
*l. 1. C. ſi per vim vel alio modo*, & is obtinet regu-
lariter, qui habet aſſiſtentiam iuris commu-
nis pro ſe, *c. conquerente & ibi Can. de offic. ord. Menoch. de retinen. remed. 3. n. 134. & ſeqq. Marſc. var. reſol. lib. 1. c. 11.* quæ ſufficit in materia iu-
riſdictionali, *c. cum perſonæ § fin. de priuil. in 6. & ibi Can. Rot. diuerſ. dec. 145. par. 2. n. 6. Rot. Farin. dec. 491. n. 2. part. 1. & dec. 38. n. 1. dec. 433. n. 2. & dec. 501. p. 2.* niſi aſſiſtentia iuris ſit tur-
bida, *Greg. xv. dec. 312. & ibi late ann. Rot. Farin. dec. 382. n. 5. p. 2. l. nemo ambigit C. de acq. & retinen poſſ.* aut alius ſit in poſſeſſione; *Pan. in c. 1. n. 8. vt lit. pend. &c. Rot. Far. dec. 605. ſub n. p. 1.* ſed extra materiam iuriſdictionis Rota nõ
dat manutentionem propter ſolam aſſiſten-
tiam iuris, *Card. Seraph. dec. 1449. n. 3. Marſc. var. reſol. lib. 1. c. 11. n. 13.* Sed ei qui habet vlti-
mum ſtatum pro ſe, & probat vnicum actũ
poſſeſſorium, *c. cum eccleſia & ibi Rip. nu. 52. & ſeqq. h. t. cum veniſſent de Inſt. l. liberis §. vlt ff. de l. b. cauſ. l. nam poſtea §. ſi minor ff. de iureiur. Car. Seraph. dec. 1213. n. 5. & dec. 1437. Greg. xv. dec. 449. Bald. in l. 2. n. 20. C. de ſeruit. & aqu. Rom. conſ. 311. n. 7.* cui datur manutentio ad limites
probatæ poſſeſſionis, *Greg. xv. dec. 569. & ibi annot. l. 1. §. hoc interdictum & l fin. ff. vti poßid.*
Item datur manutentio miſſo in poſſeſſio-
nem auctoritate iudicis contra intruſum
lite pendente, etiamſi de tempore factæ im-
miſſionis per iudicem, alius repertus fuerit
in poſſeſſione, propter auctoritatem iudicis,
qui priuat omni poſſeſſione, ciuili, & natu-
rali, etiam abſque alia expulſione, quã iudice
auctore ingreſſus acquirit; *l. qui vniuerſas §.*

item

item cum prætor l. iuſte poßidet ff. de acquir. poſſeß. Iaſ. in l. clam poßidere §. qui ad nundinas n. 20. ff. de acquir. poſſeß. & ibi Ang. num. 2. in fine & DD. communiter Greg. xv. deciſ. 582. & ibi annot. non admittit obiectus contra teſtes, Capyc. deciſ. 55. num. 5. Couarr. pract. quæſt. cap. 17. ſub num. 4. verſ. 7. Rol. conſ. 8. n. 31. & 32. vol. 4. Greg. xv. deciſ. 449. in fine. ac ſemper anterior poſſeſſio, etiam carens titulo, præfertur iuniori titulatæ, Menoch. in remed. 1. retinen. num. 728. plures cumulans Greg. xv. deciſ. 40. Caſ. deciſ. 5. nu. 2. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Felin. in c. licet cauſam ſub num. 9. verſ. aduerte de prob. dicens antiquiorem poſſeſſorem debere allegare poſſeßionem aduerſarij iuniorem eſſe clandeſtinam reſpectu ſuæ Greg. xv. deciſ. 171. & deciſ. 549. etiam in poſſeſſorio cauſæ beneficiorum, Rot. diu. deciſ. 595. part. 1. num. 8. Greg. xv. deciſ. 40. & ibi annot. & melius deciſ. 323. licet Menoch. in remed. 1. retinendæ num. 730. aliter ſentiat, niſi is qui antiquiorem poſſeſſionem probat, de præſenti non poſſideat; quia in eo requiritur poſſeſſio de tempore litis conteſtatæ, § retinendæ in fine Inſt. de interd. Menoch. remed. 1. retinen. num. 732. Poſſeſſio, cui ius vehementer reſiſtit, non eſt manutenibilis, niſi docto de legitimo titulo, aut quod poſſeſſio eſt alicuius temporis conſiderabilis; Imol. in c. 2. ſub n. 21. verſ. item aduerte in quantum dixi de in integr. reſtit. Rip. in c. cum eccleſia ſutrina nu. 125. hoc tit. Pan. in c. conſtitutis n. 2. & ibi Can. de elect. Cou. pract. cap. 17. num. 6. Menoch. de retinen. remed. vlt. nu. 21. & ſeqq. Caputaq. deciſ. 296. part. 1. Greg. xv. deciſ. 370. nu. 6. 7. & ibi annot. præſumptio vero iuris contraria non impedit manutentionem, Rot. diu. deciſ. 534. part. 1. num. 7. Cou. pract. cap. 17. ſub nu. 6. verſ. quoties Greg. xv. dec. 70. num. 2. & ſeqq. & ibi annot. in concurſu probationum poſſeſſio titulata eſt præferenda & manutenenda c. licet cauſam de prob. & ibi Can. Barto. in d. l. ſi duo num. 4. verſ. ſed ſi

vterque ff. vti poßid. Menoch. de retin. remed. 3. n. 733. Greg. xv. deciſ. 412. & ibi annot. Datur etiam ſpoliato perſonali præſtatione, aut alio iure incorporali, vel iure alicuius annui redditus, ſiue cenſus, per denegationem ſolutionis faciendæ, ab eo qui tenetur ſoluere, Innoc. in c. peruenit & ibi Pan. num. 3. Foick. num. 4. & 5. & Can. de cenſib. c. ſeruitium & ibi gloſſ. Archid. & Can. 18. quæſt. 2. quando ille, cui denegatur illa præſtatio, adit iudicem, & ius ſuum proſequitur coram eodem; quia per talem aditionem retinet ciuilem, & ei competit ſummariſſimum poſſeſſorium manutentionis, Bald. in c. querelam de elect. eff. ct. dec. 395. num. 7. & per tot. Guid. Pap. quæſt. 51. poſt num. 3. Put. deciſ. 409. lib. 2. Seraph. deciſ. 299. n. 8. & per totam, Contra eum qui ſoluit, eiuſque hæredes, & ſucceſſores vniuerſales, & ſingulares in re, ex qua cenſus debetur, cum in interdicto retinendæ ius metiamur ex perſona actoris, quod non mutatur mutata perſona ex parte rei, Guid. Papæ quæſt. 629. Put. deciſ. 151. li. 5. Greg. xv. dec. 313. & ibi late annot. l. 2. §. re iud. ff. de verbor. oblig. clem. fin. de iur. patron. Probaturque huiuſmodi poſſeſſio exigendi ex confeſſione emanata in libello, in quo petit, reſtitutionem pecuniarum ſolutarum, Greg. xv. deciſ. 365. num. 1. & ibi annot. & deciſ. 458. l. plus eſt l. reſtituere 1. & 2. ff. verbor. ſign. l. qui reſtituere ff. de rei vend. aut condemnari aduerſarium ad dimiſſionem poſſeſſionis, Greg. xv. dec. 402. l. Titio vſus fructus ff. de cond. & demonſt. Greg. xv. deciſ. 458. & ibi annot. per vnicum teſtem, Menoch. de retinen. reme. vltim. ſub n. 34. Gregor. xv. deciſ. 438. num. 2. & ibi annot. ac clauſula ſublata &c. & decretum initans ſolita aſcribi in libris ſummorum Pontificum non operantur reſpectu poſſeſſionis, in qua dum tractatur an bullæ ſeu literæ apoſtolicæ locum ſibi vendicent, poſſeſſor eſt manutenendus, Seraph.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deciſ.14.71.n.4.& 5.l.ſi duæ in fine princ. & §.
Item videamus ff. vti poßid. ne iudiciorum or-
do confundatur contra ciuilem & natura-
lem rationem. §.retinendæ Inſt.de interd.l.1. §.
huius autem interdicti & l.iuſta ff. vti poßid. &
quia vltimus ſtatus in facto conſiſtit,l. Acti-
lius regulus & ibi Paul.de Caſtro.nu.5.ff.de donat.
Couar.pract.quæſt.cap.17. nam licet pro præ-
ſtationibus annuis perſonalibus ſummo iu-
re non detur poſſeſſorium, datur tamen
quidam ſtatus,ad quem poteſt peti vt fiat re-
ſtitutio, Menoch. in remed.3.retinen.n.507.l.na-
turaliter §.nihil commune ff.de acquir.poſſeß. Ti-
raquellus in tract. le mort.ſaiſſet le viſ. part 6. de-
clar.3. Faber.in l.ordinarij C.de rei vend. Rot. Fa-
rin.dec.561 in 1.dub part.1. & in quo poteſt
peti manutencio, vel competunt vtilia in-
terdicta, licet non directa,c.nullus el.2.& ibi
gl.1.2.quæſt.2.Butr.in d.c. querelam num. 27.
Zab.in 6.not.& in 3.oppoſ.& quæſt.4.& plurib.
ſeqq.& quæſt.12.Anch.in 10.not.& 4.oppoſ.Pan.
num.2.& 12.& Can.de elect.& ibi Io. de anania
remißiue nu.6. Idem obtinet in re corporali,
quando poſſeſſor non audet accedere pro-
pter potentiam aduerſarij, & adit iudicem,
à quo petit reſtitutionem: quod non per-
dat ciuilem, ſed eam retineat, Bald. in l.in
emphyteuticariis nu.15.& 16.C. de iure emphyt.
Iaſ.in l.clam.poßidere §.qui ad nundinas nu.52.&
ſeq.& n.61.& ſeqq.ff.de acquir.poſſeß. Menoch.
remed.3.retinen.quæſt.2.Put.deciſ.192.libr. 1.&
videtur egiſſe pro recuperatione ſolius na-
turalis, Bald.in d.l.ſi quis conductionis num.1. C.
loc.Gail.obſ.75.lib.2. Procurator non poteſt
facere actum aliquem,ex quo principalis ſe
habeat pro ſpoliato, niſi habeat ſpeciale
mandatum, Greg. xv. deciſ.546.numer. 13.
l. fin. C. de acquir. & retin. poſſ.& ibi gloß in
verbo generetur l. cum quis ff. de dolo. Is qui
petit manuteneri, & quatenus opus ſit,re-
integrari, non cenſetur ſe habere pro ſpo-
liato, Gr.xv.deciſ.555.& ibi annot.arg.l. pecu-
niam ff.ſi cert.pet. In eo ſufficit † parte legiti- 6
me citata, Put.deciſ.217.libro 1. Menoch.in vlt.
remed.retin.poſſeß.quæſt.5.Greg.xv.deciſ.457.&
ibi annot. ſummaria cognitio, Couar.pract.
quæſt.cap.17.tom. 2. non requiritur titulus
coloratus, Card.Seraph deciſ. 717. §.retinen-
dæ verſ.hodie tamen Inſtit.de interd.Ioan.de Imol.
in clem.1.n.15.de cauſ.poſſeß.& propriet. etiam
in beneficialibus, Card.Seraph.deciſ. 299.nu.
4.Dec.in l.diuus nu.5.ff de reg.iur.Greg.xv.deciſ.
275.num.10.& 12.& deciſ. 323. & ibi annot.
aut probatio ſcientiæ & patientiæ aduer-
ſarij, l.liberis §.fin.ff.de lib.cauſ.c.cum veniſſent
verſ cum autem Archid.de iuſtit.Rot.diuerſ.deciſ.
17.nu.7.& 8.part.2.ſufficit qualis probatio,
etiam minor,ſemiplena, Couar.pract quæſt.c.
17.Card.Seraph.deciſ.1154. num. 4. & deciſ.
1411.n.1.l.1.& ibi gloſſ.in verbo filium C.quorum
bonorum Greg.xv.deciſ.160.& ibi annot.& de-
ciſ.200.& ibi annot.& deciſ. 203. fertur ſen-
tentia † interlocutoria, Couar.pract.quæſt. c. 7
17.Bald.in l.ordinarij C.de rei vend. & ibidem
DD.Gail.obſ.7.num.6.lib.1.à qua non eſt lici-
ta appellatio tam iure ciuili, l.1.C.ſi de mom.
poſſeß.&c. quam iure canonico,c.fin.§ de poſ-
ſeßione 2.quæſt.6.Benint.deciſ.79. ſed licitus
eſt recurſus ad ſuperiorem, Menoch. de arbit.
quæſt.70.num.25.plures citans. Quando † ma- 8
nutentio pendit à negocio principali, prius
diſcuti debet negocium principale, quam
concedatur manutentio, Lancell. de attent.
part.3.cap.24.quæſt.19.num.4. l.ſi duo, in fin.
princ.& §.ſed ſi ſupra verſic.cæterum.ff.vti poßid.
l.ſi quis rem.ff.el.2.acquiren.poſſ.ideo ſi petatur
manutentio ratione aſſiſtentiæ iuris com-
munis, eo quia locus controuerſus ſit in-
tra fines diœceſis, ſeu parochiæ, interim
donec cognoſcatur, an locus ſit vel non
ſit infra fines, non poteſt concedi manu-
tentio, Card.Seraph.deciſ.1278. & ſi appo-
natur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

natur poſſeſſionem non eſſe manutenibilem, eo quod ſit infecta propter decretum irritãs, prius cognoſci debet, an ſit locus diſpoſitioni, quæ habet decretum irritans, antequam ex eo poſſit concedi vel denegari manutentio, *Garc. de benef. part. 5. cap. 1. num. 430. & pluribus ſeqq. Card. Seraph. deciſ.* 1471. *num. 5. Rot. Farin. deciſ.* 516. *num* 4. *part.* 1 Poſ-
9 ſeſſorio ſummariſſimo terminato adhuc † durat plenarium, verum is qui obtinuit in ſummariſſimo, non poteſt petere diſcuſsionem plenarij, ſed datur electio ei qui ſuccubuit, an velit agere poſſeſſorio plenario an petitorio, *Rot. deciſ* 97. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *diuerſ. l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus & ibi gloſſ. in verbo fiat Bart. & DD ff de re iud. iuncto §. cæterum verſ. prout. Inſt. quod cum eo qui in alien. &c.* ſi quidem agat petitorio renunciat ſuæ poſſeſſioni, *l. ſi duo in princ. ff. vti poßid. & ibi gloſſ. in verbo vincetur & DD. Bart. in l. naturaliter §. nihil commune num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ & ibi DD. communiter Rot. deciſ.* 97. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *diuerſ.* ſi agat poſſeſſorio, eo pendente poteſt adhuc ei ſuccurri, per ſummariſsimum, *Capic. deciſ* 96. *num.* 10. *& ſeqq. l. in prouinciali §. 1. ff. de nou. oper. nunc. l. fin. C. ſi aduerſus rem. iud. & ibi gloſſ. & DD.* etiam in cauſa appellationis, *Card Seraph. deciſ.* 299. *& deciſ.* 1295. *l. quod vetuit ff. de re iud. & ibi DD.* at in gradu reſtitutionis in integrum, non obſtante re iudicata, *Greg. xv. deciſ.* 458. *num.* 8. *& ibi annot. limitat vno modo Cæſar. deciſ.* 4. *numer.* 4. *hoc titul. l. vnica C. de reputat. quæ fiunt in iud. in integrum reſt. & l. 1. C. in Integrum reſt. poſt: iuncta, l. 1. ff. Vti poß.* quia ſummariſsimum poſſeſſorium durat tantum quantum ipſa lis decretumque de manutenendo in eo datum habet executionem paratã, & nunquam tranſit in iudicatum, ita vt à iudice retractari non poſſit, ſi altera pars melius doceat de ſua poſſeſsione, *l. liberis in fine ff. de lib. cauſ. cap. fin. §. de poſſeß. 2. quæſt. 6. Benint. deciſ.* 74. *per totam Card. Seraph. d. deciſ.* 1195. *numer.* 2. *&* 5. *aſſerens ita ſeruari in Rota Rot. diuerſ. deciſ.* 641. *n.* 9. *part.* 1. *Greg. xv. deciſ.* 285. *n.* 13. *& ſeqq & ibi annot.*

In plenario † poſſeſſorio requiritur ple- 10
naria cognitio, & ex parte agentis plena probatio, *§. retinendæ inſtit. de interd. l. 1. & ibi gl. in verbo filium eſſe & DD. C. quorum bonorum Rot. diuerſ. deciſ.* 543. *nu.* 3. *part.* 3. *lib.* 3. in his, de quibus principaliter in illa cauſa poſſeſſoria controuertitur non vero in illis quæ incidẽter, & per modum cauſæ deducuntur. *l. 1. C. quor. bonor. pulchre Rot. deciſ.* 34. *n.* 14. *& ſeqq. part. 2. diuerſ.* Dicitur autem cauſa ſummaria reſpectu rei, cuius exceptiones requirentes, altiorem indaginem differuntur, nec impeditur actoris intentio, *l. ſi is à quo §. 1. ff vt in poſſeß. legat. l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad Trebell. d. l. 1. C. quor. bon. Bart. in Conſtit. ad reprimendum in verbo ſummarie n. xj. & 12. quom. in crimine læſ. maieſt. proced. Iaſ. in l. in pecuniarijs n.*
*4. ff de ferijs.* Sententia † ſuper poſſeſſorio 11
plenario lata eſt definitiua, *Rot. deciſ.* 10. *n.* 4. *de re iud. in antiq. Clem. 1. de ſeq poſſeß. & fruct. Gail. obſ.* 7. *num.* 4. *lib.* 1. ſed ab ea prohibetur apppellatio omni iure, *l. 1. & ibi Bart. C ſi de mom. poſſeß. &c. Innoc. in c. ſignificantibus in verbo prouocauit de nou. oper. nunc. Archid. in c. fin. §. de poſſeſsione 2. quæſt. 6. Dec. conſ.* 28. *late Dec. in l. 1. num. 6. C de bonor. poſſeß. ſec. tab.* & Iudex poteſt eam exequi ſalua proprietatis quæſtione, tum quia habet vim interlocutoriæ. & in appellatione ab ea debet exprimi grauamen, & inſeri cauſa, *Bart. in l.* 2. *num.* 9. *&* 10. *ff de appell. recip c. ei qui §. de poſſeſsione 2. quæſt. 6 c. Romana §. ſi autem, & ibi gloſſ. & Can. de appell. in 6.* tum quia damnum illatum in poſſeſſorio poteſt de facili reparari in petitorio, *Notant. DD. in d. l. vnica C. ſi de mom. poſſeß. &c,* quæ regula indubitata eſt in terris

eccleſiæ, in quibus non ſunt ſtatuta particu-
laria, *Rot. deciſ. 330. num. 3. part. 2. diuerſ. virg. de*
*Boccatijs in annot. ad Aegid. in princ.* Ex conſti-
tutione Aegidiana confirmata à Paulo III.
prohibente appellationem à ſententijs latis
in iudiciis poſſeſſorijs, *Rot. diuerſ. deciſ. 120. ſub*
*numer. 2. part. 1. Creſc. deciſ. 1. num. 3. de Conſt.*
*Mohed. inter omiſſas deciſ. 5. eod. Virg. de Boccatijs*
*in annot. ad Aegid. in princ. n. 3. 6. & ſeq.* etiam
ijs, in quibus debet colorari titulus, *Achil.*
*deciſ. 2. de appell. Bald. in l. 2. quæſt. 11. C. de ſeruit.*
*& aq. Innoc. in c. bonæ el. 2. ſub n. 1. verſ. quidam*
*tamen dicant circa finem de poſtul. præl.* & ab o-
mni eo per quod deuenitur ad dictas ſen-
tentias, *Rot. diuerſ. deciſ. 241. nu. 5. part. 1. Bald.*
*in l. vnica num. 4. & ibi Salic. C. ſi de mom. poſſ. ſ.*
12 *&c.* Fallit † quia admittitur appellatio à
ſententia lata in poſſeſſorio, quod nititur
iure, aut habet mixturam cum petitorio, vel
infert irreparabile damnum, *Rip. in c. ſæpe nu.*
*102. de reſtit. ſpoliat. Cont. in l. vnica C. ſi de mom.*
*poſſ. ſ.* aut cauſa poſſeſſorij eſt complicata
cum cauſa falſitatis inſtrumenti, vel nullita-
tis prioris ſententiæ, *Rot. deciſ. 323 part. 1. di-*
*uerſ. Bald. in l. 1. C. ſi de mom. poſſeſ. num. 7. Me-*
*noch. remed. 9. recup. poſſeſ. num. 321. & ſeqq.* aut
quis condemnatur ad intereſſe ob poſſeſ-
ſionem non reſtitutam, *Bart. in l. creditor §.*
*iuſſus num. 4. C. de appell.* & aliis caſibus no-
tatis per Decium *in l. 1. num. 6. C. de bon. poſ-*
*ſeſ. ſecund. tab.* Prætermiſſis eis quæ circa ac-
quiſitionem, retentionem, & amiſſionem
poſſeſſionis traduntur, *in §. poſſidere. inſt. de*
13 *interd.* in † beneficialibus & ſpiritualibus ex
vnico actu congruo acquiritur poſſeſſio, *c.*
*cum eccleſia & ibi gloſſ. in verbo trium epiſcoporum*
*c. cum olim & ibi Pan ſub num. 5. hoc tit. & vtro-*
*bique Can. cap. cum de beneficio de præb. in 6. c. 1.*
*de relig. domib. Bald. in l. 2. ſub num. 2. C. de ſeruit.*
*& aq. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto numer. 6. ff.*
*de itin. actuque priuat. Put. deciſ. 269. lib. 1.*

quando concurrit animus acquirentis, *cap.*
*cum noſtris & ibi gloſſ. in verbo plures habet ſacti*
*de conceſſ. præb. & Can. l. licet C. de acq. poſſ. Pan.*
*in c. bon. mem. el. 2. nu. 20. de poſtul. præl. Caputaq.*
*deciſ. 152. part. 2. per l. cum hæredes ff. de acq. vel*
*amit. poſſ.* & ſcientia, & patientia aduerſarij,
cuius intereſt, & ſi plurium intereſt, requiri-
tur ſcientia & patientia omnium, *Pan. in d.*
*bon. mem. el. 2. l. 2. C. de ſeruit. & aq. & ibi Bald. n.*
*17. 22. 23. & ſeqq.* & ſi iſti plures habent poſ-
ſeſſionem eiuſdem generis, vnius ignoran-
tia omnibus prodeſt, *l. ſi communem ff. quem-*
*ad ſeruit. amitt. Innoc. in c. bon. mem. el. 2. ſub nu.*
*1. de poſtul. prælat. Bald. in l. 2. nu. 23. in fine C. de*
*ſeruit. & aq.* ſi autem iura ſint diuerſa, & pe-
nitus ſeparata, vt in eadem parochia ſunt
coniunctæ iuriſdictiones epiſcopi, & ple-
bani, *c. cum ab eccleſiarum de offic. ordin.* & quis
intendi querere plebanalem ſine præiudi-
cio Epiſcopi aut Epiſcopalem ſine præiudi-
cio plebani, tunc ſcientia nocet ſcienti, &
ignorantia prodeſt ignoranti, quia iſti, con-
tra quos quæritur poſſeſſio, non ſunt in pa-
ri cauſa, *l. aquam ff. quemadmod. ſeruit. amitt.*
*Innoc. in d. c. bon. mem. el. 2. ſub num. 1.* Ad acqui-
rendam poſſeſſionem eccleſiæ vacantis, re-
quiritur ſcientia & patientia eius, qui habet
cuſtodiam, quæ in cathedralibus & regula-
ribus ac collegiatis eccleſijs eſt penes capi-
tula, conuentus, collegia, *c. quia ſæpe de elect.*
*in 6.* in alijs eccleſijs ſeruanda eſt diſpoſitio
*c. præſenti de off. ordin. in 6.* vel eius ad quem
ſpectat confirmatio, vel inueſtitura, non au-
tem eorum, ad quos ſpectat nuda electio,
*Innoc. in c. bon. mem. el. 2. in fine n. 1. & ibi Can. de*
*poſtul. prælat. Bald. in l. 2. num. 22. & 23. C. de ſer-*
*uit. & aqua.* quia poſſeſſio iurium incorpo-
ralium inhæret oſſibus iſtius, qui poſſidet, i-
deo non poteſt acquiri ſine ſcientia & pa-
tientia illius quæ habet vim quaſi traditio-
nis, *l. 2. & ibi poſt gloſſ. in verbo ſciente DD. C.*

de

deſeruit. & aqua. Eadem ratione vt acquira-
tur legitima canonicatus eccleſiæ cathedra-
lis, aut collegiatæ poſſeſſio, non ſufficit,
quod ſit tradita à canonicis, qui ſunt de ca-
pitulo, ſed requiritur quod capitulariter
tradatur, l. dilectus 1 §. 1. c. dilecto 1. reſponſo de
præb. cap. 2. de renunc. Ioan. Andr. in c. in litteris n.
10. & ſeqq. de reſtit. ſpoliat. & ibi Can. Caſſad. de-
ciſ. 7 hoc tit. Greg. xv. deciſ. 364 & ibi annot am-
pliat & limitat. cum aſſignatione ſtalli in
choro, & loci in capitulo copulatiue ab ha-
bente poteſtatem, c. pro illorum in fine de præb.
c. relatum eod tit. Ioann. Baptiſt. ferr. conſ. 14. a-
liter habita non eſt conſiderabilis, neque re-
ſtituibilis, niſi ſucceſſiue ex patientia cano-
nicorum, ad actus canonicales, canonico
tantum competentes, iuſtificata fuerit: In-
noc. in c in litteris num. 8. & in c. ex parte ſub nu.
5. verſ. ſed ſecus in actibus & c. de reſtit. ſpoliat. & i-
bi Can. Caſſad deciſ. 7. hoc tit. quæ iuſtificatio, ſi
agatur poſſeſſorio recuperandæ, debet præ-
cedere ſpolium, arg l. bonorum ff. rem ratam
haberi l. fin. ff quis ordo in bonor. poſſ ff. ſeru. cum
ſimilibus Rot. deciſ. 9. de reſtit. ſpoliat. in nou. In
acquiſitione poſſeſſionis rerum corpora-
lium ſcientia domini non requiritur, l. fin. C.
de long. temp. reſcript. Hinc ex vnica præſenta-
tione, & vnica electione acquiritur poſſeſ-
ſio præſentandi, & eligendi, c. querelam de e-
lect. cap. conſultationibus de iurepat. & vtrobique
not. d. c. cum eccleſia hoc tit. & ibi Ripa num. 9. &
ſeqq. & ibi Can. per vnicam ſolutionem pen-
ſionis acquiritur poſſeſſio iuris exigendi. Rot.
deciſ. 198. num. 2. & 3. part. 1. diuerſ. gloſſ. in c. cum
eccleſia ſutrina in verbo trium epiſcoporum & ibi
Ripa nu. 52. & ſeq. & Can. hoc tit. per vnicum
actum acquiritur quaſi poſſeſſio, quoad a-
ctus in locum prioris ſubrogatos, vt ſi eccle-
ſia percepit decimas ex terra, quæ ſemper
fuerat frumento ſeminata, nunc autem de
nouo fuit ſeminata milio, l. cum in tua & i-
bi Hoſt. per illum text. de decim. Alber. in l. ſi vſu-
fructus l. 1. num. 5 ff quemadm. vſusfructus amitt.
apprehenſa poſſeſſio domus, aut vnius alte-
rius rei præbendæ, trahitur ad omnia bona
temporalia eiuſdem præbendæ. Hoſt. in c. in
litteris ſub nu. 13. de reſtit. ſpoliat. & ibi Can. Rot.
deciſ. 14. eod. in nou. Mohed. deciſ. 22. nu. 1. & ſeqq.
de præb. ex actu præſentandi rectorem in cer-
ta eccleſia longiſſimo tempore exercito
per laicum, probatur poſſeſſio omnium iu-
rium competentium patrono, c. 1. & ibi Pan.
num. 3. & 4. de relig. domib. & ibi Can. conſen-
ſus à patrono præſtitus in permutatione
beneficij conſtituit ipſum in totali poſſeſ-
ſione præſentandi; Creſcent. deciſ. 2. Mohed. de-
ciſ. 10. num. 4. de Iurepatron. Rot. deciſ. 792. num.
4. part. 2. diuerſ. & generaliter per apprehen-
ſionem vnius rei, quis conſtituitur in poſ-
ſeſſione omnium aliarum ad ejus rei vſum
deſtinatarum, l. reſtituta & ibi gloſſ. in verbo ea-
rum ff. ad Senatusc. Trebel. & DD. per captam
poſſeſſionem ſepulchri, conſtituitur in vſu
ſepulchri, Rot. deciſ. 222. part. 1. diuerſ. num. 7.
& 8. l. reſtituta in princ. ff. ad SC. Trebell. & ibi
DD. poſt gl. l. pro hærede ff de acquir. poſſeſſ l. poſſi-
deri in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. per adeptio-
nem poſſeſſionis beneficii, quæritur etiam
poſſeſſio rerum & bonorum beneficij, An-
char. in c. beneficium in 10. quæſt. de reg. iur. in 6.
& in cap. ſine poſſeſſione ſub numer. 10. verſ. ex
quibus & numer. ſeqq. eod. Rot deciſ. 19. num. 7.
part. 2. diuerſ. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 6.
num. 13. Greg xv. deciſ. 364. & ibi late annot. &
deciſ. 557. nu. 2. & ſeqq. & ibi late annot. ampliat
& limitat 2. modis. quia poſſeſſio rerum, &
bonorum eccleſiæ eſt penes ipſam eccle-
ſiam vacantem, cap. cum ſuper hoc titul. & i-
bi Innoc. Pan. & Can Felin in c. conſtitutus n. 19.
de reſcript. Fallit † regula principalis, quando 14
poſſidenti ius commune reſiſtit, Pan. in c. 1.
n. 5, de relig. domib, epiſcopus per exercitium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vnius iuris epiſcopalis in aliquo hoſpitali
non religioſo, non cenſetur eſſe in poſſeſſio-
ne omnium iurium epiſcopalium, quia hoſ-
pitale non religioſum non tenetur epiſcopo
ad iura epiſcopalia, *c. adhæc de relig. domib.* fal-
lit ſecundo quando alius reperitur in poſ-
ſeſſione, *c. cum olim. & ibi Pan. num. 6. & ibi
Can. de reſcript. c. dilectus & ibi Innoc. num. 3. de
cap. Monach. Innoc. in d. c. 1. in fine de relig. domib.*
niſi immiſſio facta fuerit auctore prætore,
quæ priuat poſſeſſorem omni poſſeſsione,
licet nulla violentia intercedat, *l. qui vniuer-
ſas §. 1. verſ. item cum prætor ff. de acquir. vel o-
mitt. poſſ. ſ. & ibi Angel. de Peruſ. Ioan. Imola &
DD.* fallit tertio, quia licet fiat extenſio poſ-
ſeſſionis ad alios actus eiuſdem ſpeciei, e-
tiamſi ſint diuerſarum qualitatum, & cir-
cumſtantiarum, quando conueniunt in na-
tura primordiali; non tamen fit extenſio ad
alios actus alterius ſpeciei, *arg. l. ſi prius ff de
aqua pluu. arc. & ibi gloſſ & DD. Salic. in l. 1. nu.
4. C. de emanc. lib. & ibi Cynu. Socin ſen. in c. cum
contingat num. 34. de foro compet. Alex. conſ. 68.
num. 18. vol. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 17. nu. 3. & xj.
part. 1. Bald. in l. de pupillo §. ſi in pluribus ſub n.
1. ff. de nou. oper. nunc.* fallit quarto, quia ex actu
contradicto & apellato poſſeſſio non acqui-
ritur, *l. improba & l. nemo C. de acquir. poſſeſs.*
Fallit quinto, Quia apprehenſione vnius
rei hæreditariæ ſeu fundi hæreditarii alio-
rum fundorum ſeu rerum hæreditariarum
poſſeſsio non cenſetur apprehenſa etiam
concurrente animo acquirere volentis quia
hæreditas iacens non poſsidet, *Mynſing. obſ.
39. cent. 3. l. hæreditas in multis ff. de acqui. rer.
dom.* Iure ciuili poſſeſsio iurium incorpora-
lium acquiritur, & probatur ex duabus aut
tribus ſolutionibus, *c. 1. §. 1. quid ſit inueſtitu-
ra in vſibus feud.* vel iuxta qualitatem actuum,
ex pluribus aut vno actu, *l. 1. §. hoc interd.
& ibi Bart. num. 1. in fine & DD. ff. de itin. actuq.
princ.* arbitrio iudicis, *Fr. Ripa in l. interdicta
num. 5. & 6. ff. quor. bonor.* Poſſeſsio † quo 15
que beneficialium, ac ſpiritualium ex vno
vel duobus actibus amittitur, *l. queadmodum
& ibi Iaſ. ff. de acqu. poſſeſs. Put. deciſ. 269. num. 2.
lib. 1.* Contra ſummum pontificem circa ſpi-
ritualem iuriſdictionem, quia plenitudinem
poteſtatis in ea habet, nullus poteſt acqui-
rere poſſeſsionem, quæ ei præiudicet, cum
illam habeat à Deo tantum. & ideo eſt im-
mutabilis, *c. in nouo & c. ſeq. 21. diſt. c. ſi impera-
tor 96. diſt. Innoc. in c. bon. mem. el. 2. n. 1. in fine
& nu. ſeqq. de poſt. præl. Gonzal. ſuper reg. de men-
ſib. & altern. §. 2. proœm. num. 13. & ſeqq.* Ex a-
ctu † conditionali transfertur poſſeſsio, 16
quando dominus ſimpliciter tradit poſſeſ-
ſionem, *c. olim. 1. & ibi Innoc. num. 5. de reſtit.
ſpol. Hoſt. ſub numer. xj. in gloſſ. ſuper verbo tradi-
ctam domum & Can. c. cum noſtris §. auditor de
conceſſ. præb. l. 1. § ſi vir vxori ff. de acquir. poſſ.
Franc. Aretin. in l. qui abſenti §. 1. in 4. not. ff. eod.*
& conditio exiſtens trahitur retro, quia do-
mini voluntate poſſedit. & interim lucratus
fuit fructus, *Bald. in l. ſub conditione num. 3. ff.
de ſolut. & liberat.* circa translationem domi-
nij † adhibenda eſt diſtinctio tradita per 17
Bart. in d. l. ſub conditione num. 1. ff. de ſo-
lut. & liberat. Quod ſi cauſa ipſa, ac etiam
poſſeſsionis traditio fuerit ſub conditione,
quæ defecerit, nulla transfertur poſſeſsio. *d.
l. qui abſenti §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. c. olim. 1. de re-
ſtit. ſpoliat. Greg. xv. deciſ. 283. num. 3 & 4. & ibi
annot. & deciſ. 332. num. 4. & ſeqq. & ibi annot.*
& ſi conditio extiterit, non trahitur retro,
ne eodem tempore inueniantur duo domi-
ni, in ſolidum, *l. ſi vt certo §. ſi duobus ff. com-
mod.* aut duo eandem rem corporalem poſ-
ſidere, *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſ. & l. duo
ff. de procur.* aut idem ius in corporale poſ-
ſidere, *l. licet cauſam §. ex præmiſſis de prob. &
ibi Can. cap. inter dilectos de fid. inſtrument.*

Quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæ ſunt notanda pro limitatione regulæ
in contractibus conditio caſualis, & mixta,
purificata trahitur retro, ſecus in poteſtati-
ua, quæ procedit, in obligationibus & hy-
potecis, *l. qui balneum & l. qui potior C. qui pot.
in pign. hab. Mohed. deciſ. 1. de pign. & hypothecis.*
ſecus in dominio, & poſſeſſione, Hinc in-
fertur, quod ex traditione poſſeſſionis ali-
cui facta à iudice tertius non citatus non
priuatur ſua poſſeſsione, quia in tali tradi-
tione vere ineſt clauſula ſine præiudicio: *l.
1. § ſi quis ideo ff. ne ius fiat ei &c. l. 2. in fine C. ſi
propt. publ. penſitat. &c. Bald. in l. 2. num. 14. C. v-
bi in rem. act. Rot. deciſ. 9. de conceß. preb. in antiq.*
&c. quando à parte traditur poſſeſsio, aut
pars traditioni poſſeſsionis factæ per iudi-
cem acquieſcit, iſta clauſula ſine præiudi-
cio &c. non poteſt ſub intelligi; ideo expreſ-
ſio illius ſuſpendit acquiſitionem poſſeſsio-
nis, *d. l. qui abſenti § 1. d. c. olim. el. 1. & ibi gloſſ.
in verbo traditam Put. deciſ. 34. lib. 2.* & ſi ter-
tius poſsideat, purificata cenſetur conditio,
ſi non poſsideat, nullum fit ei præiudicium,
ſi poſſeſsio non eſt vacans, quia ius quod
habet in petitorio ex hoc non læditur, niſi
ratione durioris aduerſarii, quando cœpiſ-
ſet agere ante ſententiam latam: *l. is à quo
cum l. ſeq. & ibi DD. ff. de rei vend.* ſi vero poſ-
ſeſsio eſt vacans, ius eius lædi cenſetur prop-
ter facilitatem recuperandi, *cap. veniens el. 2.
de teſtib. & ibi Can. c. cum ſuper & ibi Felin. &
Can. de re iud. Cæſar. deciſ. 2. & 3. de verbo ſignif.*
18 Poſſeſsionis † duodecim fructus enumerat,
Ripa, *in c. ſæpe num. 2. de reſtit. ſpoliat. & gloſſ.
& DD. in § retinendæ, inſtit. de interd.* quibus
adde quod poſſeſſio quæ continuatur in
hæredem contra *l. cum hæredes ff. de acquir. poſ-
ſeß. Mynſ. obſ. 38. & 39. cent. 3.* vigore ſtatuti
19 † eſt ciuiliſsima, & ante appræhenſionem
continuatur in hæredem hæredis; quia il-
lud ius eſt in ipſa hæreditate; *l. cum fundo
ff. de ſeru. ruſt. præd. c. cum veniſſent de inſtitut.* ex
ea poteſt agi adipiſcendæ, non recuperan-
dæ per hæredem; quia non eſt plene, ac
actualiter poſſeſſor, *Cyn. in l. ea lege poſt princ.
verſ. & iſtud eſt in argumentum C. de cond. ob cau-
ſam Dec. in l. fin. nu. 26. C. de edict. D. Ad. toll.
Put. deciſ. 10. hoc tit.* dictumque ſtatutum in-
telligitur quando poſſeſsio eſt vacans, *Dec. in
d. l. fin. num. 33. & 34. Curt. iun. n. 82. & DD.
Cuman. in l. pomponius § quæſitum ſub num. 3.
verſ. dixi ego ff. de acquir. poſſeß. Greg. xv. deciſ. 258.
num. 7. & ibi annot. limitat. vno modo.* nam
ceſſat continuatio poſſeſsionis in hæredem
ex ſtatuto, quando ab alio fuit effectualiter
appræhenſa, *Tiraquellus in tract. le mort. ſaiſit le
vif. parte 1. declarat 3. l. qui crim. pro hærede 3. fin.
ff. pro Emptor. l. poſſeßio ff. de Vſucapionib.* Eadem
ratione † ſubrogato gratioſe etiam quoad 20
poſſeſsionem, per principem, non compe-
tit actio ſpolij, ſed tantum interdictum a-
dipiſcendæ, quod ſapit naturam recuperan-
dæ, *Card. Seraph. deciſ. 596. Iaſ. in l. ſi ſorori ſub
num. 2 verſ. limita tamen C. de iure deliber. & ibi
Alex.* & DD. niſi actualis poſſeſsio fuerit
medio tempore ab alio apprehenſa, & oc-
cupata, quæ excludit effectum continuatio-
nis poſſeſsionis, *Greg. xv. deciſ. 258. num. 5. &
ſeqq. & deciſ. 307. num. 3. & 4. & ibi late annot.
l. pomponius § quæſitum ff. de acquiren. poſſ. & ibi*
DD. *l. fi. C. de edict. D. Hadr. toll. & ibi Curt.
Iun. nu. 82. l. qui cum pro hæred. § fin. ff. pro empto;
gloſ. in l. cum miles in verbo quaſi coniunctim. ff.
ex quibus cauſis maiores.* In ſpiritualibus † 21
quoad validitatem iurium, etiam ſacramen-
talium, ſufficit poſſeſsio conferentis, quan-
do alias conferens habet poteſtatem confe-
rendi; ideo licet certus locus non ſit de pro-
prietate epiſcopi, ex quo tamen epiſcopus
eſt bonæ fidei poſſeſſor, tenent ſacramen-
ta ab eo collata, quoad omnem effectum,
*Pan. in cap. 1. num. 2. de relig. domib.* In bene-
ficiali-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

22 ficialibus efficacia† collationis ſequitur poſ-
ſeſsionem, & ad validitatem eius ſufficit o-
ſtendere collatorem eſſe in quieta & imme-
diata poſſeſſione conferendi, ſecundum
tempus collationis, cum bona fide, per ſo-
lam reclamationem, non inducitur mala fi-
des: ad creandam huiuſmodi poſſeſsio-
nem ſufficit vnicus & vltimus actus collatio-
nis, quæ ſortita fuerit effectum, *c. cum olim. hoc tit. & ibi Pan. num. 4. & 5. Butr. & Can. communiter c. querelam de elect. c. conſultationibus de iurepat. c. in literis de reſtit. ſpoliat. late Garz. de benef. part. 5. cap. 5. per tot. numer. 63. ac nu. 67. ponit. 4 requiſita quæ fuſe explicat Rip. in c. cum Eccleſia ſutrina num. 92. & 93. de cauſ. poſſ. & prop. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gloſſ. 45. §. 2. nu. 29 & ſeqq. qui ponit. 7 requiſita & 5. limitat Greg. xv. deciſ. 77. & ibi late additio.* Secundo,
23 alio non apparente is † qui poſſidet, præſu-
mitur in bona fide, *l. pen. & ibi gloſſ. in verbo probetur C. de præſcript. long. temp. l. pen. C. de ciuit.* ac præſumitur dominus, *c. 1. & ibi Pan. num. 2 de relig. domib. c. cum ad ſedem & ibi Pan. nu. 20 Butr. nu. 25. & ſeqq. de reſt. ſpoliat. & Can. Bart. in l. 1. § hoc interdicto num. 2. & ibidem duos alios ponit effectus quaſi poſſeßionis ff. de itin. vtrique prin.* etiam in beneficialibus, *Rot. deciſ. 1. de re iud. in nouis c. examinata de iud. c. cum Eccleſia ſutrina circa finem hoc tit.* non quidem ex recenti poſſeſsione, *Rot. deciſ. 1. de reſtit. ſpoliat. num. 3. in nou. Innoc. in c. 2. ſub nu. 3. verſ. mirum videtur quod dicitur in hac gloſſ. per monachos de in Integrum reſtit.* ſed data triennali pacifica poſſeſſione, propter regulam de triennali, quæ tuetur pacificum poſſeſſorem etiam contra concilium, vt puta non promotum infra annum, *Mohed deciſ. 2. in fine de præb. Sarnen. in reg. de trien. quæſt. 10. arg. l. in rebus §. fin. cum l. ſeq. ff. de precario.* & præſtat exceptionem non actionem vnde non tuetur eum, qui poſt lapſum triennij commiſit cauſam ſuper beneficio, & aduerſarius docuit de ſuo titulo, *Achil. deciſ. 1. ſuper reg. de trien. Caſſad. deciſ. 8. ſub num. 3. ſuper reg. Cancell. Felin. in c. ſicut nu. 3. & ſeqq. de re iud. Pan. in c. contingit ſub nu. xj. & ſeqq. de dol. & cont.* Tertio, poſſeſſori de-
bentur † fructus, ac agenti ad fructus nulla 24
poteſt opponi exceptio, *late Pan. in c. accedens & Can. de accuſ.* quando conſtat de certo & indubitato poſſeſſore, & quando non conſtat de vero dominio. *Felin. in c. ſignificauerunt num. 7. de teſtib.* illoſque facit ſuos, quando habet colorem poſſidendi, & abeſt mala fides, *Rot. deciſ. 4. in princ. de reſt. ſpoliat. c. grauis & ibi poſt gloſſ. Bell. num. 5. & Can. de reſt. ſpoliat. l. certum. 2. reſp. C. de rei vend. Greg. xv. deciſ. 74.* tam in temporalibus, *§. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diuiſ. & c. l. quæſitum ff. de acq. rer. dom. l. Herennius la. 1. & ibi gloſſ. ff. de vſur. c. grauis de reſtitut. ſpol. & ibi gloſſ. in verbo fructus & Can.* quam beneficialibus, niſi poſſeſſori ius reſiſtat, *c. dilecta & ibi Pan. numer. 11. & 12. de præb. Rip. in c. cum Eccleſia ſutrina nu. 94 hoc tit.* aut conſtet quod ab initio ſcienter recepit poſſeſſionem beneficij iniuſte, *Rot. deciſ. 4. n. 2. de reſtit. ſpoliat. l. domum l. certum 1. reſp. C. de rei vend. Bellam. in d. c. grauis nu. 4. & 7. de reſtit. ſpol.* Aut obſtat intruſio in beneficio reſeruato, *Rot. deciſ. 20. de præb. in antiq. & deciſ. 4. eod. in antiq. d. c. noſtrum de appell.* vel poſſideat plura beneficia incompatibilia: *gloſſ. in c. 1. ante finem verſ. 1. opinionem de reg. iurament. in 6. c. dudum el. 2. in princ. verſ. & retinendo Pan. in 5. not. & Can. de elect.* ex huiuſmodi enim pluralitate, transgreſſionis notam & cupiditatis vitium incurrit, *d. c. dudum el. 2. in princ. verſ. vnde eum.* Tum quia Concilium Trid. excludit priuilegium poſſeſſionis, quia geminatam inducit priuationem, *c. 4. ſeß. 7. ibi etiam præſentis canonis vigore c. 17. ſeß. 24. in fine nec tuta conſcientia fructus retineant*, aut alia opponatur exceptio concludens defectum

tituli

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tituli & poſſeſſionis, Specul.tit.de actore §. 1.
num.47.in fine & ibi Bald.in addit.circa finem
Innoc.in c.in literis num.5.de reſtit.ſpoliat. Anch.
in c. 1.num.9.de reg.iurament.in 6.qui duo di-
cunt ſufficere defectum ſolius tituli. vel allegetur
diſpenſatio, quia ius ſingulare non præſu-
mitur ex poſſeſſione niſi probetur, Butr. in c.
dudum el.2.num.33.de elect.per illum text. aut
interdicta ſit ei adminiſtratio per hominem
tacite, vel expreſſe, aut per legem ; ait ſcien-
ter ſoluentes non liberantur , ignoranter
vero ſoluentes liberantur, l.quod ſi forte §.1.
& ibi gloſſ.in verbo adminiſtratio 1.Bart. & DD.
ff.de ſolut.Clem.1.de ſequeſt.poſſeſſ. & fruct. Bart.
in l.poſt contractum num.12.& DD.ff.de donat.
25 Quarto, ſucceſſor in † beneficio non tene-
tur iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris, ſed
ſufficit ei oſtendere ſupplicationem ſigna-
tam, Put.deciſ.337.lib.1.atteſtans de ſtylo Caſſad.
deciſ.8.de reſtit.ſpoliat. Sarn. in reg. de non iud.
iuxta firm.ſupp.num.7. Garc.de benef.part. 4. c.
2.num.19.& ſeqq. vel probare communem
reputationem, & pacificam poſſeſſoris tri-
ennalem poſſeſſionem, copulatiue ; & licet
regulariter contra præſumptum titulum ad-
mittatur probatio de vero titulo , tamen
hoc caſu ſi per aduerſarium probetur titu-
lus prædeceſſoris infectus, & poſſeſſio cap-
ta illius vigore , ac etiam quod ſit infecta
poſſeſſio, in nullo ei ſuffragatur ; quia prop-
ter deceſſum in triennali poſſeſſione, præ-
ſumitur vitium purgatum, d.c. dilecto & ibi
Pan.num 8.gloſſ.in c.illud in verbo fama loci de
præſump.& ibi Felin ſub nu.7.& Can.arg. Clem.
1.de ſeq.poſſeſ.& fruct. Franc.in c.ſuſceptum num.
xj. de reſtit. Caſſad. deciſ. 3. & 4. Mohed.
deciſ.15.hoc tit. Achill.deciſ.19.num.4.& ſeqq.&
deciſ.20.& Creſc.deciſ.21.de prob.Mand.ad alleg.
Lapi 89.quæſt.2. quia triennium completum
dicitur longum tempus , & minus tempus
dicitur recens, d. Clem. 1.de ſequeſt. poſſeſ.&
fruct.d.c.dilecto de præb.Io.de anania in c licet heli
num 25.de ſimon. Habilitates † prædeceſſoris 26
non ſunt iuſtificandæ, vel ſufficit qualis qua-
lis probatio clericatus, legitimitatis, Put. de-
ciſ.77.lib.3.Bell.deciſ.593. allegat rationem quia
ſuper eo non pronunciatur, Imol.in clem.1. n.3. &
10.vt lit.pend. c.querelam de elect. niſi detecta
eſſet eius inhabilitas, quia tunc iuſtificanda
eſt prædeceſſoris diſpenſatio, Cæſar. deciſ.16.
num.8.& deciſ.20.num.7.& ſeqq.de prob. Bart.
in l.facta §.ſi hæres ff.ad Trebell. Quinto, † ex- 27
ceptio criminis non obſtat, agenti poſſeſſo-
rio in beneficialibus, ſiue intentetur poſſeſ-
ſorium adipiſcendæ, poſt collationem, aut
electionem & confirmationem obtentam,
etiamſi crimen inferat nullitatem tituli ipſo
iure, vt homicidium, periurium, niſi agens
poſſeſſorio de eis publice fuit infamatus, c.
accedens de accuſ.c.conſtitutus el.2.de appell.c.poſt
electionem in fine de conceſſ.præb.Pan.in c.cum olim
n.15.& 16.ponens tres fall.hoc tit. ratio prioris
eſt, quia ex ſolo titulo conſequitur quis ius
in re, abſque inſtallatione, vt ſupradictum
eſt ; ideo non poteſt à iure quæſito remoue-
ri per exceptionem, ſed per directam actio-
nem, d.c.accedens d.c.conſtitutus el.2.& ſi oppo-
natur, cui datur actio multo magis excep-
tio.l.1.§.plane ff.de ſuperf. reſpondetur, verum
eſſe, quando actio & exceptio tendunt ad
rem familiarem, ſecus ſi actio competit ad
vindictam, quia tunc competit actio & ac-
cuſatio, & non exceptio, Felin. in d.c. accedens
in princ.& num.10.& ibi Anchar.numer.2.& 3.
ratio ſecundi eſt, quia exiſtens in poſſeſſio-
ne ex ſola infamia ſuſpenditur à beneficio
iam obtento, d.c.inter de purg. Can.c.presbyter
2.quæſt.5. fortius debet repelli à conſequen-
da poſſeſſione, c. quemadmodum de iureiur.
Pan.in d.c.accedens. ſiue † intentetur poſſeſ- 28
ſorium recuperandæ, ſi ſpoliator opponat
crimen propter odium ſpolij, & violentiæ,

*l.ſi maritus la.*1.*C.de donat.inter vir.& vxor.cap. in literis &c.item cum quis de reſtit.ſpoliat.* ſecus ſi tertius non ſpoliator de crimine opponeret, & ex reſtitutione ſequi poſſet periculum animarum, *c.ad petitionem & ibi gloſſ. in verbo reſtituendus, de accuſ. & Can. Pan. in rubric. de ſponſ.duorum poſt Innoc. Mohed.deciſ.*19. *de reſtit. ſpoliat* & recipit alias limitationes notatas, *per gloſſ.in ſum.*3.*quaſt.*1.*& ibi Can.* aut etiam
29 † poſſeſſorium retinendæ, quia prædo, &
ſpoliator manutenetur, ac quælibet iniuſta poſſeſſio eſt manutenibilis, niſi ſit iniuſta ab aduerſario, *l.*1.*§.fin.cum l.ſeq.ff. vti poßid. l.* 1. *& ibi gloſſ.& DD.C.eod.§ ſed interdicto in fine &*
30 *ibi gloſſ.& DD.Inſtit.de interd.* Exceptio † do-
minij probandi obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, ſi quis de dominio paratus eſt docere incontinenti, alias reſeruatur in petitorio, *l.fin.C.quor.bonor.& ibi gloſſ. fin. & Bald.& DD. Bart.in l.naturaliter §.nihil. commune num.*1.*&* 2.*ff.de acquir.poſſeß.gloſſ.* 1. *in l.* 2.*C.de edict.D.Adr.toll.& ibi Barto.num.*1.*&* 2. & ſufficit de dominio conſtare per inſtrumenta, aut alia legitima documenta, *Rot. deciſ.*201.*part.*2.*diuerſ. Alex.in d.§.nihil commune gloſſ.pen.in l.ſi de eo §.fin in verbo teneri ff. de acquir.poſſeß.* In poſſeſſorio retinendæ exceptio dominij non admittitur, ſed poteſt titulus dominij coniungi cum poſſeſſione, vt ſi probationes de poſſeſſione fuerint æquales, iuſtior probatio ſit illius qui eſt dominus, *l.ſi de eo §.fin.& ibi Bart poſt gloſſ num.*2.*& ſeqq ff.de acquir.poſſeß.Bart.in l.ſi de vi in fine ff. de iud.Rot.deciſ.*27.*ſub nu.*3 *part.*1.*diuerſ. Greg. xv.deciſ.*507.*num.*3.*& ibi annot.* In interdicto recuperandæ non admittitur exceptio dominij, vbi illata eſt vera violentia, *l.*1.*C.ſi per vim vel alio modo &c.l.ſi quis ad ſe feudum C. ad l.Iul.de vi l.ſi de vi ff.de iud.& ibi Caſtr.numer.* 15.*ponit.*10.*fall.& ibi DD*, ſecus eſt in quaſi violentia, *l.cum quærebatur C. vnde vi & ibi gloſſ.in verbo per ignorantiam, in fine Bart. in d.l. ſi de vi num.*5.*late Alex.in l.naturaliter §. nihil commune à num.*10. *vſque ad* 33.*ff. de acquiren. poßeß.* In poſſeſſorijs retinendæ, & recuperandæ, admittitur exceptio dominij iam in actis probati & notorij, *Put. deciſ.*29.*numer.*15.*&* 16.*lib.*2.*Iaſon.& Rip.in d. §. nihil commune.*

Quibus modis beneficia & ſpiritualia iura acquiri poſſint, ſuis locis oportune di-
cetur Regulariter ſententia † abſolutoria 31
lata in petitorio non parit exceptionem rei iudicatæ, in poſſeſſorio, *l. naturaliter §. nihil commune ff.de acq poß.l.*1.*§.huius autem interdicti ff.vti poßid.* & è contra abſolutoria lata in poſſeſſorio, non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, *l.an & eadem §.fin.ff.de except.rei iud.* quia ſeparata eſt poſſeſſio à proprietate: fieri enim poteſt vt alter poſſeſſor Dominus non ſit, alter Dominus quidem ſit, poſſeſſor vero non ſit, *d.l.*1.*§.huius autem*
*interdicti,* Limita regulam 1. † Quando poſ- 32
ſeſſorium habet cauſam proprietatis annexâ, qualia ſunt interdicta de itinere, actuque priuato, aqua ex caſtello ducenda, arboribus cædendis, item quæ proponuntur de locis ſacris, religioſis &c. de liberis exhibendis, *l.*2.*§.quadam ff.de interd.* aut vaſallo, ciue, monacho, pupillo, vel vxore, vel alia perſona, in qua ius habeo, exhibendis: *l.*1.*§.fin.cum l.ſeq. ff de lib.exhib.Bart.in d l.* 2.*§.quadam*, quia oportet in ijs probare dominium, ſeruitutem, filiationem, rem ſacram &c. ſicut ſi ageretur petitorio, *l.ſancimus C.de ſacroſ.eccleſ.* 1.*§.*1.*l. quæ religioſis ff.de rei vendic.* & effectus ſimilis eſt victoriæ cauſæ proprietatis, nam vt cauſa proprietatis finita, ſic iſtis interdictis finitis totum finitur, *l.*1.*§. hæc interdicta & ibi gl. in verb.etiam ſeruitus & §.fin. ff.de acq. quotid. & æſt.& ibi gloß.in verbo aßignationis, gloß in d. l.*2.*§.quadam ff.de interd.& ibi Bart.& DD.l.*1.

*§.pars*

*§.pars modo ff.de lib.exhib.* Secus in alijs inter-
dictis, quia ſecunda cauſa proprietatis re-
manet, *l.incerti C. de interd.l.1.§.hoc interdictum*
33 *competit.ff.de riu.* Limita † 2.quando abſo-
lutoria obtenta fuerit propter probationes
dominij, à reo factas, quia petitorium abſor-
bet poſſeſſorium etiam retinendæ, & recu-
perandæ, quando de proprietate conſtat per
confeſſionem partis, *l.cum à matre C.de rei
vend.* Aut per probationes de conſenſu ſpo-
liati, vel partium factas ſuper proprietate; *c.
1.hoc tit.Put.deciſ.29. per totam lib.* 2. vel per
probationes ante ſuſpenſionem petitorij re-
ceptas, *Bellam.deciſ.404 cum duabus deciſ.ſeq.
Rot.deciſ.224.n.4.part.1.diuerſ. Cæſar.deciſ.xj.
num.7.& 8.de re iud.Innoc.in c.conſtitutus de fil.
prab.& ibi Can.Innoc.in c.ſignificaſti & ibi Can.
de diuort.* Aut per notorium facti actu per-
manentis; ſiue notorium iuris; *Innoc.in c.ſig-
nificaſti in pr.de diuort.* vel per ſententiam iu-
dicis non tamen extra Rotam latam, niſi vi-
ſa eius iuſtitia; *c.cum dilectus & ibi gloſſ. fin.
Pan.n.7.& Can.hoc tit.Pan. in c.paſtoralis ſub
num.26.verſ.2 caſu eod. Alex.in d.§.nihil com-
mune n.35 Rot.deci.3.de reſtit.ſpoliat.in nou.Rot.
deciſ.224.in pr.part.2.diuerſ.& deciſ.75.part.
1.* Secus ſi ſit obtenta ob non probationes
actoris, prout communiter fieri contingit
ſecundum communem curſum cauſarum,
*Pan.in d.c.cum dilectus n.7.Creſc.deciſ.21.de re*
34 *iud.* Ex quibus patet † quod vulgatum axio-
ma petitorium abſorbet poſſeſſorium, pro-
cedit; quando liquet de petitorio per con-
feſſionem, partis, aut probationes, vel ſen-
tentiam iudicis, vt dictum eſt, & quando
conſtat de vtroque ſimul, ſed ſi diuiſim con-
ſtiterit, & liquet de petitorio pro actore, de
poſſeſſorio pro reo, iudex pronunciabit pro
reo in poſſeſſorio, & pro actore in petitorio;
quia poſſeſſorium præualet petitorio in or-
dine pronunciandi, etiam quando ſuper v-
troque proceditur; ſed in executione præua-
let proprietas: & ſic illa poſſeſsio erit penes
reum modicũ durata, ex quo liquet de pro-
prietate pro actore, quia cogitur ipſi reſti-
tuere, *d.c.cum dilectus l.pen.& fin ff.de publ.in
rem.act.* proderit tamen ſuper poſſeſſorio la-
ta propter fructus, & expenſas, *l.vtique ff.de
rei vend.* Si vero liquet de proprietate pro
reo, quia aſſumpſit in ſe onus probandi do-
minium, de poſſeſsione pro actore, fertur
ſententia in petitorio pro reo, ſed nulla fer-
tur ſententia in poſſeſſorio pro actore; *Bel-
lam.deciſ.406.arg.l.ſed etſi lege §.etiam ſi ante li-
tem ff.de petit.hæred.& l.vendicante cum ll.ſeqq.
ff.de euict.* quia reus non tenetur actori reſti-
tuere rem, obſtante dicto axiomatæ & regu-
la dolo facis & c.*c.ſignificauerunt & ibi gl.fin.de
teſtib.* aut fructus, quia debentur proprieta-
rio, *§.ſi quis à non domino Inſtit.de rer.diuiſ.* niſi
dicamus odio violentiæ in poſſeſſorio recu-
perandæ ſententiam ferendam pro actore
reſpectu fructuum à die deiectionis, *l.1.ex
die ff.de vi & vi arm.c.grauis de reſtit.ſpoliat.Pan.
in d.c.ſignificauerunt n.7.verſ.nota 4.& ibi Fel.
num.2.de teſt.Rot.Biſign.deciſ.xi.de reſtit.ſpoliat.*
ac reſpectu cæterarum vtilitatum, & fru-
ctuum percipiendorum, ac mobilium etiam
alienorum, quæ erant in re inuaſa, *l.1.§.quod
autem ait ff.de vi & vi arm.Pan.in c.paſtoralis n.
26.hoc tit.l.ſi de poſſeſſore C.vnde vi.* Ac etiam
propter condemnationem expenſarum, *d.l.
vtique Anchar.pulchre diſtinguens in d.c.cum dile-
ctus num.5.Pan.num.10.& Can. communiter
Ioan.And.in d.c.paſtoralis num.27.*

Circa cumulationem † petitorij & poſ- 35
ſeſſorij infraſcriptæ regulæ ſunt ſeruandæ.
Nunquã cõcurrit poſſeſſoriũ cum petitorio,
quando poſſeſſoriũ habet cauſam proprie-
tatis annexã quia abſolutoria lata in vno pa-
rit exceptionem rei iudicatæ in alio, *l.2.§.
quadam ff.de interd.* vel quando electione ſe

tollunt, *l. fin. C. de codicil. Bar. in d. §. nihil commune n. 15. & ibi DD.* Aut eis obſtat ratio ordinis, ſiue præpoſterationis iudiciorum; *l. ius eius C. de prob. l. liberis § fin. ff. de lib. cauſ. l. 1. §. huius autem ff. vti poßid.* quia incertum eſt, quiſnam onus probandi ſubire debeat in petitorio, *§. retinendæ Inſt. de interd. Bart. in d. §. nihil commune n. 17.* vel quando petitorium & poſſeſſorium ſunt contraria, *Bart. in d. §. nihil commune n. 15. & 26.* Ex quibus infertur poſſeſſorium adipiſcendæ, *d. c. paſtoralis*, ac poſſeſſorium recuperandæ ab eodem cum petitorio poſſe cumulari, *d. c. paſtoralis c. cum eccleſia c. cum ſuper hoc tit. l. cum fundum in fine ff. de vi & vi arm.* Poſſeſſorium retinendæ cum petitorio non poſſe ab eodem cumulari, ratione contrarietatis & præpoſterationis ordinis iudiciorum; *l. exitus ff. de acq. poſſ. ß. l. incerti C. de interd. l. ſi de vi ff. de iud. & ibi gl. 1. mag. verſ. nunquid ergo l. ordinarij C. de rei vend.* Quod ſi ab vno intentatur petitorium, ab altero poſſeſſorium, ſiquidem retinendæ, vtrumque iudicium procedit; quia poſſeſſorium retinendæ non ſuſpendit petitorium, & nulla regula hoc caſu impedit concurſum, vt ſi ab vno agatur de nullitate penſionis, & ab altero intentetur remedium retinendæ: *Caſar. deciſ. 8. de re iud. cont. Bart. in d. §. nihil commune n. 28.* Si adipiſcendæ, impeditur concurſus ratione contrarietatis, quia alter alterum poſſidere contendit; ſi vero recuperandæ, impeditur ratione contrarietatis & ordinis, quia cauſa ſpoliationis ante omnia venit tractanda, *c. in litteris de reſtit. ſpoliat. l. antepen. in fine ff. de vi & vi arm. l. ſi de vi ff. de iud. l. 1. C. de appell.* Petitorium & poſſeſſorium diuerſis reſpectibus poſſunt cumulari, *Bart. in d. §. nihil commune n. xj. 15. 19. 23. 25.* Exempli gratia, locator agit rei vendicatione, ratione detentationis contra colonum, & interdicto retinendæ ratione ciuilis, & naturalis poſſeſſionis turbatæ *Bart. in d. §. nihil commune n. 15. in fine.* Quando † petitorium & poſ- 36
ſeſſorium cumulantur ab eodem, de iure ciuili poteſt iudex ſuper eis ſeparatim pronunciare; *l. non idcirco ff. de iud. l. etiam §. ex cauſa ff. de minor. l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud. & ibi not. c. 2. hoc tit. & ibi gl. fin. & Can.* quia ſunt duo iudicia, vel vnum iudicium habens plura capita, *d. l. non idcirco*, de æquitate canonica iudex procedit ſimul ſuper vtroque vſque ad ſententiam, & eadem ſentẽtia terminat vtrumque, dummodo ordine præcedat poſſeſſorium; *c. cum dilectus c. cum eccleſia c. cum ſuper hoc tit.* Sed ſi iudex velit, poteſt ex officio ſuo, vel ſecundum alios, parte petente, *Cæſar. deciſ. 9. n. 2. & 9. hoc tit. Bell. deciſ. 505. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infect.* dare prærogatiuam poſſeſſorio, vt recipiat ſuper vtroque probationes, poſtea procedat ad examinationem probationum ſuper poſſeſſorio, & ſententiam ſuper poſſeſſorio tantum ferat: *c. 2. hoc tit. & ibi gloſſ. fin. Pan. & Can.*
quod ſi ab vno † proponitur petitorium, 37
vt ſi agat de nullitate penſionis, & à reo poſſeſſorium retinendæ, productis litteris reſeruationis penſionis, docto de quaſi poſſeſſione, debent vnica ſententia terminari etiam de iure ciuili, propter naturam conuentionis, & reconuentionis; *d. l. 1. in fine ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. c. cum dilectus de ord. cognit.* & licet huiuſmodi omiſſio non faciat nullitatem, quia valet ſententia ſuper altero lata, *l. 1. C. de appell. l. 1. in fine & ibi gloſſ. fin. & Bart. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. gl. in d. c. cum dilectus in verb. eadem ſententia & c. gloſſ. in ſum. 2. quæſt. 1. Bart. in auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc.* tamen negari non poteſt quin faciat grauamen, & det iuſtam cauſam appellandi, *d. l. 1. C. de appell.* petendique reſtitutionem, *Cæſar. deciſ. 10. ſub. n. 9. 10. & xj. de re iud. l. 1. §. permittitur & ibi Bart. in fin. ff. de acq. quo-*

*tid. &*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tid.& aſt.Pan.in d.c.cum dilectus de ord.cog.num.*
*14.& Can.gloſſ.in c.bonæ 1.in verb.in tanta diuiſ.*
38 *& Can.de poſt.prælat.* Qui agit † petitorio, po-
teſt illo pendente, & ſuſpenſo etiam tempo-
re feriarum, & vacationum, *Rot. deciſ. 2.hoc*
*tit.in nou.Clem.ſæpe de verb.ſignif.* ante conclu-
ſionem in cauſa in prima inſtantia agere
poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ,
quia petitorium competit reſpectu domi-
nij, poſſeſſorium reſpectu poſſeſſionis, quam
non habet, nec obſtāt regulæ accumulatio-
num prohibitiuæ: *c.paſtoralis hoc tit. c. ſignifi-*
*cauerunt de teſtib. C.antepen.in fine ff. de vi & vi*
*arm. Rot. diu.deciſ.34.n.4 part.2.* Poſt conclu-
ſionem in cauſa non poteſt, ne lites litibus
inculcentur, & aperiatur via fraudibus, *d. c.*
*paſtoralis §. ſi vero,* niſi ex iuſta cauſa, vt ſi ap-
pareat ſubtractio probationum malitia, vel
caſu, vel ex alia iuſta cauſa, *d. c. paſtoralis §.*
*puta & ibi Pan.nu.35.& Can.* Sed ante con-
cluſionem in cauſa non poteſt agere poſſeſ-
ſorio retinendæ, propter contrarietatem in-
de exſurgentem, nam qui agit petitorio dicit
aduerſarium poſſidere, *c. examinata de iud.* a-
gens vti poſſidetis dicit ſe poſſidere, & per
aduerſarium moleſtari, *l.1. §. eſt igitur hoc ff.*
*vti poßid.* niſi egerit confeſſoria ratione iuris
incorporalis, vt ſeruitutis, & ante conclu-
ſionem in cauſa proponat interdictum reti-
nendæ, quod pro ſeruitute datur; *l. ſecuti §.*
*ariſto. ff ſi ſeruit.vend. d l 1. in princ. ff. vti poßid.*
quia confeſſoria datur ei qui eſt in quaſi poſ-
ſeſſione ſeruitutis, *l ſi forte §. ſciendum ff. ſi ſer-*
*uit.vend. l. vti frui §. fin. ff. ſi vſusfruct. petat.* vnde
ceſſat ratio contrarietatis: aut egerit petito-
rio pro re corporali, quam actor ignorabat
ſe per alium poſſidere, ita quod proponen-
do petitorium, non poſſit dici renunciaſſe
poſſeſſioni, *l. peregre ff. de acquir. poſſeſſ. Barto. in*
40 *d. § nihil commune n.19. eod. tit.* In cauſa † be-
neficiali mota ſuper titulo beneficij, *gloſſ. 1.*
*in C. cleric. 1. hoc tit.* legitime ad ſedem apoſto-
licam deuoluta per appellationem, tota
cauſa id eſt petitorium & poſſeſſorium pro
celeriore expeditione cenſetur deuoluta
propter periculum diutinæ vacationis: *An-*
*char. in d. clem. 1. num. 2. & 3. hoc tit.* & tam ap-
pellatus, quam appellans poteſt nedum pe-
titorium, ſed & poſſeſſorium intentare, ac
etiam ſuſpendere petitorium à ſe, vel ab ad-
uerſario intentatum, in ſolo & quocunque,
*Vital. in clem. vnic. n.44 h. tit.* Poſſeſſorio pro-
cedendo, *Clem. vnica h. tit. Rot. deciſ. 4. eodem in*
*antiq.* In quacunque inſtantia, *Caputaq. deciſ.*
*323. part. 2,* donec fuerit definitum ſententia,
quæ tranſiuerit in iudicatum, & ei plene fue-
rit paritum: alias modicum proficeret hu-
iuſmodi ſuſpenſio, niſi fieret etiam ſententiæ
executio; *Vital. in clem. vnica n.10 hoc tit.* tum
quia ſi iudicium petitorium & poſſeſſorium
à diuerſis partibus ſimul moueatur, prius au-
diri debet intentans poſſeſſorium, *l. momen-*
*tanea & ibi gl. 1. in fine per illum textum mox au-*
*diri C. vnde vi l. incerti C. de interd.* Si hoc petat
& de eo opponat, alias regula eſt, quod illa
iudicia ſimul procedunt, quia leges loquen-
tes de cumulatione prohibita requirunt ex-
ceptionem partis, *Iaſ. poſt Bart. in l. naturaliter*
*§. nihil commune n.156. & n.162. vbi ponit regu-*
*lam quam limitat 3. modis ff. de acq. poſſeſ. & ibi*
DD. In alijs † cauſis poterit ſuſpendere ne- 40
dum in prima, ſed etiam in ſecunda, & tertia
inſtantia, petitorium à ſe intentatum; *d. c. pa-*
*ſtoralis Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou. Capyc. deciſ. 28.*
*n 2.* quia licet ſit finita prima inſtantia, du-
rat adhuc cauſa, & iudex ſecundæ inſtantiæ
ſuccedit primo, coram quo id licuiſſet, ſed
in cauſa appellationis non poteſt ſuſpende-
re petitorium ab aduerſario intentatum,
quia in illis appellatio ab vno capitulo ad
ſedem Apoſtolicam, non deuoluit cauſam
principalem totam, ſed tantum ius appel-

lantis,& non appellati ius, niſi appellato po-
ſtulante, *c. cordi de appell. in 6. & ibi Anchar. in 8.*
*not. idem Anchar. in d. clem. 1. n. 3. hoc tit Rot. dec.*
*5. hoc tit. in nou.* vel alio modo vtriuſque ius
ac tota cauſa ſit ad curiam deuoluta. Spe-
ciale eſt in cauſis beneficialibus, quod quis
poteſt ſuſpendere petitorium ab aduerſario
intentatum in cauſa appellationis, in alijs
cauſis non licet in cauſa appellationis, ſed
41 tantum in † cauſa principali, *Anch. in d. clem.*
*vnica n. 10. & ibi Can. Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou.*
ſuſpendere petitorium ab actore intentatũ;
ſiue poſſeſſorium recuperandæ à reo dedu-
ctum fuerit, *c. ex conqueſtione de reſt. ſpoliat.* an-
te litis conteſtationem, eſt enim hæc excep-
tio dilatoria, quod prius cognoſcatur de cau-
ſa ſpoliationis, *Bar. in l. naturaliter §. nihil com-*
*mune n. 26. in 4. combinatione ff. de acq. poſſeſ.* vel
ex Stylo Rotæ vſq; ad concluſionem in cau-
ſa, *Caputaq. deciſ. 313. part. 2. Rot. deciſ. 4. de cauſ.*
*poſſ. & propriet. in antiq. Pan. in cap. ex conqueſtio-*
*ne n. 8. de reſt. ſpol. Pan. in c. paſtoralis n. 7. & 8. hoc*
*tit.* ſiue poſſeſſorium adipiſcendæ, quia reus
proponendo tale poſſeſſorium negat ſe poſ-
ſidere, *Bart. in d. l. naturaliter §. nihil commune*
*ſub n. 26. in 4. combinatione*, ſiue etiam poſſeſ-
ſorium retinendæ de quo Rota, controuer-
tit. *Caputaq. deciſ. 324. part. 2.* nam cum ab vno
intentatur petitorium ab alio poſſeſſorium
retinendæ, ſi intentans petitorium non con-
tendat ſe poſſidere, non videtur poſſeſſoriũ
poſſe ſuſpendere petitorium, ſed vtrumque
iudicium ſimul procedit, cum ceſſet ratio
contrarietatis & ordinis: *Rot. diuerſ. deciſ. 349.*
*n. 2. part. 1. Iaſ. in d. § nihil commune num. 142. &*
*DD. communiter*, niſi actor, qui propoſuit pe-
titorium, contendat ſe poſſidere eadem poſ-
ſeſſione, in qua reus ſe turbari prætendit, *Rip.*
*in d. § nihil commune n. 164. Menoch. in 3. remed.*
*retin. n. 537. Rot. diuerſ. deciſ. 97. n. 2. & 8. part. 2.*
rei enim vendicatio datur Domino, & poſ-
ſeſſori contra nudum detentatorem, *Iaſ. in*
*d. § nihil commune n. 26. & 27. l. officium ff. de rei*
*vend.* Denegatur † petitorij ſuſpenſio, quan- 42
do petitorium intentatum fuerit non prin-
cipaliter in prophanis, ſed excipiẽdo: *Capyc.*
*d. deciſ. 28. in princ. & fin. cap. 1. de reſt. ſpol.* ac in
cauſa beneficiali per appellationem deuolu-
ta ad inferiorem à Papa, qui cognoſcet id
ſolum ſuper quo fuerit appellatum: *gl. in verb.*
*per appellationem in d. clem. vnic. & ibi Pan. n. 2. c.*
*Romana § 3. & ſeqq. de app. in 6.* nec non quan-
do ſuſpenſio petitorij fit calumnioſe: *d. c. pa-*
*ſtoralis § ſi vero hoc tit. Mohed. deciſ. 14. de reſtit.*
*ſpol.* aut poſt conſenſum præſtitum, in pro-
batione ſuper petitorio, *late Put. deciſ. 29. lib.*
*2. Collect. in cap. 1. n. 5. de reſtit. ſpol. facit deciſ. Æ-*
*gidij 404.* fit hæc ſuſpenſio etiam in cauſa
ſupplicationis, *Rot. deciſ. 64. n. 5. part. 2. diuerſ.*
*Capyc. d. deciſ. 28. clem. vnica hoc tit.* ac in ſaluia-
no interdicto, *Rot. deciſ. 44. n. 5. part. 1. diuerſ.*
*gl. in d. clem. 1. in verb. per appellationem hoc tit. l.*
*2. ff. de ſalu. interd.* Varij ſunt effectus † iſtius 43
ſuſpenſionis: Primo facta à iudice quoad v-
num collitigantem, operatur effectum ſuũ,
etiam quoad alium non petentem, *Rot deciſ.*
*12. hoc tit in antiq. atteſtatur ita Rotam ſeruare*
*clem. vnic. hoc tit. c. ex conqueſtione & ibi not. de*
*reſt. ſpoliat.* in eodem iudicio, non alio iudi-
cio, vel inter perſonas diuerſas; vt ſi tertius
nouam commiſſionem obtinuerit etiam ia-
ctationum, *Rot. d. deciſ. 12. in fine Caſ. deciſ. 7. n.*
*4. de re iud repetit. deciſ. 348. part. 1. diuerſ. l. 2. &*
*fin. C. quib. res iud. non nocet*, Secundo ſuſpen-
dit iuriſdictionem iudicis, quoad concer-
nentia petitorium, *d. Clem. vnic. in fine notant*
*DD. in d. c. paſtoralis Caputaq. deciſ. 312. part. 2.*
vnde ſententia lata ſuper petitorio & poſſeſ-
ſorio, petitorio per partem ſuſpenſo, eſt nul-
la: *Alex. in d. § nihil commune poſt Bart. n. 91. &*
*ſeqq. & ibi Iaſ. n. 156. & ſeqq. & DD. communiter*
*Caputaq. deciſ. 143. part. 3.* item dicta teſtium
produ-

productorum in iudicio poſſeſſorio aliquid
dicentium, quod tangit petitorium ſuſpen-
ſum, non valent; quia ſunt recepti à iudice
carente iuriſdictione, *Rot. deciſ. 23. in fine de te-
ſtib. in nou. per clem. vnic. hoc tit.* Eadem ratione
iura producta concernentia petitorium in
eo non probant, *Bald. in l. ordinarij ſub n. 10. C.
de rei vend. Mohed. deciſ. 8. n. 2. de reſt. ſpol. Rot. de-
ciſ. 103. n. 5. part. 1. diuerſ.* vt ex illis non dicitur
conſtare de bono iure ſpoliantis, aut agen-
tis petitorio, niſi huiuſmodi probationes fa-
ctæ & receptæ fuerint ante ſuſpenſionem
petitorij; *Cæſar. deciſ. XI. n. 6. & 8. de re iud. re-
petita deciſ. 361. n. 6. part. 1. diuerſ. l. 3. §. ſed ſi ſu-
pra verſ. cæterum ff. vti poßid.* aut guſtata ſit nul-
litas contractus, ſuper quo petitorium fun-
datur; *c. 1. de reſt. ſpol. Rot. dec. 224. n. 4. p. 2.* qui-
bus caſibus ſpoliatus nõ reſtituitur, quia pe-
titorium abſorbet poſſeſſorium, *Caſ. d. deciſ.
rei n. 6. & 8. Bellam. dec. 404. & duabus dec. ſeqq.
dixi in §. regulariter ſupra h. t.* Tertio tranſiens
de petitorio ad poſſeſſorium non condem-
natur in expenſis, *d. clem. 1. h. t. & ibi gl. in verb.
ſuſpendere & Zab. n. 20. & 21. Pan. in c. paſtoral. n.
31. h. t. in fine & ibi Coll. n. 7.* quia beneficio le-
gis hoc facit, *Vital. in d. clem. 1. n. 59.* & expenſæ
non debẽtur niſi cauſa finita ſuper poſſeſſo-
rio, vel per tres conformes vel per vnam ſen-
tentiã quæ trãſiuit in iudicatum, *Caputaq. dec.
321. n. 2. p. 2. Staph. de ſign. litt. iuſt. §. cit. n. 14. vbi
limit.* Quarto non impedit deductionẽ eo-
rũ, quæ ſunt neceſſaria ad obtinendũ in poſ-
ſeſſorio, vt puta in cauſa beneficiali, tituli ad
effectum poſſeſſorij tantum, *Ro. dec. 241. n. 2.
& 3. & dec. 450. n. 2. in fine p. . diu. c. ex parte Bar.
& ibi Pan. & Can. de foro compet. c. fin. de iud. l. do-
mum C. de rei vend. & ibi Bald. & DD.* Licitum
44 † autem eſt ſuſpendenti à ſuſpẽſione petito-
rij recedere expreſſe & tacite, per actũ con-
trarium, qui deſumitur ex libello, articulis,
tentione terminorũ, *Rot. dec. 6. h. t. in nou. Ach.
dec. 3. de iud. Rot. dec. 348. ſub n. 3. p. 1. diu. c. ſollicit.
de app. l. ſi quis in ſiur. C. de reb. cred.* & ſi actor re-
uocauerit ſuſpenſionẽ petitorij, debet reo, ſi
petierit, dari abſolutoria in poſseſsorio, vt ſi
actor in eadem, aut ſecunda, vel vlteriori in-
ſtantia ſuſpendat petitoriũ volens in ſpolio
procedere, reperiatur in eius fauorem ſemel
pronunciatũ, *Creſc. dec. 5. de re iud. l. ſi quis in ſiur.
ibi iud. null. mod. eos audi. C. de reb. cr.* quia poteſt
quis pluries ſuſpẽdere petitoriũ in vna & ea-
dem inſtantia ante concluſionẽ, puta aliquis
in principio litis ſuſpẽdit petitorium, poſtea
in medio litis reuocat huiuſmodi ſuſpenſio-
nem, & procedit in petitorio, ante vero cõ-
cluſionem iterum ſuſpẽdit petitorium, *Pan.
in d. c. paſtor. n. 21. Rot. dec. 8. h. t. in nou.* ac etiam
in cauſa appellationis inuito appellãte reaſ-
ſumere petitorium in prima inſtãtia à ſe ſuſ-
pẽſum, *Rot. d. dec. 8. & 10. h. t. in nou. & Rot. dec.
5. in 2. dub. eod. tit. in nou. per Clem. vn. h. t.* Ex eiſ-
dem rationibus qui agit poſseſsorio † adipiſ- 45
cendæ, vel recuperandæ, poteſt illo ſuſpen-
ſo & pendente agere petitorio in cauſa prin-
cipali, *gl. in d. Clem. vnic. in verbo ſpoliantis h. t. &
ibi Imol. n. 22. & Can. Bart. in d. §. nihil commune
n. 21.* ac etiam in cauſa appellationis, *Rot. dec.
5. n. 2. & dec. 10. h. t. in nou. Zab. in Clem. vnic. n.
7. hoc tit.* ſecus ſi agit poſseſsorio retinendæ,
*Bart. in d. §. nihil commune n. 21. & ibi DD.* quia
petitorium poſseſsorium ſicut à principio
poſsunt cumulari, ita & ex poſt facto, &
quando à principio impeditur eorum accu-
mulatio, ita etiam ex poſt facto, *Pan. in d. c.
paſtoralis nu. 22.* Is qui, petitorio per eum ſuſ-
penſo, proceſſit in ſolo poſseſsorio, & in eo
ſuccubuit † per ſententiam vnam, non po- 46
teſt in ſecunda inſtantia aggredi petitorium
iterum per viam ſuſpenſionis poſseſsorij, ſed
bene poteſt poſseſsorio accumulare petito-
rio per viam cognitionis, *Vit. in Cl. vn. ſub. n. 55.
& ibi Zab. in 6. oppoſ. h. t. Caputaq. dec. 221. par. 2.*

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## De reſtitutione ſpoliatorum.

### Titulus XIII.

### SVMMARIA.

1 *Spoliatus duo debet probare, poſſeßionem & deiectionem.*

2 *Poſſeßio quomodo debeat probari.*

3 *Licitum eſt ſpoliatori apponere ad tollendam probationem poſſeßionis.*

4 *Poſſeßio inſtrumentalis nullius eſt momenti alio reperto in poſſeßione.*

5 *Poſſeßio inſtrumentalis poſterior eſt in conſideratione, quando eſt cum decreto iudicis & prior realis patitur defectus.*

6 *Monachus ſpoliatus prioratu vel beneficio manuali ab extraneo, poteſt agere remedio recuperandæ, ſecus ſi ſpolietur ſuo abbate.*

7 *Deiectio quomodo probetur.*

8 *Spoliatus pro poſſeſſore habetur contra ſpoliantem quoad res, damna, fructus, ſed non quantum ad vſucapionem & interdicta.*

9 *Spoliatus à iudice non poteſt petere reſtitutionem.*

10 *Spoliatus de titulo docere non debet.*

11 *Fallit primo, in Cauſis beneficialibus.*

12 *Secundo, in iuriſdictionalibus contra ordinarium.*

13 *Tertio, in his quæ non poſſunt haberi niſi ex conceßione principis.*

14 *Quarto, quando eſt veriſimilis præſumptio contra agentem poſſeſſorio recuperandæ, aut ius Commune ei reſiſtit.*

15 *Quinto, in Cauſa matrimoniali.*

16 *Sexto, in his quæ Communiter haberi non poſſunt niſi certa ſpecifica cauſa procedente.*

17 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, reiectis exceptionis dominij, abiurationis, non Canonicæ inſtitutionis.*

18 *Spoliator ſuper eadem re non poteſt audiri in petitorio vel poſſeſſorio niſi ſpolio purgato, & quomodo fiat iſta ſpolij purgatio.*

19 *In ſpolio violento, valor rerum amiſſarum taxatione iudicis præcedente probatur iuramento ſpolio.*

20 *In eodem veniunt fructus percepti, & conſumpti & qui percipi potuiſſent à die deiectionis, & à die intruſionis in beneficio.*

21 *In ſpolio non violento veniunt fructus percepti à die motæ litis, & antea percepti extantes.*

22 *Spoliato obſtant nonnullæ exceptiones quæ eius reſtitutionem impediunt.*

*Primo, exceptio quæ concludit inhabilitatem perſonæ ſpoliati.*

23 *Secundo, quæ concludit manifeſtum defectum proprietatis & poſſeßionis.*

24 *Tertio, exceptio inopiæ, quæ non excuſat à reſtitutione immobilium occupatorum, ſed differt reſtitutionem fructuum.*

25 *Quarto, tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe poteſt agere petitorio.*

26 *In Beneficialibus violenti tantum, & non omnes intruſi, qui temeritate propria occupare quæcunque beneficia eccleſiaſtica non verentur, eo ipſo, ius ſi quod in taliter occupatis, vel ad ea competebat amittunt.*

27 *Recuperandæ poſſeſſorium datur ſpoliato, eiuſque ſucceſſori, contra eum qui deiecit, ratum habuit & contra vniuerſalem eius ſucceſſorem, de eo quod ad eum peruenit.*

28 *Contra ſucceſſorem ſingularem in re non datur, niſi eum qui ſcienter rem illam recepit à deiectore.*

DICTVM eſt ſuperiori titulo de acquiſitione poſſeſſionis, & quo ordine cauſæ poſſeſſionis & proprietatis ſint tractandæ, nunc quia ſæpius in diſputationem reuocatur an ſpoliatus indiſtincte ſit reſtituendus, ſubmittitur hæc rubrica de reſtit. ſpoliat.
Spoliatus † duo probare debet, poſſeſſionem. 1

nem, non autem nudam facti detentionem, *c. ex parte Mynſ. & ibi gloſſ. in verb. commodo hoc tit. & ibi Can.* & deiectionem, *c. conſultationibus in fine de offic. deleg. c. cauſam quæ qui fil. ſint legit. c. olim cauſam hoc tit. Franc. in c. decimas num. 2. eod. in 6. Greg. xv. deciſ.* 500. vel quod per occupationem, poſſeſſor ſua iura libere poſſidere non poteſt, ſicut prius, *c. fin. hoc tit.*

Poſſeſſio debet probari per indubitatas probationes, *d. l. 1. C quor. bonor. & ibi gloſſ. in verb. filium eſſe & ibi DD. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. ſummaria n. 12. quom. in crimine læſ. maieſt. proced. Dec. in c cauſam quæ n. 23. & 24. & ſeqq. de iud. Rot. deciſ 389. n. 1 2. & 3. part. 1 diuerſ. & deciſ. 165. num. 1. & deciſ. 337. part. 2. diuerſ. Afflict. deciſ.* 364. de tempore ſpoliationis *l. 1. §. interdictum autem ff. de vi & vi arm. gloſſ. in c. cum ad ſedem in verb. diutius poſſediſſet & Can. h. t.* In remedio c. re integranda 3. quæſt. 1, & quando officio iudicis petitur reſtitutio poſſeſſionis, ſufficit probare ſpolium reipſa, videlicet antiquiorem poſſeſſionem, & poſſeſſionem eſſe penes conuentum, *Bald. in l. 3. ſub num. 15. verſ. ſic & nota quod ille C. ſi à non compet. iud. &c. Afflict. deciſ. 327. Rot. diuerſ. deciſ. 73. n. 2. part. 1. Lap. alleg. 61. Greg. xv. deciſ. 549. Mynſ. obſ. 85. cent. 3.* etiam in beneficialibus, *Soc. ſen. in l. rem quæ nobis n. 17. ff. de acq. poſſeſſ. Achil. deciſ. 6. hoc tit.* quia præſumitur continuata vſque ad tempus ſpoliationis, *Pan. in c cum ad ſedem n. 17. hoc tit. & ibi Can. l. ſiue poſſidetis C. de prob. Rot. deciſ. 4. de prob. in nouis.* Vnde non ſufficit probare poſſeſſionem authoris, niſi propria concludatur; *Butr. in d. c. cum dilectus num. 16. de ord. cognit.* Aut conſtitutum; niſi data validitate contractus, *l. 1. §. ſi vir vxori & ibi Iaſ. num. 15. 16. & ſeqq. & DD. ff. de acq poſſeſſ. Rot. diuerſ. deciſ. 224. part. 2.* & probata poſſeſſione conſtituentis, *l. quamuis §. 1. & ibi Angel. ff. de acq. poſſeſſ. l. 2. & ibi gloſſ. in verb. tradita & Angel. & Bald. num. 5. C. eod. Bald. in l. 1. C. quand. liceat ab empt. reced. & ibi Salyc.* de tempore conſtituti, *Bald. in l. ſiue autem §. 1. ff. de pub. in rem act. Rot. diu. deciſ. 766. part. 1.* De titulo habili, aut iuſta conſtituti non debet doceri, *Rot. deciſ. 549. n. 9. part. 1. diuerſ. atteſtans de commun. Bart. in l. quod meo n. 1. & ibi DD. ff de acq. poſſ.* quia poſſeſſio acquiritur ſine cauſa: *l. 1. §. vir l. qui bona l. qui alienum ff. de acquir. poſſeſſ* inter ipſos vero contrahentes conſtitutum probat poſſeſſionem, abſque alia probatione, *Angel. Peruſ. in l. quædam mulier ſub num. 2. ff. de rei vend. Greg. xv. deciſ 362. n. 2.* Item non ſufficit probare compenſationes factas, vel confeſſiones de recepto vt probata cenſeatur quaſi poſſeſſio exigendi; quia compenſatio non eſt vera ſolutio, *l. ſi conſtat C. de compenſ. l. Iulianus la. 1. ff. de cond. & demonſt.* & confeſſio de recepto non probat veram ſolutionem, *l. ſi ex cautione & ibi Bart. in antiq. lect. & DD. communiter C. de non numer. pecun.*

Probatur autem † per inſtrumentum captæ poſſeſſionis, quando inſtrumentum fit in fundo, vel in conſpectu fundi, *l. 2. C. d. acq. poſſeſſ. Bart. in l. prædia n. 1. ff eod. Greg. xv. deciſ. 46. n. 2* & poſſeſſio prius erat vacua; *Bart. in l. qui vniuerſus §. quod per Colonum ff. de acquir. poſſ. Greg. xv. deciſ. 549. n. 2.* aut erat plena, & poſſeſſio capta fuit auctoritate iudicis, qui priuat poſſeſſione ciuili & naturali, etiã abſque alia expulſione: *Angel. in l. clam. poßidere §. qui ad nundinas n. 2. in fine Rom. n. 3. Imol. n. 1. & DD. communiter ff de acquir. poſſeſſ. Greg. xv. deciſ. 582. & ibi annot.* factæ fidelitatis: traditionis rei: *Pan. in c. cum nobis n. 5. verſ. item per inſtrumenta de præſcript. Caſſad. deciſ. 20 de prob. Rot. deciſ. 641. part. 1. diuerſ. Cæſar. deciſ. 4. hoc tit.* interdum admittitur præſumptiua poſſeſſionis, probatio ſecundum materiam ſubiectam, *Put. deciſ. 75. lib. 3. Rot. deciſ. 394. part. 1.* 2

*Part.1.diuerſ.Iaſ.in l.admonendi n.131.& pluribus*
*ſeqq.ff.de iureiur.Crau.conſ.158.n.6.& ſeqq.plu-*
*res cumulans*, Sufficit poſſeſſori beneficij, pro-
bare annuam penſionem ſolutam fuiſſe ſuis
prædeceſſoribus, licet ipſe nunquam fuerit
in poſſeſſione percipiendi eandem, quando
alius non poſſidet, *Rot.d.deciſ.1.hoc tit.in nou.*
*& d.deciſ.73 num.2.part.1 diuerſ.l. bonorum 1.*
*§.in bonis ff.de verb.ſign.ſ.l.item veniunt §. fin.*
*cum ll.ſeqq.ff.de petit. hæred Pan.in c.cum ſuper*
*n.15.de cauſ.poſſeſſ.& prop.Pan.in c.cum olim n.*
*5.hoc tit.*quia eccleſia poſſidet, & eius nomi-
ne poſſeſſor agit, *Fel.in c.conſtitutus n.19.de re-*
*ſcript.& ibi Can.c.conquerente, hoc tit.* etiam in-
terdicto retinendæ *Tiraquel.in tr.le mort ſai-*
*ſit le viſ.part.1.declarat.5.Garc.de beneſ.part. 5.*
*cap.5.n.37.38.& ſeqq.Sard.conſ.183 n.37 Greg.*
*xv.deciſ.246.& ibi annot.Pan.in c. cum ſuper n.*
*18.& 20.de cauſ.poſſ.ff.& prop.* & recuperan-
dæ: *Rot.deciſ.1.n.4.hoc tit.in nou. Innoc.in c. in*
*litteris nu.14.hoc tit.* dictaque poſſeſſio cenſe-
tur ciuilis non ciuiliſſima, nam mortuo præ-
lato, vacat poſſeſſio prælaturæ, & non poſ-
ſeſſio bonorum eccleſiæ, *Rot.deciſ 390.part.1.*
*diuerſ.num.2.& 3.Abb.in c.cum ſuper num.14.&*
*num.19.& ibi Can.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* Li-
citum † eſt ſpoliatori opponere ad tollen-
3 dam probationem poſſeſſionis, *c.cum ad ſe-*
*dem & ibi gloſſ in verb.teſtes hoc tit.& Can.* vi-
delicet de defectu conditionis, ſub qua ſpo-
liato tradita fuit poſſeſſio, *c. olim el.1. & ibi*
*gloſſ.in verb.traditam & Can.h.c tit.Cæſar.deciſ.*
*6.num.6.& 7.eod.* Secundo quod eo tempo-
re quo ſpoliatus poſſeſſionem beneficij in-
trauit, alius, per cuius obitum dixit ſe idem
beneficium impetraſſe, & poſſeſſionem
habuiſſe, tunc adhuc vixit, illudque benefi-
cium tenuit, & poſſedit, *c.cum ad ſedem in pr.*
*ibi quæ vtraque pars duceret proponenda &c. hoc*
*tit.c.cum eccleſia c.cum ſuper de cauſ.poſſ.& prop.*
*Rot.deciſ.21.hoc tit.in nou.* quia impoſſibile eſt
duos eandem rem in ſolidum poſſidere: *c. li-*
*cet cauſam §.fin.de probat.c.inter dilectos de fid.in-*
*ſtrum.l.duo ff.de precario l 3.§ ex contrario ff.de*
*acq. poſſeſſ.* item quod poſſeſſionem amiſit
culpa & negligentia vel facto ſuo, aut ex
contractu perfecto, *Socin.ſen.in l.rem quæ no-*
*bis n.8.ff.de acquir.poſſeſſ.& ibi DD.Pan.in c.cum*
*ad ſedem ſub num.28.hoc tit.& ibi Can. Capu-*
*taq.deciſ.173 part.3* dummodo non ſint per-
ſonæ, quibus ſubueniri ſolet remedio reſti-
tutionis in integrum vt ſunt minor, abſens,
eccleſia, *Socin.ſen.in d.l.rem quæ nobis nu.9.ff.de*
*acquir.poſſeſſ.& ibi DD.Pan.in c.accedens 1.n.19.*
*& ibi Can.vt lit non conteſt.* ideo eccleſia eſt
reintegranda, ad poſſeſſionem etiamſi ab ea
ceciderit facto ſui rectoris, *Caputaq. deciſ.*
*170.& deciſ.181 part.3.Greg.xv.deciſ.117.* imo
eccleſiæ competit manutentio, non obſtan-
te quod Prælatus ſe habuerit pro ſpoliato,
*Card.Seraph.deciſ.1417.num.3. faciunt notata*
*per Bald.in l.1.§.ſi vir vxori ff.de acq.poſſeſſ.* Ter-
tio quod poſſeſſio ſpoliati ſit † inſtrumen- 4
talis, quæ nullius eſt momenti, alio reperto
in poſſeſſione, *Rot.diuerſ.deciſ.324.num.2. &*
*390.n.2 part.1 l 1.& ibi gl.fi.C.de donat.l.quæ-*
*dam ff de rei vendic* quoad effectus manuten-
tionis, & reſtitutionis, *l quamuis 1.§.ſi condu-*
*ctor ff.de acq poſſ ſ.Put.deciſ.362.lib.2.Greg.xv.*
*deciſ.6.& deciſ.9.n.7.& deciſ.69.& deciſ 268.*
etiam docto de poſſeſſione tertij, *Bart. in l.*
*1.§.fin.num.15.ff vti poſſid Greg.xv.deciſ.14.nu.*
*3.& ſeqq.Socin ſen in l.2.num 6.& ſeqq.ff.de ex-*
*cept.rei iud.Mohed.deciſ.20.hoc tit.* aut de ſola
tertij detentatione, *Mohed.deciſ.70.de reſtit.*
*ſpoliat.Greg.xv.deciſ.138.num.1. & 5.& deciſ.*
*268.& ibi annot.late.* quia eſt excluſiua inten-
tionis aduerſarij *l fin.C. de rei vend. Bart.in l.*
*2.n.1.ff.de except.rei iud.* tum quia reo & poſ-
ſeſſori, licitum eſt ſe & ſuam poſſeſſionem
tueri, allegando ius tertij, *Alex.in l.fin.ſub nu.*
*23.verſ.additionali etiam vnum Paul.de Caſt. C.*
*de edict.*

*de edict. D. Ad toll. Caputa q. deciſ. 153. part. 3. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 595. Greg. xv. deciſ. 415. & ibi annot. ponit. 4. limit. ad reg. quod de iure 3. dari non poteſt*, & ſuffragatur ſolum ſtante
tunc temporis poſſeſsionis vacantia, *Rot. deciſ. 62. num. 1. part. 2. diuerſ. l. ſi ex ſtipulatione cum l. ſeq. l. quod meo §. ſi venditorem in fine & §. ſeq l. fundi l. prædia ff. de acquir. poſſeſſ. Greg. xv. deciſ. 171.* dummodo inſtrumenta datæ poſ-
ſeſsionis ſint in forma probanti: *Rot. deciſ. 240. ante num. 6. part. 2. Inſtit. de empt. & vend. in princ. verſ. ijs autem l. contrarium ff. de pign. & hypoth.* & tunc eſt reſtituibilis, etiamſi non
conſtet de continuatione per viginti annos
& vltra, quia poſſeſsio ſemel probata, præ-
ſumitur continuata, vſque ad tempus ſpo-
liationis: & aduerſarius tenetur probare,
quod agens ex iuſta cauſa, negligentia, vel
culpa ceciderit poſſeſsione, *c. licet cauſam §. fin. de prob. Socin. ſen. in l. rem quæ nobis in 7. quæſtion. principali ff. de acquir. poſſeſſ. Pan. in d. c. cum ad ſedem num. 17. Achil. deciſ. 6. hoc tit.* Inter-
5 dum † poſſeſsio inſtrumentalis poſterior
eſt in conſideratione, quando eſt cum de-
creto iudicis, & prior realis patitur defectus,
quia eſt conditionalis, aut quia non conſtat
de tutela, vel mandato eius, qui realem cœ-
pit, *Rot. deciſ. 320. & deciſ. 325. part. 1. diu. l. vxor & l. ſeq. & l. non ignoratur C. de ijs qui accuſ. non poſſ. l. 1. § per procuratorem & ibi gl. l. poſſeſsio & §. ſi poſſeſsio ff. de acq. poſſ. & ibi DD. Crau. conſ. 5. n. 26. Rot. diu. deciſ. 324. n. 1. & 2. deciſ. 325. & deciſ. 802. ſub num. 8 part. 1.* aut furioſo, qui
ſanæ mentis exiſtimabatur, tradita ſit, *l. quod meo §. ſi furioſo ff. de acq. poſſeſſ.* vel eſt infecta
ex decreto irritante: *Clem. 1. de conceſſ. præb. c. ſi eo tempore de elect. in 6. Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. & deciſ. 2. & xi. eod. in ant. Creſc. deciſ. 4. numer. 5. & 6. de priuileg.* vnde ſemper inſtru-
mentalis poſſeſsio prouiſi Apoſtolici, præ-
fertur reali poſſeſsioni intruſi in beneficio
vacante in curia: *Creſcent. deciſ. 1. in fine de cauſ. poſſeſſ. & prop. iuribus proxime allegatis*, quia poſ-
ſeſsio non tantum corporis ſed etiam iuris
eſt, *l. poſſeſsio ff. de acq. poſſeſſ.* Quarto poteſt op-
ponere exceptionem, quæ concludat defe-
ctum poſſeſsionis, videlicet, quod iure fa-
miliaritatis ingreſſus ſit poſſeſsionem, *l. qui iure familiaritatis ff. de acq. poſſeſſ. Ang. Peruſ. in l. aſsiduus poſt princ. verſ. in textu ibi mulier poſsidet C. qui pot. in pig. hab. Greg. xv. deciſ. 572. num. 4. & ſeqq. & ibi annot.* vel clandeſtino ignoran-
te domino, *c. olim cauſam hoc tit.* quod ami-
cus receperit poſſeſsionem beneficij ſine
mandato, *Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou. c. cum veniſſet hoc tit.* aut quod timore excommunica-
tionis latæ paruit mandatis, quia dicitur pa-
ti, non facere, *c. olim 3. hoc tit.* Quinto poteſt
opponere de omni delicto, quod repellit
ipſo iure à poteſtate poſsidendi, *c. quo iure & ibi Gemin. numer. 133. diſt. Caſſad. deciſ. 1. de Simon.* Sexto poteſt excipere de incapacitate
poſsidentis, *Pan. late in c. ex parte ſub num. 19. & c. ſic quædam ſunt poſſedibilia & num. ſeqq. hoc tit.* vt quia poſsidet ſpiritualia, *c. cauſam quæ de reſcript.* Monachus † proprio nomine 6
non poſsidet, ſed nomine monaſterij, ſi ſpo-
lietur prioratu, vel beneficio manuali ab ex-
traneo, poteſt agere remedio recuperandæ,
ſecus ſi ſpolietur à ſuo abbate: *c. cum ad monaſterium §. tales de ſtatu monach. c. nemini §. adminiſtratio ſeſſ. 25. Pan. in c. ex parte num. 21. hoc tit. Rot. deciſ. 1. eod. in antiq.* quia reuocatio
ad clauſtrum, fit per ſolum abbatem, non
obſtante triennali pacifica poſſeſsione, *Rot. deciſ. 7. 9. n. 7. part. 1. diuerſ. Mohed. deciſ. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. cum deputati de iud.* et-
iamſi Abbas & Conuentus ſimul contule-
rint, *c. nullam 18 quæſt. 2. cap. cum ad monaſterium §. tales & ibi Pan. c. 2. n. 9. de ſtat. Monach.*
& omnes monachi totumque capitulum
contradicerent, *Franc. in c. cum ſingula num. 5.*

*in fine de præb. in 6. c. ſi religioſus in princ. & §.*
*fin. de elect. in 6.* & Abbas nunquam vſus fuiſ-
ſet poteſtate amouendi, *Pan. in cap. ad noſtram*
*num. XI. de confirm. vtil. vel inutil. & ibi Can.* niſi
arguatur malitia, aut odium abbatis, *Zab.*
*in clem. 1. §. præmiſſa num. 4. in fine verſ. ego puto*
*de ſuppl. neglig. præl. & ibi Imol. ſub numer. 44.*
*& Can. Franc. poſt gloſſ. in c. cum ſingula num. 5.*
*de præb. in 6.* quæ præſumuntur quando ſpo-
liantur prioratibus ab abbate pendente ac-
cuſatione vel inquiſitione, quam promo-
uent contra abbatem, *c. olim & ibi Fel. poſt pr.*
*de accuſ. & Can. communiter Rot. deciſ. 23. hoc tit.*
7 *in antiq.* Deiectio † & amiſſio poſſeſſionis
non probatur ex ſola ſuſtentatione litis, *Cæ-*
*ſar. d. deciſ. 4. hoc tit. l. vim facit & l ſeqq. in fin ff.*
*de vi & vi arm.* niſi ſit adminiculata, *Rot. deciſ.*
*493. part. 1. diuerſ. Cæſar. d. deciſ. 4 l. 1. §. hoc in-*
*terdictum § deijcitur §. ſi quis tamen in fine &*
*ſeqq. ff. de vi & vi arm.* ſed per teſtes, confeſſio-
nem aduerſarij, rei euidentiam, ac inſtru-
menta, *c. cum ad ſedem § fin hoc tit.* Antea ha-
bitæ poſſeſſionis amiſſio eſt probanda, is e-
nim qui neque animo neque corpore poſſi-
debat, ingredi autem & incipere poſſidere
prohibeatur, deiectus non videtur, *l. cum qui*
*ff. de vi & vi arm. l. non videtur rem ff. de reg. iur.*
*l. idem eſt § vti frui ff. de vi & vi arm.* Si quis vi
me deiecerit, meos autem non deiecerit,
non poſſum hoc interdicto experiri, quia
per eos retineo poſſeſſionem, qui vi deie-
cti non ſunt, niſi eos retinuerit, & vinxerit,
aut eis imperauerit, deſiui enim poſſidere,
cum ſerui ab alio poſsideantur. *l. 1. § non alij*
*ff. de vi & vi arm. & ibi gloſſ. in verbo retineo &*
*DD.* Similiter ex ſola coloni vel inquilini re-
cognitione alterius in dominum, & poſſeſ-
ſorem, domino non datur, quia ex ſola re-
cognitione domini non priuatur ſua poſ-
ſeſsione, ſed neceſſaria eſt totalis coloni, &
inquilini expulſio, nec ſufficit in prædio ru-
ſtico expulſio colonorum de domo, ſi non
expellantur etiam de fundo, quia capta poſ-
ſeſsione partis intelligitur capta poſſeſsio
totius prædij, ſi totum erat vacuum, ſecus ſi
colonus remanſit in area vel in fundo, *l. pe-*
*regr. §. quibus ff. de acq. poſſeſſ. & ibi gl. in verb. in-*
*greſſus & DD. Benint. deciſ. 93.* Eadem ratione
non datur priori poſſeſſori, quamuis alius
ſaltus hybernos, vel æſtiuos, propoſito poſ-
ſidendi fuerit ingreſſus, quam diu prior poſ-
ſeſsionem ab alio occupatam ignorat, quia
non debet ignoranti tolli poſſeſsio, quæ ſo-
lo animo retinetur, *l. qui ſaltus ff. de acq. poſſeſſ.*
*& ibi gl. fin.* Speciale eſt, quod † ſpoliatus pro 8
poſſeſſore habeatur contra ſpoliátem, quo-
ad res, damna, fructus, ſed non quantum ad
vſucapionem & interdicta, quæ poſſeſſori-
bus tantum competunt, *l. ſi quis vi & ibi gloſſ.*
*1. & DD ff. de acq. poſſ.* Spoliatus à iudice, non
† poteſt petere reſtitutionem, *l. iuſte poſsidet* 9
*ff. de acq. poſſ. c. præſentium & ibi gloſſ. fin in fine 7.*
*quæſt. 1. Bald in l fin. in 1. notab. C. vnde vi Fel. in*
*c. dilectus el. 1, n. 1. de reſcri. ponens tres fall. & Can.*
*c. cum veniſſet hoc tit.* niſi dolus eius argui poſ-
ſit, *c. hoc etiam 2. quæſt. 6. gloſſ. fin. in fin. in d.*
*c. præſentium 7. quæſt. 1.* aut nulliter proceſſerit;
*c. ex inſinuatione de procur. & ibi Butr. & Can. Fel.*
*in d. c. dilectus 1. ſubn. 1. verſ. ſecundo fallit de re-*
*ſcript. Bart. in d. l. iuſte poſsidet Caputaq. deciſ. 186.*
*part. 3.* quibus caſibus auctoritas iudicis non
ſufficit pro expulſione, *iuxta not. per Angel. in*
*l. qui vniuerſas §. item cum prætor. in fine ff. de*
*acquir. poſſeſſ.* quia id verum eſt, quando iu-
dex rite & recte procedit, cum non inten-
dit poſſeſſorem extraiudicialiter expellere,
*Sarnen in reg. de annali quæſt. 45. numer. 3. & 4.*
*nuſc. Socin. in cap. quoniam numer. 152. circa*
*med. vt lit. non conteſt. & c. Greg. xv. deciſ. 69. nu-*
*mer. 2. & deciſ. 105. & deciſ. 209. Rot. diuerſ. de-*
*ciſ. 802 numer. 6. 7. & ſeqq. part. 1. cap. conque-*
*rente hoc titul.* imo poſſeſsio capta vigore
ſenten-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſententiæ nullæ eſt expulſiua, & violenta, &
pro ea competit interdictum vnde vi, *Rip. in l. naturaliter §. nihil commune numer. 59. ff. de acquir. poſſeſſ. Azo. in ſumm. C. vnde vi ſub numer. 4. Menoch. de recup. remed. §. numer. 19. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 336. numer. 1. 2. & ſeqq. & ibi annot. & deciſ. 485. numer. 3. & ſeqq.* Pro
his quæ extra iudicium fiunt non præſumitur pro iudice & ideo ſi Prælatus præter figuram iudicij ſpoliet ſiue priuet, faciẽda eſt
10 reſtitutio ac ſi peteretur à priuato, *7. quæſt. 1. c. præſentium c. notum 2. quæſt. 1.* Spoliatus † de titulo docere non debet, *c. in litteris c. ſæpe hoc tit. & ibi Can. & l. 1. §. eum qui verſ. qui me vi &*
11 *l. Fulcinius ff. de vi & vi arm.* Excipe 1. quia in
† cauſis beneficialibus, agens, ne detur vitioſus ingreſſus, *c. 1. de eo qui mitt in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruand. in 6. c. beneficium de reg. iur. in 6.* debet probare ſe habuiſſe poſſeſsionem, ab illo qui auctoritatem habuit inſtituendi, & ſic debet docere de titulo ſaltem colorato, *Innoc. in c. in litteris hoc tit. num. 8. in fine Rot. deciſ. 2. & 5. eod. in antiq. & deciſ. 21 verſ. præterea in beneficialibus in nou. Bellam. deciſ. 49. in princ. & deciſ. 50. in fine Greg. xv deciſ. 100. numer. 4. 6 7 & ibi annot.* & quando agitur remedio, *c. redintegrandæ 3. quæſt. 1. Soc. Sen. in l. rem quæ nobis numer. 17. ff. de acquir. poſſeſſ.* niſi ſpolium ſit attentatum, *Rot. deciſ. 2. hoc tit. in nou. Bellam. deciſ. 49. in fine in rub. & ingr. tit. vt lit. pend. &c.* quia plus offenditur, iudex cuius officium contemnitur, quam pars, & ſufficit probare ſolum ſtatum cauſæ, *Caſſad. dec. 3. hoc tit. c. ex parte ff de teſtib.* Idem obtinet in qualibet cauſa ſpirituali, *Rot. dec. 20 hoc tit. in antiq. Innoc. in c. conſtitutus de fil. presbyt.* ſed gratia non eſt iuſtificanda, neque requiruntur bullæ, *Caſſad. dec. 5. hoc tit. Rot. dec. 214 ſub num. 2. & num 5 part. 1. diuerſ. Pan. in c. cum noſtris nu. 13. & 24. de conceſſ. præb.* Si bullæ expeditæ exhibeantur, non eſt neceſſe probare narratiuam, aut verificare habilitates, *Mohed. deciſ. 9. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Bald. in l. 2. & in l. 3. num. 27. & 28. C. de edict. diu. Ad. toll. Put. dec. 268. lib. 2. c. in litteris hoc tit.* Hinc videmus in cauſis ſpiritualibus admitti exceptiones de non exiſtentia tituli colorati, quando de eo probatur non per collationem, aut vnionem per ſuperiorem factam; ſed enunciationes inſtrumentorum priuatarum perſonarum, quæ per alias probationes tolli poſſunt, *l. ſi alius in princ. verſ. belliſſime*
*ff. quod vi aut clam Rot diuerſ dec. 367. part. 1. &* 12
*dec. xi. hoc tit. in nou.* Secundo † iuriſdictionalibus contra ordinarium non datur reſtitutio, niſi docto de titulo colorato, *Innoc. in c. bon. mem. el. 1. ſub n. 5 de poſtul. præl. & ibi Can. Achil. dec. 5. hoc tit. Caſt. in l. ſi de vi ſub num. 15. verſ decimus ff. de iud. l. ius eius C. de prob.* quia præſumitur precaria inferioris poſſeſsio, *Bald. in l. 2. num. 33. verſ. nono quæro C. de ſeruit. & acq. l. ſi quis liberum ff. de prob. l. improba l. nec ex vera C. de acquir. poſſeſſ.* contra alium qui non eſt ordinarius datur ſine tituli coloratione, *Achil. dec. 5. hoc tit. & dec. 20. de appell. in fin. Af-*
*flict. dec. 361. ſub num. 39. & 40. & ſeqq.* Tertio 13
in † his quæ non poſſunt haberi niſi ex conceſsione principis, *l. 1. § permittitur ff de acq.*
*quotid. & eſt. Bellam. dec. 433 1.* Quarto quando 14
† eſt veriſimilis præſumptio contra agentem poſſeſſorio recuperandæ, aut ius commune facit contra ipſum pro reo, *c. ad decimas hoc tit. in 6. & ibi Franc. nu. 3. & 8. limitat. quinque modis Afflict dec. 361. num. 40. & ſeqq.* Hinc infertur, quod poſsidenti duas parochiales eccleſias vltra tempus determinatum *in extrauag execrabilis de præb.* quod inducit priuationem ipſo iure, ſpoliato non datur reſtitutio, *Rot. dec 15. hoc tit. in antiq. Cap. Tholoſ. quæſt. 465. Put. dec. 94. lib. 1.* vel ſi alias apparet de non iure petentis reſtitutionem, *Innoc. in c. conſtitutus de fil. presbyt. & in c. ſignificaſti in prin. de*

diuort. Rot. dec. 2. & 24. hoc tit. in antiq. videlicet de reſeruatione papali, c. ſi eo tempore de elect. in 6. Rot. dec. 2. in fine h. t. in antiq. etiamſi ſpolium ſit attentatum, ne iudex petentem authorizet in delicto: Rot. dec 13. hoc t. in antiq. c. conſtitutu de fil. presbyt. Si iura dicant obtinentem plura beneficia eis fore priuandum, ſpoliato dabitur poſſeſſorium recuperandæ, in quantum vult conſequi poſſeſſionem reuocabiliter, non vt perpetuo teneat, ſed vt eligat vnum ex illis, c. referente de præb. Pan in c. ex parte ſub n. 21. & c. quandoque ius reſiſtit poteſta-
15 ti habendi ſed non ipſo iure hoc tit. Quinto in † cauſa matrimoniali petens reſtitutionem coniugis, debet probare legitimam diſpenſationem vere, vel præſumptiue, & carnalē copulam, c. ex tranſmiſſa hoc t. & ibi gl. 1. & 2. & Can. c. dudum de conuerſ. coniug. nec ſufficit ſola traductio ad domum, c. ex parte M. hoc tit. quibus probatis ante cauſæ ingreſſum, vel poſt, reſtitutio eſt facienda, alias datur iuſta cauſa appellandi: c. ex conqueſtione hoc tit. niſi excipiatur de conſanguinitate in gradu prohibito, de qua offeruntur probationes paratæ; quia tunc præſtito per excipientem iuramento, de malitia, non fit reſtitutio, quoad thorum, ſed quoad familiam, & reliqua, ſi probationes non ſunt promptæ, fit plena reſtitutio: c. litteras hoc tit. aut nimia ſæuitia viri, contra quam cautionibus non poteſt prouideri: d. c. litteras § ſi. d. c. ex tranſmiſſa hoc tit. vel adulterio notorio commiſſo, poſt ſpoliationem, adulterium enim ante ſpoliationem commiſſum, non impedit reſtitutionem; c. ſignificaſti de diuort. & ibi Boick. num. 1. 2. & 8. ponit alios 13. caſus impedientes reſtitutionem coniug. notorium autem dicitur per euidentiam rei aut confeſſionem factam in iure, c. intelleximus
16 de adult. Sexto in † his quæ communiter poſſideri non poſſunt, niſi certa ſpecifica cauſa præcedente, quia tunc oportet quod probetur illius cauſæ exiſtentia ſaltem apparenter, Pan. in d. c. ex parte ſub num. 19. verſ. quædam ſunt communiter & c. hoc tit.

Probatis poſſeſsione, & deiectione, ſpo- 17
liatus ante † omnia eſt reſtituendus, l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iuliam de vi pub. cap. 1. hoc tit. reiectis exceptionibus dominij, ſiue proprietatis (niſi ſpoliato conſentiente) d. c. 1. hoc tit. abiurationis, ſiue renunciationis factæ poſt ſpoliationem, c. 2. Achil. deciſ. xj. & 12. hoc tit. quod iſta renunciatio ſolum concernat petitorium, quia renunciando beneficio, renunciat iuri, quod habet in illo, & ſic proprietati, non autem poſſeſsioni, quam tunc non habuit; ſed perdiderat per ſpoliationem, c. 2. & ibi Imol. n. 7. de reſtit. ſpol. & ibi Can. violentia enim expulſiua durat donec purgetur per dimiſsionem poſſeſsionis, Bal. in d. c. 2. n. 2. de reſt. ſpol. & Can. c. ſuper hoc de renunciat. non canonicæ inſtitutionis, c. in litteris hoc tit. criminis, c. item cum quis hoc tit. etiamſi ſpoliatus ſit à iudice iuris ordine prætermiſſo, c. conquerente hoc tit. c. veniens & ibi Pan. n. 4. de fil. presbyt. Gail obſ. 76 libr. 2. verum præſumitur pro iudice, c. præſentium & ibi gl. ſi. in fine 7. quæſt. 1. c. notum 2. quæſt. 1. c. dilectis el. 1. & ibi Felin. poſt Panor. in princ. de reſcript. maxime in ſpiritualibus, in quibus nudus poſſeſſor poteſt per ordinarium moleſtari, niſi doceat, de proprietate, c. ordinarij de off. ord. in 6. gl. fin. in c. beneficium de reg. iur. in 6. & ibi Can. etenim ſententia in cauſa beneficiali non tranſit in rem iudicatam reſpectu ſuperioris, quo minus poſsit inquirere de iuribus partium, c. cum olim de dol. & contum. ſecus eſt in rebus prophanis, in quibus non tenetur quis tradere poſſeſsionem, niſi probanti proprietatem, l. 2. de probat. quia temporalia vacantia poſſunt occupari, § feræ & §§. ſeqq. Inſtit. de rerum diuiſione c. ius natural. diſt. 1. ſpiritualia vero licet vacantia non poſſunt occupari,

ſed debent haberi à Vicario Chriſti, ſeu au-
ctoritate canonis, *Innoc. in c. cum cauſam in fin.*
18 *de præb. & ibi Can.* Imo ſpoliator † ſuper ea-
dem re non poteſt audiri in petitorio, *c. con-
querente c. ex conqueſtione hoc tit.* aut poſſeſſo-
rio, *Pan. in c. fin. n. 8 de ord. cogn.* niſi ſpolio pur-
gato, quæ purgatio fit per omnimodam ceſ-
ſionem litis, quoad poſſeſsionem, factam
in actis, parte citata, à procuratore habente
ſpeciale mandatum, cum intimatione eiuſ-
dem perſonali ipſi principali abſenti, nec
ſufficeret intimatio facta procuratori gene-
rali, cum oblatione fructuum cæterarum-
que vtilitatum, damnorum, expenſarum, in-
tereſſe, ac ſumptuum litis, quæ ſi certa ſint,
realiter ſolui debent, ſi vero obſcura neceſſe
eſt ante omnia negocium liquidationis ab-
ſolui, ſpoliato petente, *c. grauis & c. piſanus &
ibi not. hoc tit. Pan. in c. accedens el. 2. num. 5. vt lit.
non conteſt. & c. & in c. fin. num. 4. de ord. cognit.
Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 5. ff de
acquir. poſſeſſ. Rot. deciſ. 15. hoc titul. in nou. pul-
chre & plene Cæſar. deciſ. 3. & 5. hoc tit. quæ ſunt
repetitæ in 1. part. diuerſ. deciſ. 328. & deciſ.
352. & in 2. p. diuerſ. deciſ. 334. Gail. obſ. 63.
libro 2.* vel potius ſufficit depoſitum in euen-
tum liquidationis, aut oblatio verbalis de
eis ſoluendis; *l. ſtatu liber. rationem ff. de ſtatu-
liber. l. ſi reſiduum C. de diſtr. pign. l. fundus ff. de
reſcript. vend. Bald. in l. vnica num. 4. C. ne liceat
in vna eademque cauſa tertio prouoc. Mohed. deciſ.
17. hoc tit.* quod ſi plura hinc inde ſint com-
miſſa ſpolia in eadem re, vltimum debet
prius purgari, *Pan. in c. fin. ſub numer. xj. de ordi-
ne cognit. & Can. §. recuperandæ inſtit. de interd.
l. ſed ſi vi ff de vi & vi arm. Afflict. deciſ. 403 nu.
18. Greg. xv deciſ. 485. num. 12. & ibi annot.* niſi
primum ſpolium fuiſſet violentum, vel at-
tentatum, quod prius purgandum eſt, *Me-
noch de recuper. remed. 1. num. 389. plures cumu-
lans* aut ſecundum ſpolium fuerit factum in-
continenti, *l. qui poſſeſſionem ff. de vi & vi arm.
Menoch. de recuper. remed. 1. num. 384. faſt. cauſa* 19
*1. dubitatio 4.* In † ſpolio violento ſuper
rebus abreptis vel inuaſis vel damno dato
tempore impetus ſi non potuerit qui vim ſu-
ſtinuit quæ perdidit ſingula comprobare,
taxatione à Iudice facta pro perſonarum
& negotij qualitate ſacramento æſtimatio-
nem rerum quas perdidit manifeſtat, nec li-
cet ei vltra taxationem à Iudice factam iura-
re & quod huiuſmodi Iureiurando data fue-
rit declaratum Iudicem condemnare opor-
tet, *l. ſi quando C. vnde vi cap. fin. quod metus cau-
ſa*, quod Iuramentum hæredi ſpoliati aut
contra hæredem ſpoliantis deferri non po-
teſt, *Mynſ. obſ. 12. cent. 4. Iaſ. in d. l. ſi quando nu.
37. & 43. & ibi DD. communiter.* ſed probato
damno dato prius, *Mynſ. obſ. 100. cent. 4.
l. 1. & 2. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. prof.*
per ſacros domeſticos aut communiter ac-
cidentia & coniecturas, probabiliter &
ſemiplene tunc defertur hæredi iurandi
conditio non ex d. l. ſi quando ſed vt alias
vbi ſemiplene probatum & deferri iure
poteſt ex l. in bonæ fidei C. de reb. cred. &
l. admonendi ff. de iureiur. *Iaſon. in d. l. ſi
quando numer. 43. Mynſ. d. obſ. 12. cent. 4. circa fi-
nem.* Item in eo veniunt fructus † non ſo- 20
lum percepti, & conſumpti, qui ſoluendi
ſunt in loco rei ſitæ, in qua commiſſum eſt
ſpolium; quia ex ſpolio iam obligatus eſt ad
pœnam & ſoluit vt aliquid ſibi acquirat,
puta actionem ſuper petitorio, non vt ſe ex-
oneret, & ideo debet ire ad domum actoris
etiamſi ſint diuerſi fori, *Bart. in l. item nulla
num. 10 ff. de Conſtit. pecun. & ibi DD. Achil. de-
ciſ. 19. hoc tit.* ſed & qui percipi potuiſſent à
die deiectionis, *c. grauis hoc tit. l. 1. §. quod au-
tem ait verſ. ex die ff. de vi & vi arm. l. ſi de poſſeſſor.
C. vnde vi.* quando facta fuit violentia per-
ſonæ ſpoliatæ, vel eius familiæ exiſtenti
in præ-

inprædio, quia non ſufficit quod ſpolians
fregerit oſtia, aut ſimilia fecerit, quia pote-
rat eſſe, quod domus erat vacua, *l.1.§.1.ff. de*
*vi & vi arm. Rot. deciſ.10. hoc tit. in nou.* & à die
intruſionis in beneficio reſeruato, *Caputaq.*
*dec.27. part.2. Rot. dec.4. hoc tit. in nou. l. domum*
*l. certum C. de rei vendicat. §. ſi quis à non domino*
*in fine Inſtit. de rei diuiſ.* Idem iuris eſt in ſpolio
attentato, quia eſt magis priuilegiatum. *Rot.*
*deciſ.5. hoc tit, in nou. Rot. diuerſ. deciſ. 68. numer.*
*3. part. 2. C. c. cum cauſa & ibi gloſſ fin. & Can. de*
21 *offic. deleg.* In ſpolio non † violento veniunt
percepti à die motæ litis, & antea percepti
non veniunt, niſi probentur extare: *Rot. deciſ.*
*552. part.1. diuerſ. Rot. Beſign. deciſ. xj. hoc tit. Ca-*
*putaq. d. deciſ. 27. & 28. part. 2. l. in interdictis ff.*
*de interdict. vbi gloſſ. ponit. ſex regulas affirmati-*
*uas & negatiuas* 4. à percipiendis vero excu-
ſant, cauſa aliqua rationabilis, vel color de-
tinendi, quæ cauſent bonam fidem, *Rot. de-*
*ciſ.4. hoc tit. & d. deciſ.552. part.1. diuerſ. §. ſi quis*
*à non domino & ibi gloſſ. & DD. Inſtit. de rer. di-*
*uiſ. l. ſi fundum & ibi gloſſ. & DD. C. de rei vend.*
alias malæ fidei poſſeſſor ſine titulo con-
demnatur ad fructus, qui percipi potuerunt
à petitore, ſi ei poſſideri licuiſſet, *gloſſ. in cap.*
*non liceat Papæ 12. quæſt.2. in verbo & cum fru-*
*ctibus l. ſi nauis §. fin. ff de rei vendic. Pan. in c.*
*grauis numer.7. hoc tit. Rot. deciſ.10. & 25. eodem*
*in antiq. Put. deciſ. 373. libro 1.* Defectiua litis
renunciatio non inducit ſpolij purgatio-
nem, *Bald. in l. lite poſt numer.1. C. de litig.* Pro-
batio de perceptis fructibus, ſufficiens eſt, ſi
teſtes dicant de perceptione, & ſolitum eſſe
percipi in tanta quantitate; *Achil. deciſio.22.*
*hoc tit. l. licet certi uel. l. excepto C. locati & ibi gloſſ.*
*fin. Bald. in l.1. numer.22. C. de fructibus & lit. ex-*
*penſ. l. creditor C. de pign. act. c. grauis & ibi poſt*
*gloſſ. Can. hoc tit.* prædicta regula multas reci-
22 pit limitationes, nam multæ † poſſunt ſpo-
liato opponi exceptiones primo ea quæ
concludat inhabilitatem perſonæ eius ad a-
gendum, videlicet excommunicationis, *c.*
*ex inſinuatione & ibi gloſſ. in verbo aliud canoni-*
*cum de procurat. & ibi Pan.* præcipue ſi tempo-
re collationis, & captæ poſſeſsionis fuerit
excommunicatus, *Put. deciſ. 68. lib. 5. cap. po-*
*ſtulaſti de cleric. excomm. depoſ &c. Rot. deciſ. 5.*
*de ſent excomm. in antiq.* Secundo, quæ † con- 23
cludat manifeſte, defectum proprietatis, &
poſſeſsionis, in ipſo ſpoliato, *c. accepta c. olim*
*el.2. & c. ſollicite hoc tit.* vt eſt exceptio, tu ante
ſpoliationem renunciaſti beneficio; & ex-
cipiens cogitur probare renunciationem,
eiuſque qualitates, puta publicationem, *Rot.*
*deciſ.190. part.2. diuerſ.17. quæſt. 2. in ſumma &*
*ibi gloſſ. in verbo refutauit c. ſi per hoc tit* quæ non
præſumitur ex triennali poſſeſsione reſigna-
tarij, hoc caſu; quia regulariter excipiens
tenetur probare ſuam exceptionem, &
qualitates ad eam neceſſarias, *Franc. in c.1. in*
*1. not. de reſcript. & ibi Can. l. prima l. generaliter*
*de except. & ibi vtrobique DD.* ratio eſt, quia re-
nunciatio ante ſpoliationem, de tempore,
quo renuncians poſsidebat concernit peti-
torium & poſſeſſorium, videtur enim re-
nunciaſſe proprietati, & poſſeſsioni, & ſic
non potuit ſpoliari, *Imol. in c. 2. poſt gloſſ. num.*
*7. de reſtit. ſpoliat Bald. ſub. num. 2. & Can. com-*
*muniter.* Exceptio adulterij notorij commiſ-
ſi poſt ſpoliationem, *c. intelleximus de adult.*
*c. ſignificaſti de diuor.* licet notorietas non ſit
ſuper totali defectu ipſius iuris, cum prop-
ter adulterium ſoluatur matrimonium, non
in totum, ſed tantum quoad cohabitatio-
nem, *c.1.32. quæſt.7.* probata execrabilitas,
*Put. deciſ.292. num.1. libro 3. & deciſ. 94. libro 1.*
*17. quæſt. 2. in ſumma & ibi gloſſ. in verbo refu-*
*tauit & Can.* aut illegitimitas confeſſata, *c.*
*conſtitutis & ibi DD. de fil. presbyt. Mohed. deciſio.*
*9. ſub num.2. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Tertio, ex-
ceptio † inopiæ, quæ non excuſat à reſti- 24

tutione

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione immobilium occupatorum, ſed differt
reſtitutionem fructuum perceptorum cæ-
terarumque vtilitatum, donec ſpoliator re-
ſtituere poſsit, quod percepit de fructibus
alienis, c. olim el. 2. hoc tit. & ibi Can. quia ina-
nis eſt actio, quam inopia debitoris excludit,
d. c. olim el 2. l. nam is ff. de dolo. imo ſpoliator,
poſt res conformes in poſſeſſorio latas, ad-
mittitur ad c. Odoardus de ſolut. c. perue-
nit de fideiuſſ. ceſſionem bonorum ad effe-
ctum, vt agere poſſit petitorio, non parito
quoad fructus, expenſas, damna & ſumptus
litis, Mohed. deciſ. 1. & 2. de ſolut Put. deciſ. 54.
libro 1. l. 1. & ibi gloſſ pen. C. de ceſſ bon. & ibi DD.
facta expreſſa confeſſione debiti, Put. deciſ.
312. libro 2. gloſſ. 2. in d. c. Odoardus l. pen. ff. de ceſſ.
bonor. niſi ſpolium fuerit commiſſum cum
dolo. Rot. deciſ. 22. hoc tit. in antiq. Cap Tholoſ.
quæſt. 467. l fin. §. ſi. ff. quæ in fraud. cred. fact. ſunt
& c. l. verum in princ. ff pro ſocio. quia in debito,
quod procedit ex delicto, ſeu quaſi, non ha-
bet locum ceſſio bonorum, l. quæcunque C.
de ſeru. fugit. l 1. C. qui bon ad poſſeſſ. §. fin. Inſtit.
25 de act. c. fin de dol. & cont. Quarto, tertius †
veniens ad cauſam, pro ſuo intereſſe poteſt
agere petitorio, quia priuilegium poſſeſſo-
rij recuperandæ eſt introductum in odium
ſpoliantis, c. cum ad ſedem hoc tit. c. fin. de ord.
cognit. Clem. vnic. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Rot. de-
ciſ. 3. eod. in nou. Felin. in c. veniens el. 2. numer. 11.
de teſtib. & impedit purgationem ſpolij, gloſ.
fin. in c. in literis hoc tit. & ibi Pan. num. 33. &
Can. l. bona fides ff. de depoſit. Mynſ. obſ. 1. Cent. 2.
præterquam in ſpolio attentato, c. bon. mem.
& ibi Pan. num. 6. & 16. & ſeq. de appell. Corſet.
ſuper reg. ſpoliatus in limit. 38. Rot. diuerſ. deciſ.
274. num. 2. part. 1. Spoliatio quoque facta
à tertio non repellit ab agendo, etiam quod
ſit facta à procuratore, quia non videtur ta-
le mandatum habuiſſe à Domino, l ſi procu-
rator verſ. Celſus ait. ff. de cond. indeb. l. vnica verſ.
ſi procurator ff ſi quis ius dic. non obtemp. Egid. de-
ciſ 550. niſi Dominus ratum habuerit factũ
procuratoris, c. 1. in fin. vt lit. non conteſt. & ibi
gloſſ. fin. & Can. l. 1. §. quoties ff. de vi & vi arm.
Egid. diu. deciſ. 550 Lancell. de attent. part. 1. cap. 1.
num. 47. & ſeqq. Gregor. xv. deciſ. 525. Ratiha-
bitio enim mandato comparatur, l fin. ff. ad
macedon. & ibi gl. fin c. ratihabitionem de reg. iur.
in 6. etiam vbi ſpeciale mandatum requiri-
tur, l. quod ſi de ſpeciali ff. de minorib. l ſi quis mihi
bona §. ſed vtrum vincto §. ſeq ff. de acquir. vel o-
mitt. hæred. l. fin. C. ad macedon. & ibi Bald. Reli-
quas ampliationes & limitationes vide a-
pud Ripam in d. §. nihil commune nu. 46.
& ſeqq. & ibi Rom. num. 4. in fine & DD.
communiter. Illud notandum eſt, quod † 26
in beneficialibus, violenti tantum, & non
omnes intruſi inueſte, qui temeritate pro-
pria occupare dignitates, perſonatus aut a-
lia quæcunque eccleſiaſtica beneficia non
verentur, eo ipſo, ius ſi quod in taliter occu-
patis, vel ad ea, ipſis competebat, amittunt,
c. eum qui §. fin. de præb. in 6. & ibi gloſſ. in verbo
violenti & Can. quæ poſſunt alijs conferri, Ri-
pa in c. ſæpe num. 101. hoc tit. late Tiraquellus in l.
ſi vnquam num. 335 & ſeq. in verbo reuertatur C.
de reuoc. donat. licet ferenda ſit ſuper huiuſmo-
di violentia ſententia declaratoria ante rea-
lem executionem, & amotionem poſſeſſo-
ris à ſua poſſeſſione; c. cum ſecundum §. fin. de
hæret. in 6. c. licet epiſcopus de præb. in 6. Tiraquel-
lus in d. l. ſi vnquam in verbo reuertatur n. 337. A-
liud obtinet in rebus prophanis violenter
occupatis, quia pœna legis, ſi quis in tantum,
& l. meminerint. C. vnde vi. incurritur per ſen-
tentiam, & non ipſo iure. Rip. in c. ſæpe nu. 100.
hoc tit. Menoch. in remed. 8. recuper. n. 50. & 65. &
ſeq. & remed. 9. recup. num. 35. & ſeqq.

Datur poſſeſſorium † hoc ſpoliato eiuſ- 27
que ſucceſſori, l. 1. §. interdum hoc tit. ff. de vi &
vi arm. c. ſignificauerunt §. vnde & ibi gloſſ. in ver-

*bo ea ratione de teſtib. Greg. xv. deciſ. 542. num. 2. & ſeqq. & ibi annot.* contra illum, qui deiecit, vel mandauit, vel ratum habuit, vel dolo malo fecit, quo quis deijceretur, *d. c. cum ad ſedem §. fin. l. cum à te l. 3. §. cum procurator ff. de vi & vi arm. c. notum 2 quæſt. 1. Ripa in c. ſæpe num. 8. hoc tit. Greg. xv. deciſ. 542. num. 3.* ac contra ſpolio conſentiente, *c. notum 2. quæſt. 1. & ibi gloſſ. fin. dicit aliquem tribus modis conſentire ſpolio.* & contra vniuerſalem eius ſucceſſorem, *l. 1. § fin. l. 3. in princ. & § fin. ff. de vi & vi arm. gloſſ. in d. c. ſignificauerunt § vnde in verbo ea ratione.* quia de facinoribus defunctorum, de eo, quod ad hæredem peruenit actio datur, *l. 3. in princ. ff. de vi & vi arm.* non autem
28 contra † ſucceſſorem in re, quia non omnis ad quem res peruenit, tenetur interdicto vnde vi, *c. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. d. l. cum à te ff. de vi & vi arm.* ſed is tantum, qui ſcienter rem illam recepit à deiectore, *c. ſæpe hoc tit.* de æquitate canonica datur contra quemlibet poſſeſſorem, *3. quæſt. 1. c. reintegranda 2. quæſt. 2. quaſi per totum c. quia G. de iud. late Socin. ſen. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poſſeſſ. Greg. xv. deciſ. 542. num. 3. & ſeqq. & ibi annot. Ripa in d. c. ſæpe n. 9.* vt dictum eſt ſupra in principio tituli.

## De dolo & contumacia.

## Titulus XIV.

### *SVMMARIA.*

1 *Doli mali definitio.*

2 *Dolus fit, aut ex propoſito, & tunc aut dat Cauſam Contractui, aut incidit in contractum, aut fit re ipſa.*

3 *Dolus quando dat Cauſam contractui bonæ fidei, ipſo iure non tenet contractus, ſi velit deceptus, & ſtatum eſt in finibus contractus, quod ſi traditio interuenerit, tunc traditionis effectus reſcinditur per actionem de dolo.*

4 *Dolus alterius tertij non annullat contractum.*

5 *Dolus quando dat Cauſam Contractui ſtricti iuris, tenet Contractus, ſed decepto datur exceptio doli, & actio de dolo.*

6 *Excipe ab vtraque regula quando dolus interuenit in ſpiritualibus; qui non annullat actum neque de ſeo poteſt excipi aut agi.*

7 *Dolus incidens in contractu bonæ fidei purgatur actione ex eo contractu. ſi incidat in Contractu ſtricti iuris, actio de dolo eſt neceſſaria.*

8 *Dolus quando in contractu interuenit re ipſa, & non ex propoſito alterius, tenet Contractus ſed ſi contrahens eſt minor, reſtituitur, ſi maior, & decipiatur vltra dimidium iuſti pretij, agit deceptus, vt vel reſcindatur contractus, vel vt ſuppleatur iuſtum pretium in contractibus bonæ fidei actione ex contractu.*

9 *In contractibus iuris actione de dolo.*

10 *De Dolo actio eſt mere perſonalis, arbitraria, ſubſidiaria.*

11 *Non datur quibuſdam perſonis.*

12 *Debet moueri & terminari intra biennium continuum.*

13 *Doli exceptio ex parte opponentis eſt realis, ex parte altera cui opponitur perſonalis.*

14 *De Dolo auctoris exceptio doli, an obijciatur ſingulari ſucceſſori.*

15 *Succeſſor vniuerſalis ſemper repellitur exceptione doli.*

16 *Contra patronum & parentem, & contra heredes patroni vel patris, non opponitur exceptio doli à liberis & libertis.*

17 *Aduerſus doli mali exceptionem non datur replicatio doli.*

18 *Dolum quando plures committunt, an quilibet de dolo teneatur.*

19 *Contumaciæ definitio.*

20 *Committitur multis modis, & quomodo contrahatur contumacia in non veniendo.*

21 *Non venientis contumaciter pœnæ ſunt diuerſæ in perſonis rei.*

22 *Actoris.*

22 *Actoris.*
23 *Neutro comparente citatio circumducitur, & inſtantia perit.*
24 *An poßit appellare.*
25 *In non reſtituendo contumacia pœna.*
26 *In non reſpondendo contumacia quomodo contrahatur, & eius pœna.*
27 *Recedentis ſine licentia pœna.*
28 *In non exhibendo contumax condemnatur in id quod intereſt actoris, delato iureiurando in litem.*
29 *Circa præſtationem iuramenti calumniæ contumaciæ pœna.*
30 *In non defendendo contumaciæ pœna.*
31 *Minus inſtructi comparentis pœna.*
32 *Contra latitantem ſufficit citationis edictum in Eccleſia ſua publice proponere, vel denunciationes ad domum mittere.*
33 *Appellantis temere ab interlocutoria & grauamine, & à præſentia iudicis recedentis pœna.*
34 c.fin.hoc tit.in 6.*explicatur.*
35 *Contumax in vno actu iudicij, quando ad certum actum vel articulum facta eſt citatio, ad alios actus citari debet.*
*Si vero citatio fuit facta generalis ad totam cauſam agendam, procedi poteſt abſque alia citatione ad definitiuam, ſi citatus nunquam comparuit, alias ſi comparuiſſet, tunc poſtea ad alios actus requireretur noua citatio.*

IN lite ſæpius incidit quæſtio de dolo, &
quo ordine plures qui dolum fecerint
conueniri debeant, ſæpius etiam in eadem,
actor aut reus contumaciter verſantur, ideo
poſt titulos de ordine cognitionum, cauſa
poſſeſſionis & proprietatis, reſtitutione ſpo-
liatorum, addit de dolo & contumacia. Do-
1 lus † malus eſt, calliditas, fallacia & machi-
natio ad circumueniendum, fallendum, de-
cipiendum alia adhibita; *l*, 1, §. 1. *ff. de dolo*, bo-
num dolum pro ſolertia veteres accipie-
bant, *d. l.* 1. §. *non fuit autem l. cum pater* §. *tito ff.*
*de leg.* 2. *l. at qui natura* §. *ſi cum me ff. de neg. geſt.*
Dolus † multipliciter fit, aut ex propoſi- 2
to, & tunc vel dat cauſam contractui, vel in-
cidit in contractum, aut fit reipſa, §. *pen. verſ.*
*aliquando & ibi gloſſ. in verbo actio Inſtit. de perpet.*
*& temp. actionib. & DD. l. ſi quis eum aliter ff. de*
*verb. oblig. l.* 2. *C. de reſcind. vend.* Contra dolum
plura prodita ſunt remedia, videlicet nulli-
tas actus, actio de dolo, exceptio doli, iuxta
infraſcriptas regulas. Quando † dolus dat 3
cauſam contractui bonæ fidei, hoc eſt, quia
deceptus, non erat alias contracturus, niſi
dolo ſecum contrahentis fuiſſet inductus ad
contrahendum, ipſo iure non tenet contra-
ctus, ſi velit deceptus, & ſtatum eſt in fini-
bus contractus; quod ſi traditio interuene-
rit, tunc traditionis effectus reſcinditur per
actionem de dolo: *l. & eleganter & ibi gloſſ. in*
*verb. ſi in hoc ipſo ff. de dol. & ibi DD. l. in cauſæ la.*
2 *& ibi gloſſ. in verb. ne inter maiores ff. de minor.*
*& c. c. cum dilecti cap. cum cauſa & vtrobique gloſ.*
*fin. de empt. & vend. & Can.* Dolus alterius † 4
tertij, vt proxenetæ, non annullat contra-
ctum; *l. ſi procurator ff. de dol. except. iniquißi-*
*mum ff de iur. & fact. ignor. l. ſumma* §. *emptor ff.*
*de peculio l. alterius ff. de reg. iur. c. non debet eod. in*
6. niſi ex aliqua cauſa ille tertius reputetur i-
dem quod contrahentes, vt in tutore, cura-
tore, negotiorum geſtore, cuius factum ra-
tum habemus, & in eo cui hæredes ſumus, *l.*
*ſed & ex dolo ff. de dol. Bart. in d. l. & eleganter nu.*
3. Quando vero dat cauſam † contractui 5
ſtricti iuris, tenet contractus, ſed decepto
datur exceptio doli, & actio de dolo, *d. l. &*
*eleganter* §. *ſeuerus l. dolo C. de inutil. ſtipul. ſi quis*
*non aliter ff. de verb. oblig.* Excipe ab † vtra- 6
que regula quando dolus interuenit in ſpi-
ritualibus, qui non annullat actum, neque
de eo poteſt excipi, aut agi, vnde ingreſſus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in religionem per dolum tenet; *c. dudum de*
*conuerſ.coniug.*matrimonium per dolum cõ-
tractum tenet,*gl.pen.in fine in l.à Diuo Pio ff.*
*de rit.nupt.Pan.in c.cum dilecti num.7.de empt.*
*& vend.& ibi Can.* quia non fit conditio e-
ius,qui dolum paſſus eſt,deterior. Dolus in-
7 cidens † in contractu bonæ fidei, purga-
tur actione ex eo contractu,etiãſi ſit læſio in
minore ſumma,quam dimidia iuſti precij: *l.*
*Iulianus §.ſi venditor & §§.ſeqq ff.de act.empt.l.*
*ſi quis affirmauerit & ibi gl.1.ff.de dol.Bald. in l.*
*2.nu.4.C.de reſcind.vend.d.l. & eleganter §. non*
*ſolum in fine,*ſi incidat in contractu ſtricti iu-
ris,tunc actio de dolo eſt neceſſaria, *d. l. &*
*eleganter §.non ſolum & §.ſeuerus d.l.ſi quis non*
*aliter,*ratio diuerſitatis eſt, quia in contra-
ctibus bonæ fidei alter alteri obligatur in
id, quod alterum alteri ex bono & æquo
præſtare oportet,etiam in ijs quæ non ſunt,
dicta:in contractibus ſtricti iuris neceſſe eſt
quod omnia deducantur in ſtipulationem,
& alias nihil venit,*d.§.fin.& ibi gl.pen.& fin.*
*& DD.Inſtit.de oblig. ex conſenſu l. quidquid*
*aſtringendæ & ibi gl.1.& 2.& DD.de verb.oblig.*
ex quibus notabilis inſurgit effectus, quia
quando dolus defuncti purgatur per actio-
nem ex contractu deſcendentem, hæredes
tenentur inſolidum,non attento, quantum
ad eos peruenit,*l.ſi hominem §.1.& ibi gl. po-*
*nit aliquot fall.& DD ff depoſ.l. ex depoſiti l. ex*
*contractibus ff.de act.& oblig. l. ad ea §. fin. ff. de*
*reg. iur.* actio vero de dolo datur in hære-
dem,eatenus,quatenus ad eum peruenit, id
eſt quatenus ex ea re locupletior hæreditas
peruenit,doloue eius malefactum eſt, quo
minus perueniat,*l.in hæredem & ibi gl.& l.ſeq.*
*ff. de dolo.* Dicitur autem dolus in contra-
ctum incidere,quando deceptus fuiſſet alias
contracturus,ſed dolo alterius decipitur, vt
minori pretio contrahat,*gloſſ in d. l. Iulianus*
*§.ſi venditor in verb.venderet & ibi DD.* Quan-
do † quis decipitur in contractu reipſa,& 8
non ex propoſito alterius,tenet contractus,
ſed ſi contrahens eſt minor, reſtituitur pro
leui etiam damno,non pro minimo: *l.ſuo ff.*
*de in integ.reſtit.l.in cauſa la.2.§.idem Pomponius*
*& ibi gl.ff.de minor.*ſi maior & decipiatur vl-
tra dimidium iuſti pretij,ager deceptus, vt
vel reſcindatur contractus,vel vt ſuppleatur
pretium,quantum conſtaret legitimæ ven-
ditionis iuſto pretio defuiſſe,data electione
emptori,in contractu bonæ fidei actione ex
eo contractu,& ſic perpetuo,vel ſecundum
alios officio iudicis infra quadriennium,pe-
tita in integrum reſtitutione, *l. 2. & ibi gloſſ.*
*pen.& DD.C.de reſcind.vend.c.cum dilecti & ibi*
*gl.fin.& Can.c.cum cauſa & ibi gloſſ.fin. de empt.*
*& vend.l.in contractibus & ibi gloſ.pen.C.ex quib.*
*cauſ.maior.* & vtrumque eſt in obligatione
alternatiue tamen: *Pan.in d.c.dilecti ſub n.9.*
*&* 10.vnde infertur, quod re vendita per-
empta poteſt agi,vt ſuppleatur iuſtum pre-
tium,quia quando dico alternatiue ſunt in
obligatione, vno perempto remanet aliud
in obligatione,*l. plerumque verſ.fin. ff. de iur.*
*dot.l.ſi Stichum ff.de verb.oblig.*in contractibus
vero ſtricti iuris actione de dolo, *d. l. & ele-*
*ganter §.non ſolum in fine,* vel condictione in-
certi,vel actione in factum ſubſidiaria. De-
ceptio quæ non eſt vltra dimidium iuſti pre-
tij toleratur, licet enim contrahentibus na-
turaliter ſe inuicem circumſcribere,*l.in cau-*
*ſa la.2.§.idem Pomponius ff de minor.l.item ſi in*
*pretio §.fin.ff.locati & ibi gloſſ.& DD.* In vnico
contractu innominato,*facio vt des,* quando
ex facto nihil adeſt parti, vel factum non eſt
repetibile,habet locum † actio de dolo,ad 9
intereſſe ob non ſeruata promiſſa,*l.cum pro-*
*ponas,& ibi Bart.& DD.C.de dolo,* quia ceſſat
æquitas,quæ habet producere implenti ex
parte ſua actionem præſcriptis verbis, *l. na-*
*turales §.quod ſi faciam & ibi gloſſ.1.& Bart. &*
*DD.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*DD.ff.de praſt.verb.c.cum proponas & ibi Bart. &*
*DD.C.de dolo,* Vbi autem dolus adhibetur
extra contractum ſiquidem cadat in ſpecia-
le nomen maleficij, vt furti &c. non agetur
actione de dolo, aut ſtellionatus, ſed illa ſpe-
ciali, quæ prodita eſt ex eo crimine, *l. 3.ff. de*
*crimine ſtellionat. Bart. in d. l. & eleganter n.9.l.1.*
10 *in fine princ & l.3.& 4.ff. de dol.* Actio de †
dolo eſt mere perſonalis, quia in eo oportet
exprimere, quis fecerit, & cui factus ſit do-
lus, ac in qua re: *l.ſed & ex dolo §.fin.& ibi glo.*
*& l.ſeq.ff de dol.* arbitraria, *§.præterea Inſtit. de*
*act.& ibi poſt gl. DD.l.arbitrio ff.de dol.* ſubſidia-
ria, quia nunquam competit cum ſpeciali,
alia ciuili, vel prætoria, ordinaria, vel extra-
ordinaria, etiamſi ſit interdictum, quo quis
experiri, vel exceptio qua ſe tueri poſſit, *l. de*
*dolo & ibi gl.pen.C.de dol.l.1.§.non fuit & l.fin.*
*ff.eod.* vel ſit pœnalis, popularisue actio, *d.l.&*
*eleganter in fine princ.& §.ſi ſeruum cum duobus*
*§§.ſeqq.* aut ſi quis in integrum reſtitui poſſit,
ſed etſi alia actio, quam tempore commiſſi
doli habebat, tempore finita ſit, vel in ſtipu-
latum deducta, & acceptilatione aut alio
modo ſublata ſit; quoniam habuit aliam a-
ctionem, niſi in amittenda actione dolum
malum paſſus eſt, *l.1.§.idem Pomponius & §§.*
*ſeqq ff.de dolo,* ſiue aduerſus eum ſit, vel fue-
rit actio, aduerſus quem de dolo quæritur,
ſiue aduerſus alium ſit actio, vel ab alio res
ſeruari poſſit: *d.l 1 § fin.& ll.ſeqq. l. ideoq́; cum*
*l.ſeq.ff.de dolo,* criminalis accuſatio non tollit
actionem de dolo: *l.ſi quis affirmauerit §. fin.*
*ff.de dol.* non datur pro modica ſumma, id eſt
vſque ad duos aureos, *l.ſi oleum §.fin.& l.ſeq.*
*ff.de dol.*
11 Non datur † quibuſdam perſonis, vtpu-
ta, liberis, vel libertis aduerſus parentes, pa-
tronoſue, nec humili aduerſus eum, qui dig-
nitate excellit, vtputa, plebeio aduerſus con-
ſularem receptæ auctoritatis, vel luxurioſo
atque prodigo, aut alias vili aduerſus homi-
nem vitæ emendatioris, ſed in eos datur in
factum, verbis temperanda actio, vt bonæ
fidei mentio fiat, ne ex dolo ſuo lucrentur,
*l.non debet & l.ſeqq ff.de dol,* hæredibus tamen
harum perſonarum, item aduerſus hæredes
patris & patroni de dolo actio erit danda, *l.*
*hæredibus ff.de dol.* quia in hac actione doli,
tantum calculi ratio habetur, ſic enim for-
matur libellus conuenio te actione dolo, de
eo, quod ad te, peruenit ex dolo defuncti, *l.*
*Sabinus ff.de dol.gl.in d.l.hæredibus.* Debet mo-
ueri † & terminari intra biennium conti- 12
nuum quod currit abſenti niſi abſit cauſſa
reipublicæ. *ſi non poſſunt C.de dol.* & ignoranti,
ex eo die, quo aſſeritur commiſſus dolus, nu-
merandum; de eo quod ad doloſum non
peruenit, & litis conteſtatio, eam non per-
petuat: *l.ſi.C.de dol.& ibi gl.1.Bart.& DD. com-*
*muniter.* in id in quo locupletior factus eſt,
in ipſum, qui dolum commiſit, eiuſque hæ-
redem, de eo, quod ad eum peruenit, perpe-
tuo datur in factum actio, *l.itaque §. fin. in*
*fine & l.ſeq.ff.de dol.l.toties ff.de reg.iu.* Exceptio
doli † ex parte opponentis eſt realis ex al- 13
tera parte cui opponitur, perſonalis; quia in
ea ſufficit exprimere, quod is, cui opponi-
tur, dolum fecerit, ſed non eſt neceſſe ex-
primere, cui dolus factus ſit, *l. 2. §. ſequitur*
*& l.apud Celſum.ff.fin. de dol. mal. except.* De
dolo † auctoris, exceptio doli non obij- 14
citur, *d. §. fin.* ſingulari ſucceſſore habenti
cauſam oneroſam, quia oritur ex delicto
perſonæ, niſi auctoris acceſſione vtatur, quia
tunc cohæret rei, *l.apud Celſum §.item quæri-*
*tur 2.verſ.de auctoris dolo & ibi gloſſ.in verbo ex-*
*ceptionem & §.ſi quis autem verſ.auctoris autem*
*dolus & verſ.ſeqq. ff.de dol.mal. & met. except.*
*pulchre Franc.in c.vnico §.verum num.6.& 7. de*
*iurepat.in 6.* aut res ad eum, qui dolo fece-
rit, ſit reuerſura; *d.§.ſi quis autem verſ. item*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tractat.* habenti cauſam lucratiuam, vel
quamcunque aliam cauſam, quæ prope lu-
cratiuam habet acquiſitione, obijcitur, et-
iamſi acceſſione non vtatur, *d. §. ſi quis autem*
*& ibi gloſſ. in verbo repellendos & §. item tractat.*
*verſ. cæterum & verſ. ſeqq.* Succeſſor vniuerſa-
15 lis † ſemper repellitur hac exceptione,
quia in omnes ius defuncti ſuccedit: *l. cum*
*hæres ff. de diuerſ. & temp. præſcript. l. hæredem l.*
*hæreditas ff. de reg. iur.* id ſpeciale eſt, quod non
16 ſolum contra patronum, & † parentem,
ſiue ex ſuo, ſiue ex alieno contractu conue-
niatur, ſed neque contra hæredem patroni
vel patris opponitur exceptio doli à liberis
& libertis, licet eis contra hæredes patris &
patroni detur actio doli, *l. hæreditas ff de dol.*
quia in exceptione, non quia aliquid apud
hæredem ſit, ſed quia defunctus dolum
commiſit, & de perfidia excipitur, & ideo
non de dolo, ſed in factum excipitur, nam
conuenit illis viuis, & mortuis honorem ex-
hiberi, *l. apud Celſum. §. aduerſus.* Aduerſus do-
17 li mali exceptionem, non † datur repli-
catio doli mali, quia iniquum eſſet commu-
nem malitiam petitori quidem præmio eſ-
ſe, ei vero cum quo ageretur pœnæ eſſe; cum
longe æquius ſit, ex eo, quod perfide geſtum
eſt, actoré nihil conſequi, *l. apud celſum §. item*
*quæritur 1. verſ. Marcellus ff. de dol. mal. & met. ex-*
18 *cept.* Quando plures † committunt dolum
principaliter, & ad quemlibet eorum prin-
cipaliter, & pariter, negocium ſpectat, tunc
quilibet de dolo tenetur, & vnius ſolutione
omnes liberantur, quando agitur ad rem,
vel ad intereſſe, *l. ſi plures ff de dolo.* ſecus ſi a-
gatur ad pœnam: *l. pen. §. hoc iudicium ff. ne*
*quis eum, qui in ius vocatus & c. & ibi gloſſ. in ver-*
*bo in ſingulos &* DD. ſi negocium ſpectat ad
vnum principaliter, ad alium non; ſiqui-
dem vnus commiſit dolum, alius culpam,
conuenitur prius ille, qui culpam commiſit,
ſed poteſt excipere, vt is qui dolum commi-
ſit prius conueniatur ſuis ſumptibus, vel
contra ipſum actiones ſibi præſtentur, *l. cum*
*in plures §. veſtimenta ff locati.* aut ambo com-
miſerunt dolum, & ſi dolus dederit cauſam
contractui, prius conuenitur ille ad quem
principaliter negocium ſpectat, in ſubſi-
dium deuenitur ad eum, ad quem ſpectat
incidenter, *d. l. & eleganter in princ. & §. ſi qua-*
*drupes & §. ſi dolo.* aut eſt dolus incidens in
contractu, & ille ad quem negocium prin-
cipaliter non ſpectat non poterit conueniri,
non ex contractu, quia non contraxit, nec
de dolo, quia alia actio competit, niſi forte
in ſubſidium, *d. l. ideoque & l. ſeq ff. de dolo d. §.*
*ſi quadrupes Bart. poſt gloſſ. in d. l. & eleganter nu.*
*2. Bald. num. 7. & DD.* Contumacia eſt quæ-
dam voluntaria † inobedientia, qua quis 19
monitionem iudicis adimplere contemnit,
*l. contumacia ff. de re iud. c. prout & ibi gloſſ. 1. hoc*
*tit.* probatur per inſtrumentum, licet ſonet
in crimen, quia debet ſcribi in actis. *l. prope-*
*randum §. 1. poſt princ. C. de re iud. Bald. in l. 1. ſub*
*num. 3. verſ. quæro nunquid C. quor. appell. non re-*
*cip.* Committitur † multis modis, quan- 20
doque in non veniendo, *c. 2. c. cum dilecti ad*
*finem hoc tit.* quod poteſt contingere tribus
modis; vno quia peremptoria, perſonali,
*Caputaq. deciſ. 107. num. 4. part. 1. c. fin. hoc tit.*
*Gregor. xv. deciſ. 430. num. 1. & ibi annot.* cita-
tione recepta, venire contempſit, alio, quia
malitioſe ſe occultat, tertio, quia impe-
diunt, ne ad eum citatio perueniret, *c. quo-*
*niam §. porro vt lit. non conteſt. & c. c. quidam 5.*
*quæſt. 1. c. certum xj. quæſt. 3. l. ſi dictum §. ſi præ-*
*ſente ff. de ciuit.* Eſt duplex vera, & ficta, quæ
appellatur imaginaria, ſiue coniecturata,
aut præſumpta, *c. venerabilibus §. porro verſ.*
*idem eſt de ſent excommun.* Vt quis dicatur ve-
rus contumax, duo requiruntur, ſcilicet
quod cognouerit ſe citatum legitime, quo-
cunque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cunque autem modo cognouerit ſatis eſt, *l. item veniunt § petitam verſ. à quo ff. de petit. hared.* item quod potuit venire, *l. ex conſenſu §. eum qui ff. de appell. & relat. & ibi gloſſ. Bart. & DD.* Præſumptiue contumax eſt, qui aliquo impedimento detentus in termino comparere nequiuit, *d. c. venerabilibus §. porro verſ. idem eſt de ſent. excomm. in 6. l. 2. & 3. ff. ſi quis cautionibus & c. c. ex literis de reſt. in integr. & ibi Can.* aut de citatione emiſſa non habuit notitiam, *l. Diuus ff de in integr. reſtit.* ideo citatus ad domum, ſi ad eius notitiam congruo tempore peruenit citatio, & venire contempſit, dicetur verus contumax, & licet iudex à quo eius appellationem receperit, quia eum habuiſſe notitiam citationis ignorabat, tamen ſi de eius ſcientia probatur coram iudice ad quem, ſuper eius appellatione non procedetur. Eodem modo ſi fuit citatus perſonaliter, & dum vellet venire, fuit impeditus aliqua iuſta cauſa, licet iudex à quo, eius non receperit appellationem, quia eum verum contumacem reputabat, tamen hoc probato coram iudice appellationis, procedetur in eius cauſa; *d. l. ex conſenſu §. eum qui, l. & poſt edictum §. fin. ff. de iud. Bart in l. fin. numer. XI. & ſeqq. ff. de in integr. reſtis. & ibi DD. ſequitur Anchar. in clem. 1. num. 10. hoc tit. Bald. in l. ea qua numer. 1 & 5. C. quomod. & quando iud.* nam debet plene cognoſci partibus citatis an eius appellatio ſit recipienda vel non, *l. 1. & ibi gloſſ. in verb. ſummatim in fine & Bart. in fine C. quor. appell. non recip.* alias ab iſta reiectione appellationis poſſet appellari. Quandoque in non reſtituendo: *l. qui reſtituere ff de rei vend.* quandoque in non reſpondendo, vel obſcure reſpondendo, quod idem eſt ac ſi non reſponderet *l. de ætate § qui tacuit § nihil ff de inter. act.* quandoque in recedendo ſine licentia: *c. prout hoc tit. c. certum XI. quæſt. 3. c. conſtitutis de procur. c. 1. de iud.* quandoque in non exhibendo; *l. creditor § iuſtus ff. de appell.* quandoque in non iurando; *l. manifeſte ff. de iureiur.* quandoque in non defendendo: *l. mutus § pœna ff. de procur.* quandoque in minus inſtructe comparendo: *c. 1. de elect. in 6.* quandoque latitando: *l. fulcimus § 1. verſ. quod autem ſi latitare ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* quandoque interponendo appellationem manifeſte friuolam ab aliquo grauamine ante ſententiam definitiuam, *Clem. 1. hoc tit.*

Pœnæ contumaciter † non venientis 21
ſunt diuerſæ, in perſonis rei, & actoris: ſi mãdatur reo, vt ad certum terminum ſe iudici repræſentet, duo ſub hac forma mandantur; ſcilicet vt ad iudicem veniat, & ad diem ſibi præfixum accedat; vnde ſi venire non poſſit ad diem aſſignatum, tenetur nihilominus ſe iudici præſentare poſt terminum quam citius poteſt: alias ſi contumaciter nõ venit ante litem conteſtatam, ad legitimas & moderatas expenſas, quas actor fecerit à tempore citationis emiſſæ, condemnatur: *c. 2. in fine c. cum dilecti hoc tit. & ibi gl. fin. & Can.* & perdit priuilegium declinandi forum, cui expreſſe poteſt renunciare: *l. de die § plane ff. qui ſat ad. cog. & c. Afflict. deciſ. 133.* item poteſt iudex rei petitæ poſſeſſionem ſequeſtrare, *c. 2. hoc tit.* in cauſa in qua non habet locum miſſio in poſſeſſionem: *c. olim de reſcript. Ioan. Monach in c. locupletari ſub num. 15. verſ. ſin autem & num. 16. & ſeq. & ibi Ioan. And. ſub num. 9. verſ. aut eſt cauſa & n. 215. ſeqq. de reg. iur. in 6. Gail. obſ. 60. lib. 1.* imo in omni cauſa iudex, ſi vult, mitius agendo poteſt in contumaciam eligere viam ſequeſtri, omiſſa tenuta ſiue miſſione ex primo decreto: *l. poſtquam in fine princ. vbi in contumaciam non cauentis ponitur alternatiua, ff. vt leg. & fideicommiſſ. nom. caueat. Io. Monach. in c. locupletari num. 17. 18. & ſeqq. & ibi Io. And. n. 10. 11. & ſeqq. de reg. iur. in 6 Franc. Aretin. in l. intereſſe ſub num. 1. verſ. in ſe-*

*queſtro*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*queſtro autem neceſſario ff.de acq.poſſeſſ.* aut actorem mittere in poſſeſſionem: *dictum eſt ſupra vt lit.non conteſt.&c.Mynſ.obſ. 66. cent. 4.* vel præcipere quod oſtia domus alicuius claudantur: & ſigillentur, vt multum practicant officiales curiæ Romanæ; *Iaſ.in l. ſi fideiuſſor §.ſi ſatiſdatum num.29.ff. qui ſatiſdat. cog.* poſt litem vero conteſtatam, ſi liquet de cauſa, fertur contra reum ſententia definitiua, *l.properandum §.ſin autem C.de iud.* ſi non liquet actor in veram poſſeſſionem inducitur, ſeruata duxtaxat reo quæſtione proprietatis: *c.prout hoc tit.& ibi gloſſ.fin. & Can.* Actor qui ad terminum venire, ad quem citari aduerſarium fecerit, non curauit etiam ex iuſta cauſa impedimenti, *Mynſ.obſ.87.cent.5.* venienti reo & contumaciam actoris accuſanti, *l. properandum § & ſi quidem ibi actoris abſentia accuſante C.de iud. Auth. qui ſemel C. quomod. & quand. Iud.* condemnatur in expenſis, ad citationem aliam minime admittendus, niſi ſufficienter cauerit quod in termino fideliter debeat comparere; *c. 1. hoc tit.in 6.Gail.obſ.59.lib.1.* Præſumitur autem malitioſe abeſſe, niſi contrarium probetur; *c.cum Bertholdus de re iud.c.querelam de proc.* ac lite non conteſtata poſſunt teſtes recipi, inducti à reo, & ſententia definitiua ferri, ſi liquet de cauſa, *c.cauſam quæ & ibi gloſſ. pen. hoc tit. l. & poſt edictum & ibi gloſſ.in verb. de-*
22 *bet ff.de iud.* Actor † contumax ſiue vincat ſiue ſuccumbat ſemper condemnandus eſt in expenſis in quibus reus victus non condemnatur actori contumaci victori quod ſpeciale eſt in pœnam contumaciæ actoris, *l.properandum §.ſin autem ex geſtis C.de Iud.c.calumniam de pœnis, Mynſ.obſ.67.cent.4. referens duas opiniones.* ſi non liquet, reus abſoluetur ab obſeruatione iudicij. *l. ſi præſes C. quom.& quand.Iud.&c.dictum eſt ſupra tit. vt lit.non conteſt.&c.Mynſ.obſ.65.cent.4.* Neu-
tro † vero comparente, etiam ex cauſa le- 23
gitimi impedimenti citatio circumducitur, & inſtantia perit; ex integro autem litigari poteſt, *d.l.& poſt edictum verſ.quod ſi is Rot præfatos caſus omnes decidens deciſ. 7.de verb.ſignif. in antiq.Mynſ.obſ.87.cent.5.* niſi talis ſit cauſa, vt in ea procedi poſſit, non obſtante contumacia partium, vt ſunt cauſæ electionum &c. in quibus punitur reus, tanquam contumax licet actor etiam fuerit cotumax; *c.cupientes § quod ſi per viginti & ibi gl.in verb. opponentes & Franc.n.4.& Can.de elect.in 6.* Id in vtroque obtinet, quod ex peremptorio abſens, ſiue contumax in non veniendo, condemnatus ſi appellet, non eſt audiendus; niſi venerit iudice ſedente pro tribunali, *l. diuus ff.de reſtit.in integr.* ſi modo per contumaciam veram defuerit, ſin minus audietur, *d.l.& poſt edictum §.fin,ff.de iud.c.fin.§.ſunt etiam 2. quæſt.6.l.1.C.quor.appell.non recip.ab eo C.quomod.& quand.Iud.&c.* Expreſſe contumax, vt quia nuncio citanti ad totam cauſam, dixit ſe nolle venire, vlterius non eſt audiendus, *Mar.Socin.de citat.art.27.num.29.& ſeqq. Gab Concluſ.vnic.de cit.num.418.in fine.* tamen auditur appellans ſi modo venerit iudice ſedente pro tribunali, quia poſtea mutauit propoſitum, quod ex eo apparet, quia confeſtim iudicem ſedētem pro tribunali adijt, *Bart.in d.l.diuus n.4 licet Bald.aliter ſentiat.in l. ea quan.1.& 5.C.quom.& quand.Iud.&c.& in l.1.in fine C.quor.appell.non recip.* Citatus ad vnum articulum, reſpectu ſecundi vel tertij termini peremptorij, & reſpectu aliorum actuum, eſt iterato citandus; *Mar.Soc.de citat. art.27.ſub n.30.Greg.xv.deciſ.518,nu.8.& 9.* & hæc eſt pœna contumacis in non veniendo. Contumax in non exhibendo, vel in non
reſtituendo † appellat, *l.creditor §.iuſſus ff.de* 24
*appell.* contumax in non iurando de calumnia poteſt appellare, *gloſſ.in d.§.iuſſus in verbo*

appellandi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*appellandi auxilium & ibi* DD. *l 2.§. ſin autem reus & ibi not.* C. *de iuram. Calumn.* præterea
excommunicato pro vera & manifeſta con-
tumacia, abſolutio impendenda non eſt, ni-
ſi primo expenſarum ſatisfactione ac de
ſtando iudicio cautione præſtita; excõmu-
nicato pro præſumpta contumacia, quia ci-
tatus præfixo ſibi termino non comparuit,
ſi alleger, quod recte contumax reputari nõ
debet, pro eo, quod in itinere captus, vel e-
tiam alio impedimento detentus compare-
re nequiuit, protinus beneficium abſolu-
tionis debet impendi, *c. venerabilibus §. porro
verſ. item eſt de ſent. excomm. in 6.* Pœnæ con-
25 tumacis † in non reſtituendo rem ad iuſſum
iudicis, variæ ſunt iuxta qualitatem delicti;
ſiquidem habet rem, manu militari, id eſt
per familiam iudicis, non autem per auxi-
lium Capitanei Guerræ, niſi in ſubſidium ex
magna cauſa, officio iudicis ab eo poſſeſſio
transfertur, & fructuum omniſque cauſæ
nomine fit condemnationis executio: *l. qui
reſtituere 1. reſp. & ibi Bart. num 1 & 3 ff. de rei
vendic.* ſi dolo fecit, quo minus poſſideret,
& poſſit reſtituere, quantum aduerſarius in
litem iurauerit, damnatur: nec actor ca-
uere ei debet actiones, quas eius rei nomi-
ne habet, ſe ei præſtiturum, *d. l. qui reſtituere
2. reſp. cum ll ſeqq.* neque publicana ei datur,
ne in poteſtate cuiuſque ſit, per rapinam
ab inuito domino rem iuſto vel iniuſto pre-
tio comparare. *l nec quaſi ff. de rei vend. & ibi
gloſſ.* ſi culpa fecit, quominus poſſit reſti-
tuere, non pluris quam res eſt, id eſt quanti
aduerſarij interfuit, ratione damni emergẽ-
tis, & lucri ceſſantis condemnatur, & ſol-
uenti æſtimationem litis, cedendæ ſunt a-
ctiones, *l. ſi culpa in princ. & l. qui petitorio §. 1.
ff. de rei vendic. l. non tantum §. veniunt verſ. imo ff.
de petit. hæred. d. l. qui reſtituere 3. reſp. l. in actio-
nibus ff. de in lit. iur.* ſi dolo & culpa caret, non
tenetur. *l. ſin autem § 1. l. ſi in rem actum ſit ff.
de rei vendic.* Quæ generaliter locum habent
in interdictis, & actionibus ſiue in rem, ſi-
ue in perſonam, ex quibus arbitratu iudicis
quid reſtituitur, *d. l. qui reſtituere verſ. fin. & ibi
Bart. circa fin.* Contumacia in non † reſpon- 26
dendo contrahitur, quando quis præſens
interrogatus iuſſuſque à iudice in iure, id eſt
eo loco vbi iuris dicendi vel iudicandi gra-
tia conſiſtat, vel ſi domi, vel in itinere hoc
agat, *l. 4 § fin. ff de interrog in iure fac.* reſpon-
dere ſine rationabili cauſa recuſat: *cap. 2. de
confeſſ in 6. Bart. in l. de ætate § qui tacuit in fi-
ne ff. de interrog. act.* habetque vim probatio-
nis circa interrogationes, quæ fiunt ad præ-
parationem iudiciorum, *l. 1. l. qui interrogatur
cum ll ſeqq. & l. non alienum ff de interrog act. in
d. l. qui petitorio.* contra contumacem; & ſi no-
cet confeſſio habetur pro confeſſo, ſi nocet
negatio, habetur pro negante: *gloſſ. in c. 2. §.
fin. in verb. pro confeſſo de confeſſ. in 6 l. non alie-
num ff. de interrog. act. Bald. in d. l. de ætate §. qui
tacuit.* conuictus de mendacio habetur pro
confeſſo ſuper toto, niſi iuſta ratione excu-
ſetur, *d. l. de ætate § ſi cum eſſet.* verum ſi an-
tequam iuſſus ſic fuerit reſpondere, contu-
maciter eum abſentari contingat, non ha-
betur pro confeſſo, aut negante, ſed eſt a-
lias contra eum tãquam contumacem pro-
cedendum: *c. 2. § verum de confeſſ. in 6.* con-
tumax in non reſpondendo libello, vel in
litis conteſtatione non habetur pro confeſ-
ſo: *Bald. in l 2. § quod ſi actor ſub nu. 2. C. de iu-
reiur. propter Cal. & c. Franc. in c. 2. ſub num. 5. de
confeſſ. in 6.* de pœna contumaciæ in non re-
ſpondendo poſitionibus dicetur, *infra tit. de
confeſſ* Pœna † recedentis ſine licentia, eſt ea- 27
dem quæ contumacis, quia paria ſunt non
venire, & venire, & ſine licentia recedere.
*c. ſi poſtquam & ibi gloſſ. in verbo mente & Can.
c. cupientes §. quod ſuper viginti & ibi gloſſ. in ver-*

28 *ho comparere de elect. in 6.* Contumax † in non
exhibendo, condemnatur in id, quod inter-
eſt actoris, delato iureiurando in litem, *d. l.
creditor §. iuſſus ff. de appell. §. ſi ad exhibendum
Inſtit. de offic. iud. & ibi gloſſ.* Contumax circa
præſtationem iuramenti calumniæ, ſi eſt a-
ctor, cedit ab actione inſtituta, ſi reus eſt,
haberi debet pro confeſſo. *c. Imperatorum c.
fin. § fin. de iuram. cal. dictum eſt ſupra tit. de iu-
29 ram. Calumn.* De pœna contumacis circa †
præſtationem & relationem iuramenti iudi-
cialis notant DD. *in § item ſi quis poſtulante.
30 Inſtit. de action.* Contumaci † in non defen-
dendo denegatur actio, quoad aduerſarium,
*l. ſeruum §. ait prætor l. mutus § pœna ff. de proc.
facit. l. 3. & l. actionem C. eod.* ſed quoad domũ
tenetur actione mandati ad intereſſe, quia
& hæc ſibi mandatum videtur vt defendat,
*l. ad rem l. ad legatum ff. de procurat. facit. l. ſecun-
da, ff. de iuriſ. omn. iud.*

31 Minus † inſtructus comparens, pro exhi-
bendis iuribus & inſtrumentis alibi, quam
apud iudicem, niſi ex iuſta cauſa, non poteſt
dilationem aliquam obtinere, *c. cupientes §.
32 inſuper in fine de elect. in 6.* Contra † latitantem
qui perſonaliter non reperitur, aut impe-
dientem, ne poſſit citatio ad eum peruenire,
ſufficit citationis edictum in eccleſia ſua
publice proponere, *c. fin. hoc tit.* vel denun-
ciationes ad domum mittere, *c. cauſam quæ
& ibi gl. in verb. ad domum & Can. hoc tit. c. quo-
niam § porro & ibi gl. in verb. impedit. & Can. vt
33 lit. non conteſt. &c.* Pœna eius † qui ab interlo-
cutoria, vel à grauamine, quod ſibi propo-
nit illatum, temere appellans à præſentia iu-
dicis recedit, eſt, quod iudex non teneatur
eum citare ad alia, quæ poſtea in iudicio fa-
cienda incumbunt, vel etiam ad ſententiam
audiendam, proceſſusque validus reputatur
in eius abſentia factus, *c. fin. hoc tit. in 6.* quia
videtur hoc ipſo proteſtari ſe nolle de cæte-
ro coram iudice litigare, cum appellatio
ſubtrahat appellantem in totum à iuriſdi-
ctione iudicis à quo in illa cauſa, ſi iudex ve-
lit poterit citationem adhibere, *Zab. in clem.
1. h. t. Creſcent. deciſ. 10. nu. 3. & 4. eod.* Non pro-
cedit † diſpoſitio *d. c. fin.* quando iudex à 34
quo detulit appellationi, *c. cum appellationibus
verſ. 1. de appell. in 6. glo. in clem. vnic. in verb. non
deferens hoc tit.* vel quando iudici à quo fuit
inhibitum, per iudicem ad quem, *c. non ſolum
verſ. fin. de appell. in 6.* aut ſi appareat bene ap-
pellatum fuiſſe ab interlocutoria vel graua-
mine: eſt igitur proceſſus in ſuſpenſo, & e-
uentus appellationis declarabit an ſit vali-
dus nec ne, *Anchar. in d. c. fin. in 5. not. hoc tit. in
6.* Item non procedit diſpoſitio *d. c. fin.* quã-
do appellans ſponte appellationi ſuæ renũ-
ciat expreſſe vel tacite, ſponte, litigando co-
ram iudice à quo: *d. c. fin. verſ. niſi & ibi gloſſ.
in verb. renunciat.* Secus ſi inducêretur tacita
renunciatio per negligentiam ob non peti-
tionem Apoſtolorum, *c. cum ab eo de appell. in
6.* vel ob non proſecutionem: *c. perſonas c. cum
ſit de appell.* quia talis renuncians non eſt de
neceſſitate citandus ad id, quod reſtat de
proceſſu, quia quodammodo inuitus re-
nunciare dicitur, *Franc. poſt Io. Andr. in c. fin. ſub
num. 4. & ibi Can.* A ſententia autem defini-
tiua, ſi qua contra talem appellantem ferri
contigerit, poterit ab eo appellari; niſi eius
prima appellatio eſſet friuola manifeſte,
quæ totaliter eum excludit à beneficio ap-
pellandi à definitiua, *Clem. vnica h. t.* vtputa
quia nulla cauſa fuit in ea expreſſa, vel non
legitima, dato quod eſſet vera, vel licet legi-
tima expreſſa fuerit, erat manifeſte falſa,
vel iam pronunciatum erat illam eſſe falsã,
& non fuerit appellatum: *gl. fin. in princ. in d.
clem. vnic. & ibi Zab. & Can. communiter,* ſed nõ
excludit à beneficio nullitatis ſi forſan defi-
nitiua aliqua ratione nulla dici poſſit, *l. ſi ex-*

*preſſum*

*preſſum ff. de appell. Anchar. in d. clem. vnica hoc*
*tit.* Contumax in † vno actu iudicij, quan-
35 do ad certum actum vel articulum facta eſt
citatio, ad alios actus citari debet, *c. cum o-*
*lim in fine de teſt. cog. gl. in c. 2. in verb. non teneris*
*hoc tit. in 6.* niſi actus ſubſequens haberet
dependentiam vel connexitatem cum præ-
cedenti; quia tunc non erit neceſſaria cita-
tio; *c. ſi capitulo de conceſſ. præb. in 6.* aut citatio
facta fuerit generalis ad totam cauſam a-
gendam, quo caſu procedi poteſt abſque a-
lia citatione ad definitiuam, *c. auditis & ibi*
*Innoc. poſt num. 1. de procur. cap. cum olim el. 2. &*
*ibi anch. in 2. not. de priuil.* ſi citatus nunquam
comparuit, alias ſi comparuiſſet per ſe vel
procuratorem, tunc poſtea ad alios actus
cauſæ requireretur noua citatio, *Auth. & qui*
*iurat. C. de bonis auct. iud. poßid. arg. c. 2. verſ. niſi*
*ſponte iuncta gl in verb. renunciet h. t. in 6. Caſt.*
*in l. ſi prætor n. 6 ff. de iud.* quando vero citatio
eſſet facta largiſſime, iuxta Stylum Curiæ
Romanæ vt veniat reſponſurus ſuper tali
negotio, & ad procedendum in tali cauſa
cum comminatione, quod iudex procedet
ad cognitionem & pronunciationem vſque
ad finem, tunc comparendo ad vnum actũ
& recedendo non ſatisfacit citationi, ſed
cogitur ſtare vſque ad finem, alias procedi-
tur contra eum tanquam contumacem, *l. ſi*
*apparitor C. de cohortalib. libr. 12. l. in peremptorio*
*ff. de iud. Franc. in c. 2. ſub nu. 5. hoc tit. in 6. Bart.*
*in l. ſi finita §. Iulianus ſub n. 4. ff. de damn. in-*
*fect. Pan. & Fel. in c. cauſam quæ ſub nu. 3. in 1. li-*
*mit. de reſcript. Felin. in c. conſuluit ſub n. 16. verſ.*
*3. nota, de offic. deleg. qui plures citat Hoſt. in d.*
*cap. conſuluit nu. 12. in fine eod. Rot.*
*deciſ. 10. de re iudic.*
*in nou.*

## De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

## Titulus XV.

### SVMMARIA.

1 *Mißio in poſſeſſionem eſt remedium ordinarium, decernitur lite non conteſtata, ac lite conteſtata quando non liquet de Cauſa.*
2 *Primum decretum eſt primus iuſſus Iudicis quo decernit aliquem ponendum in poſſeßionem corporalem rei petitæ. aut bonorum pro quantitate debiti, Cauſa cuſtodiæ ob aduerſarij contumaciam.*
3 *Si reus docet ſe contumacem non fuiſſe, reducitur in poſſeßionem.*
4 *Interponitur negocio ſummatim diſcuſſo vltima die peremptorij.*
5 *In omnibus actionibus perſonalibus, realibus, & mixtis, & perſecutionibus, ſeu iudicis officio, ac omni cauſa ſpirituali.*
6 *Excipe primo, quando natura rei repugnat.*
7 *Secundo, non habet locum contra poſſeſſorem contumacem, quando petitur eccleſiam titulum, ſecus ſi petitur eccleſia in titulum, ſecus ſi petatur eccleſia tanquam proprietas.*
8 *Differentiæ annotantur an de eccleſia agatur vt de proprietate, an vero de beneficio ſeu titulo.*
9 *Primi decreti effectus in actione reali.*
10 *In actione perſonali.*
11 *In actione hypothecaria.*
12 *Secundum decretum eſt ſecundus iuſſus Iudicis, quo mediante actor conſequitur ius pleni dominij, vel quaſi & reus illud amittit propter perſeueratam contumaciam.*
13 *Interponitur cauſa cognita, & reo iterum citata.*
14 *Debito plene probato.*
15 *In omnibus actionibus perſonalibus, & in omnibus caſibus in quibus per primum decretum non eſt plene conſultum.*

16 *Secundi decreti effectus Varij ſunt & recenſentur.*

17 *Reo poſt litem conteſtatam contumaciter abſente eremodicium contrahitur, & iudex actore petente, Cauſa requiſita ſi reus ex actis obnoxius fuerit inuentus, contra abſentem profert ſententiam condemnatoriam.*

PRopter contumaciam ſæpe peruenitur ad miſſionem in poſſeſſionem, ideo annectitur titulus de eo qui mittitur &c. eſt
1 † remedium ordinarium, *l. 2. in fine C. vbi in rem actio gloſſ. in c. 1. in verbo obtinendis & c. item miſſio hoc tit. in 6. dicit eſſe extraordinarium & male & ibi Franc. animaduertit in 6. in fine.* ac decernitur lite non conteſtata ſi non liquet de cauſa, *l. properandum §. ſin autem & ibi gloſſ. in verbo abſentem & verb. auditur & DD. C. de iud. l. 2. & ibi gloſſ. marg. in verbo ſeruata C. vbi in rem actio.* ex primo decreto & ex ſecundo decreto, & vbi ſunt plures qui conueniri poſſunt ſuper eadem quæſtione, non debet iudex procedere ad miſſionem in poſſeſsionem, etiamſi vnus ſit contumax, niſi omnes vocentur, *Pan. in c. cum deputati n. 10. de iud. & ibi Felin. num. 6. & Can. l. hac autem ff.*
2 *quib. ex cauſ. in poſſeſs. eatur.* Primum † decretum eſt primus iuſſus iudicis, quo decernit aliquem ponendum in poſſeſſionem corporalem rei petitæ in actione reali, vel mixta, ſiue propter quam petitur cautio in cauſa damni infecti: aut bonorum, pro quantitate debiti, in perſonali: *l. 1. & ibi gloſſ. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat. l. cum proponas & ibi gloſſ. fin. & auth. & qui iurat. C. de bon. auct. iud. poſſid. & vtrobiq; DD. l. ſi finita §. ſi plures & ibi gl. mag. in verbo prius ff. de damn. infect.* cauſa cuſtodiæ ob aduerſarij contumaciam, *c. 1. hoc tit. & ibi Butr. n. 15. & ibi Can.* quando reus latitat, id eſt turpiter ſe occultat, vt euitet occurſum creditorum, *l. fulcinius §. 1. 2. & 3. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat. l. cum proponas C. de bon. auct. iud. poſſid.* vel abſens ſit ex quacunque cauſa, & non defendatur, *l. 2. & l. hac autem §. non defenſi ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat.* aut citatus trina vice, vel vna pro omnibus peremptorie, comparere contemnit, *c. quoniam §. in alijs vt lit. non conteſt. & c. gloſſ. fin. in d. l. cum proponas* vel poſt citationis edictum venerit ad iudicium, & poſtea ſe ſubtraxerit, atq; ad loca remota ſe transferens procuratorem legitimum non dimiſit, & denunciatione domi publice facta non reperitur, qui defendat eundem, *l. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat. c. fin. hoc tit. Bald. in l. cum proponas n. 2. Mohed. deciſ. 8. de fid. inſtrum.* ſi reus docet † ſe contumacem 3
non fuiſſe, reducitur in poſſeſſionem, præſtita ſufficienti cautione ſiſtendi iudicio, & ad reſtituendas expenſas nullatenus compellitur, *c. cum veniſſent h. t. c. cum Bertholdus & ibi glo. in verbo iuſtam cauſam de re iud. l. Imperatores ff. de priuil. credit. l. ſi finita §. ſi forte ff. de damn. infect.* Interponitur † negocio ſum- 4
matim diſcuſſo, *l. 2. in fine & ibi glo. in verbo ſummatim C. vbi in rem actio &c.* vltima die peremptorij, vel de æquitate poteſt in alium diem expectari, *l. & poſt edictum ff. de iud. cap. conſuluit de off. deleg.* in omnibus † actio- 5
nibus perſonalibus, *l. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſs. eat. l. 2 in fine C. de præt. pign.* realibus, & mixtis, *d. l. fulcinius §. item videamus & §§. ſeqq.* & perſecutionibus ſiue officio iudicis, *toto titulo ff. & C vt in poſſeſs. legat.* ac omni cauſa ſpirituali, *Pan. in c. 1. 2. & 3. hoc tit.* vtputa, ſi agatur contra clericos cõtumaces ſuper obedientia, ab eo quem conſtat eſſe Archidiaconum, Decanum, plebanum *c. inter quatuor c. his quæ c. dilecti de maior. & obed. Gemin. in c. 1. num. 10. poſt Ioan. And. hoc tit. in 6.* aut de iurepatronatus, *Gemin. in d. c. 1. num. XI. hoc tit. in 6.* Excipe primo † quando natura rei re- 6
pugnat, vt minori petenti reſtitutionem ad-

uerſus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uerſus aditionem hæreditatis contra credi-
tores ſolemniter citatos intra tres menſes
non comparentes, præmiſſa cauſæ cognitio-
ne, permittitur diſceſſus ab hæreditate ſine
periculo, & ex officio iudicis, datur curator
hæreditati iacenti, *Auth. ſi omnes C. ſi min. ſe ab
hæred. ſe abſtin.* Item ſi ij, à quibus libertatem
præſtari oportet, euocati à prætore adeſſe
noluiſſent, & cauſa cognita, prætor pronun-
ciet libertatem his deberi, eodem iure ſtatus
ſeruatur, ac ſi directo manumiſſi eſſent; *l.
cum vero §. ſubuentum l. neque infantes ff. de fidei-
com. libert.* & poteſt poni exemplum in actio-
ne finium regundorum, in qua peto vt inter
me & te ponantur termini, & tu non ve-
nis, certe iudex, parte abſente, poteſt facere
interponi terminos, *l 3. C. fi. regund. & ibi
Bart. &* DD. Excipe ſecundo, quia non habet
7 † miſſio locum contra poſſeſſorem contu-
macem, quando petitur eccleſia in titulum,
ſiue vti beneficium, ne detur vitioſus ingreſ-
ſus, *c. 1. hoc tit. in 6. Pan. in c. contingit num.* 16.
*de dol. & contum.* ſiue petatur obtinendum,
ſiue obtentum aut agatur poſſeſſorio recu-
perandæ, *d. c. 1. & ibi gloſſ. in verb. obtinendis &
Can.* ſiue nullus poſſideat, vt puta, coelect:
duo petunt, & alter eorum contumax eſt, *d.
c. 1. & ibi gl in verb. poſſeſſore & Can.* imo non
poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem fructu-
um beneficii, *Gemin. in. d c. 1. numer. 7. & ibi
Can.* quia in fructibus percipiendis magis
attenditur ius corporis, ex quo percipiun-
tur, quā ius ſeminis ex quo oriuntur, *l. qui
8 ſcit §. 1. ff. de vſur.* ſed ſi petatur † eccleſia tan-
quam proprietas, habet locum miſſio, vt ſi
petatur tanquam vnita vel incorporata mo-
naſterio, *c. 2. vt lit. non conteſt. & c. c. 1. & 2. hoc
tit. c. 1. & ibi Can. eod. in 6. c. 2 & Pan. in c. contin-
git n. xi. & ſeq. de dol. & contum.* nam multum
intereſt, an de eccleſia agatur, vt de proprie-
tate, an vero vt de beneficio ſiue titulo; nam
primo caſu non eſt locus Clem. *diſpendioſam
de iud.* quia non eſt cauſa beneficialis, *gl. in d.
clem. diſpendioſam in verb. beneficiu & ibi Can. de
iudic.* Permiſſa eſt permutatio, id eſt partes
poſſunt paciſci de permutatione eccleſiarū
vnitarum, & requiritur conſenſus ſuperio-
ris duntaxat in expletione actus, propter a-
lienationem, quæ interuenit in permutatio-
ne eccleſiæ; iuxta regulam, quod iura eccle-
ſiæ non alienantur ſine auctoritate ſuperio-
ris: *c. ad quæſtiones & ibi Pan num. 5. de rer. per-
mut.* beneficiorum in titulum poſſeſſorum
pactione præcedente commutationes fie-
ri non poſſunt, ſed pendent ex voluntate
& arbitrio epiſcopi: *c. quæſitum c. cum olim
de rer. permut.* item eccleſia poteſt præſcribi
per eccleſiam iure proprietatis, vt eam ha-
beat tanquam vnitam, vel tanquam ſubie-
ctam, ad proprios vſus: *c. cura paſtoralis &
ibi Pan. num. 1. de iurepat. el. 1. & ibi gloſ. in verb.
ad menſam de exceſſ præl.* ſed non poteſt quis
præſcribere eccleſiam in titulum, vt eam ha-
beat tanquam Prælatus, vel Rector, quan-
do Epiſcopus ex ſuo officio vult videre in-
ſtitutionnem clerici, ſed ſi alius dicat ſe ha-
bere ius in beneficio, id quod aſſeuerat pro-
bat; *d. c. 1. & ibi glo. fin. verſ. & nota quod hæc re-
gula de reg iur. in 6 c. ex frequentibus de inſtit. &
ibi Can.* Tertio ſuper beneficio quod petitur
tanquam proprietas, poteſt tranſigi, ſecus ſi
agatur de beneficio vt de titulo *c. ſuper eo &
ibi gl. 1. & Can. de tranſact.* Effectus † primi 9
decreti ſunt diuerſi in actione reali, quando
conuentus abſens vel contumax, rem, quæ
vendicatur, poſſidet, miſſus in poſſeſſionem
ſtatim poſſidet ex communi opinione Le-
giſtarum; *l. 3 §. fin. & ibi gl. in verb. non poſſeſſio-
nem Bart. &* DD. *ff. de acq. poſſeſ.* Poteſt expel-
lere reum contumacem de poſſeſſione, fru-
ctus percipit & conſeruat, *c quoniam §. in a-
liis & ibi gl. in verb. effectus vt lit. non conteſtata*

*&c.* ſed reuocabiliter, quia miſſionem paſ-
ſus intra annum auditur, ſuper poſſeſſione
& fructus recuperat, deductis expenſis, data
cautione ſufficienti ſtandi iudicio, & refe-
ctis expenſis, & non mulctatur de æquitate
canonica, *c.1.de dol.& cont.& ibi* Can. *c. quo-
niam § in aliis & ibi gl. in verb. effectus vt lit. non
conteſt &c. l. ſi quis emptionis § pen.& ibi gloſſ. in
verb. poſſeſſor* C. *de praeſcript.* 0. *vel* 40. *annor.*
Canoniſtæ communiter tenẽt, quod miſſus
in reali intra annum non conſtituatur poſ-
ſeſſor, *c. contingit & ibi gl.1.de dol. & cont. c. fin.
h.t. c. paſtoralis §.1 in princ.& fin. de off. ordin.* in
eo omnes conſentiunt, quod poſt lapſum
anni veram & incommutabilem illius rei
poſſeſſionem acquirat abſque vllo alio de-
creto, *d. c. contingit.& ibi gl. fin. d. c. paſtoralis §.
1. in fine,* & fructus lucretur, *l. ſi quis emptionis
§. pen. C. de praeſcript.* 30. *ann. Bart. in d. l. ſi finita
§ Iulianus n.51 ff. de damn. infect.* reſeruata cõ-
tumaci quæſtione proprietatis: *c.1. h. t. c. quo-
niam §. quod ſi vt lit. non conteſt. &c. c. prout &
ibi gl. fin.& Can. de dol.& contum.* etiamſi intra
annum propter rei potentiam, aut dolum
non fuerit admiſſus in poſſeſſionem ſibi de-
cretam, vel admiſſus ab ea fuerit expulſus, *c.
contingit. de dol.& contum.* contra tertium pro-
hibentem, ne miſſus bona debitoris ingre-
diatur, datur actio in factum, quanti ea res
ſit, *l.14 ff quib. ex cauſ. in poſſeſſ eat.* ſi tertius
ſoluendo fuerit alias miſſus intelligitur poſ-
ſidere, ne propter dolum alienum, reus lu-
crum faciat, & actor damno afficiatur: *l. ſi. in
fine princ. ff. de eo per quem factum erit &c. facit l.
& eleganter § ſi dolo ff. de dol* ſi conuentus dolo
fecerit, quo minus poſſideret, bona eius poſ-
ſidenda, & vendenda ſunt: *d. l. Fulcinius §. pen.
in fine gl. fin. in fine in l. cum proponas* C. *de bon.
auct. iud. poſſid.* annus non currit miſſionem
paſſo, quando intra illum cautionem obtu-
lit iudici, quæ per eum non fuerit recepta, *c.*

*2. hoc tit.* In actione † perſonali, pro qua hy- 10
potheca non eſt conſtituta, *l. fin. in pr.* C. *de
bon. auct. iud. poſſid.* Probato ſummatim debi-
to per iuramentum, quia agitur de modico
præiudicio; *l. cum proponas & ibi gl. in verb. con-
ſtat & Bart. num.3. & 4. Bald. ſub num.1.& DD.
& auth.& qui iurat & ibi DD. C. de bon. auct. iud.
poſſid.* Peruenitur ad primum decretum, quo
actor mittitur in poſſeſſionem rerum ab-
ſentis, aut contumacis eius loci, cuius cura
ad iubentem pertinet, *l. cum vnus §. is qui ff.
de bon. auct. iud. poſſid.* iuxta menſuram debi-
ti declarati, non vt vere poſſideat, ſed deti-
neat, & cuſtodiat, vt reus tædio affectus ve-
niat reſponſurus, *d. auth.& qui C. de bon. auct.
iud. poſſid l. poſſideri §. fin. l. cum legati ff. quib. ex
cauſ. in poſſeſ. eat. l. ſi quis §. denique ff. de acq. poſ-
ſeſ.* nec eijcitur poſſeſſor contumax de poſ-
ſeſſione, *l. ſi finita § ſi quis autem ff de damn. in-
fect. l. is cui 1. reſp ff vt in poſſeſ. legat.* & ita vter-
que erit in poſſeſſione diuerſo tamen reſpe-
ctu. Miſſionem paſſus colet agrum, & fru-
ctus colliget, miſſus vero eos cuſtodiet, &
ſi venire expediat, vendet ne ab iſto diſſi-
pentur; *d. l. is cui §. qui legatorum & §. quin imo
ff. vt in poſſeſ. legat. &c.* ſi miſſionem paſſus
non colat, miſſus colit, colligit fructus,
vendit & pretium ſeruat, *d. §. qui legatorum
verſ. quod ſi hæres & §§ ſeqq.* fructibus autem
non vtitur, *d. l. Fulcinius in princ.& ibi gl.1. l. præ-
tor in princ. ff. de bon. auct. iud. poſſid.* niſi propter
nimiam contumaciam prætor decernat, vt
miſſus ex primo decreto fructus lucretur, *d.
l. Fulcinius §. fin.& ibi Bart.& DD.* Filia quo-
que, neptis, proneptis, aut vxor defuncti, ſi
nuptæ non ſint, nec ſuum quicquam habe-
ant, legatorum ſeruandorum cauſa in bonis
miſſæ, in cauſa veſcendi ea diminuent, *l. quæ
legatorum ff. vt in poſſeſ. legat.&c.& ibi gl. fin.* In-
terpoſitum ad petitionem plurium, vel vni-
us veri creditoris, non putatiui, *l. cum vnus in*

*fine*

*fine princ. verſ. plane ff. de bon. auct. iud. poßid* prodeſt omnibus alijs creditoribus, non officium iudicis, *l. ſi finita §. ſi plures ff. de damn. infect.* ſed ius obligationis prætendentibus, *l. cum vnus & ibi poſt gl. 1 Bart. l. de bon. auct. iud. poßid. d. l. ii cui in pr. verſ. ſi plures legatarii & ibi Bart.* quia nō hoc peregiſſe noſcuntur, quod in rem permiſſum videtur, nec libera perſona acquirit alteri, quia non ſibi quicquam acquirit, cui iudex permittit hoc, ſed aliquid ex ordine facit: *l. cum vnus in princ. verſ. & commodius ff. de bon. auct. iud. poßid.* & ſi ſunt eiuſdem tituli, concurrunt, *l. fin. C. de bon. auct. iud. poßid. & ibi gl. in verb. commoditatis l. ii cui §. ſi plures & §. qui prior ff. vt in poſſeſ. legat. &c. l. cum vnus verſ. & commodius videtur ff. de bon auct. iud. poßid.* ſi vero ſunt diuerſorum titulorum, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, *l. 2. C. qui pot. in pign. hab. & ibi gloſſ. ord. & add. & Bart. l. ſi iura ff. qui pot. in pign. hab. & ibi gloſſ.* Eo quod decreto iudicis miſſi, poſtquam inducti ſunt in poſſeſſionem bonorum debitoris, habeant pignus prætorium non conuentionale: *l. 2. C. qui poſt in pign. hab. & ibi gloſſ. & DD.* verum alii creditores, quibus debitor obnoxius eſſe videtur, & iudiciali ſententia in poſſeſſionem rerum miſſi non ſunt, cum prioribus creditoribus bonorum debitoris detentoribus, tunc communionem habere poſſunt in rerum poſſeſſione, cum præſentes quidem, in vna eademque prouincia degentes, in qua & poſſeſſores rerum commorantur, intra duorum annorum ſpacia, abſentes autem intra quadriennium, creditoribus poſſeſſionem ante detinentibus, ſuum debitum certum faciant, citato debitore, vt veniat ad videndum fieri fidem de debito. *Bart in l. cum vnus ff. de bon. auct. iud. poßid. numer. 2.* & expenſas, ſecundum quantitatem debitorum, perſoluant eis, per ſacramentum eorundem manifeſtandas, qui eas adipiſcendæ gratia poſſeſſionis rerum ſuſtinuerunt, quia & ſecundum debita ſatis eis fieri explorati iuris eſt, æquum enim eſt plus expenſarum nomine præſtari ab eo, cui plus debetur, quam ab alijs poſt completa memorata tempora, nulla eis licentia eſt, eos, qui poſſeſſionem adepti ſunt, moleſtare, ſed actiones, quæ ex legibus ſibi competunt, contra ipſos debitores exercere poſſunt: *l. cum apud veteres C. de bon. auct. iud poßid* quod ſi creditor, cui permiſſum eſt poſſidere, poſtea receperit debitum ſuum, cæteri poterunt peragere bonorum venditionem, *d. l. cum vnus in fine princ. ff. de bon. auct. iud. poßid.* Datur in creditorem, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, actio in factum de eo, quod ex bonis debitoris ad eum peruenit, & omne quod in actione negociorum geſtorum veniret, ſi poſſet agi, reſtituendum eſt à creditore; ſi nondum aliquid conſecutus ſit, actiones præſtabit; *l. creditor §. datur 1. & 2. ff. de bon. auct. iud poßid.* & tenetur facere inuentarium bonorum, & ſub notationem inſtrumentorum; *l. cum plures ff. de bon. auct. iud. poßid.* ideo cauti creditores poſt miſſionem in poſſeſſionem rerum debitoris, ne corumpantur rationes, petunt bonis conſtitui curatorem, quem maior pars creditorum elegerit, *d. l. creditor l. 2. §. quæritur ff. de curat. bon.* Reus autem reuerſus, etiam poſt lapſum anni recuperat poſſeſſionem, ſiue detentationem, & admittitur ad proſecutionem cauſæ, reſarcito primitus actori omni damno, & dato fide iuſſore de lite proſequenda, *Auth. & qui iurat C. de bon. auct. iud. poßid.*

In actione † hypothecaria ſiue contra 11
principalem debitorem ſiue extraneũ mota miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto ob contumaciam conuenti conſequitur poſſeſſionem ſicut in actione reali, quam poteſt

debitor

debitor intra annum recuperare, ſolutis
expenſis & præſtita cautione de iudicio ſi-
ſti, & poſtea creditor neceſſe habet proba-
re illam rem ſibi fuiſſe hypothecatam; poſt
lapſum anni, ſi debitor vult recuperare poſ-
ſeſſionem, habet neceſſe aut ſoluere, aut pro
bare rem illam nunquam fuiſſe hypothecatã
pro perſoluendo debito, & ſic per lapſũ an-
ni onus probandi transfertur in debitorẽ ſi-
cut in actione reali, Bart. in l. 3. § fin. numer. 4.
ff. de acquir poſſeſſ. quem ibi fuſe explicat Alex. n.
19. 20. & ſeqq. & ibi Iaſ n. 24 atteſtatur de com-
12 muni & DD. Secundum decretum † eſt ſe-
cundus iuſſus iudicis, quo mediante actor
conſequitur ius pleni dominij, vel quaſi,
& reus illud amitti in augmentum pœnæ,
propter perſeueratam & auctam contuma-
ciam, l. pretoris & ibi gloſſ. l. ſi finita §. Iulianus
& ibi gloß. & DD. & gloſſ. mag d. l. ſi finita §. ſi
plures in verbo prius ff de damn. infect. l. 3. §. fin ff.
13 de acquir. poſſeß. Interponitur † cauſa cogni-
ta, & reo iterum citato. l. 4. § 1. verſ. ſi forte
& l. ſi finita §. non autem ff. de damn. infect. d. l. 3.
§. fin. ff de acquir. poſſeſs. perſonaliter, ſi conue-
nitur actione perſonali reſidente in ſua per-
ſona, d. l. fulcinius §. 1. & §. quid ſit autem la-
titare Innoc. in c. ſi aduerſarius numer. 1. hoc titul.
niſi ſemel fuiſſet in iudicio vel niſi fuiſſet ſe-
mel perſonaliter citatus, vel aliter ei notifi-
catum, ita quod præſumatur latitare, Bald. in
d. l. cum proponas numer. 2. C. de bon. auct. iud. poſ-
ſid. vel ad domum, ſi conuenitur & vitio rei
ſuæ, vt in cauſa damni infecti, vel noxali,
quia tunc non requiritur latitatiõ, d. l. ſi finita
§. ſi forte l. 2. §. 1. ff. ſi ex nox. cauſ. ag. & c. Bart. in
d. l. ſi finita §. Iulianus numer. 29. & ſeqq. & ibi
DD. poſt interuallum aliquid temporis ab
interpoſitione primi decreti arbitrio iudi-
cis, d. l. ſi finita §. non autem d. l. cum proponas &
ibi gl. in verb. hoc tempore & DD. implorato of-
ficio iudicis nobili, d. l. ſi finita §. ſi plures & ibi
gloſſ. in verbo prius & ibi Bart. in §. Iulianus num.
40. quia eſt mixti imperij, l. iubere cauere ff. de
iuriſd. omn. iud l. ea quæ §. magiſtratibus ff. ad
municip. & debito plene † probato per teſtes 14
vel inſtrumenta, l. fin. § fin. ibi & debitã cautio-
nem oſtenderit C. de bon. auct. iud. poßid. Bart. in d.
l. cum proponas numer. 5. C. eod. in omnibus † 15
actionibus perſonalibus, d. l. cum proponas.
& in omnibus caſibus, in quibus per primũ
decretum non eſt plene conſultum, Ex-
empli gratia, vigore miſſionis factæ ex pri-
mo decreto, vt caueatur legatorum nomi-
ne, non poteſt perueniri ad ſecundum de-
cretum, l. is cui legatorum ff. vt in poſſeſſ. legat.
ſeu fideicom. & c. quia per primum decre-
tum iam conſecutus eſt quod petit, ipſe e-
nim petit non legatũm, ſed petit ſibi caueri
nomine legati, & poſſeſſionem illam ex pri-
mo decreto habet vice cautionis: l. poſtquam
in princ. verſ. non enim exigitur, ff. vt legat. & fi-
deicom. nom. caueat. d. l. ſi finita § ſi quis damni l.
de bonis §. qui pupillo ff. de Carb. edict. ſi vero le-
gatarius petijt legatum actione ex teſtamen-
to, & hæres eſt contumax, & facta fuit miſ-
ſio ex primo decreto; tunc quia per pri-
mum non eſt ſibi conſultum, peruenitur ad
ſecundum, l. 1. l. fulcinius ff. quib. ex cauſ. in poſ-
ſeß. eat. quamuis bona ex primo poſſeſſa non
ſint; quia nihil forte fuerit quod poſſidea-
tur; aut ſine controuerſia non poſſideatur,
l. quamuis ff. de bon. auct. iud. poßid. vt ſi propter
naturam rei, veluti ſi prædium mandatũ ſit,
aut propter latronum potentiam non po-
tuit poſſideri, id eſt adipiſci: l. cum vnus §. fin.
& ibi gloſſ. antep. & pen. ff. de bon. auct. iud. poßid.
etenim quando quis non poteſt ingredi, ex
ſolo aſpectu, quæritur cuſtodia & pignus
prætorium, Bart. in d. l. cum vnus §. fin. d. l. ſi fi-
nita §. item videamus verſ. illud & §. pen. credi-
tor qui in poſſeſſionem miſſus eſt, perinde
habetur, ac ſi bona poſſeſſa fuiſſent, d. l.
quamuis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quamuis ff. de bon. auct. iud. poßid.* ac ex tunc cur-
rit biennium & quadriennium aliis credito-
ribus de quo, *in l. fin. C. de bon. auct. iud. poſsid.*
Præterea ſi aliquid debitori obuenerit, ita
poteſt poſſideri ſine noua iudicis volunta-
te, ſicut poterat tunc, cum interpoſitum fuit
decretum: quod procedit etiam hodie quã-
do eſt facta miſſio pro rata debiti, & non e-
rant tot bona, quot ad debitum ſufficiebãt,
ſi poſtea aliquid inuenerit vel acceſſerit in
bonis debitoris, nam vt dictum eſt, contra-
ctum eſt pignus prætorium in his bonis, quæ
tunc poſſideri non poterant, & paria ſunt,
rem non poſſe reperiri, vel non poſſe poſſi-
deri, nec opus eſt alia miſſione. *gloſſ. in d. l.
quamuis Bart. in d. l. cum vnus §. fin.* licet regu-
lariter pignus prætorium non conſtituatur,
niſi ventum fuerit in poſſeſſionem, *l. non eſt*
16 *in fine ff. de pign. act.* Effectus † ſecundi decre-
ti varij ſunt. Vbi quis poſſidere iuſſus eſt,
dominus deijciendus erit de poſſeſſione, *d.
l. ſi finita §. vbi autem* & erit miſſus dominus,
vel præſcriber, de cætero fructus faciet ſuos,
*l. prætoris d. l. ſi finita ff. de damn. infect. l. electio §.
fin. in fine l. & generaliter in fine ff. de noxal. act.* &
nequaquam locus erit cautionis oblationi,
cæterum nullus finis rei inuenietur, *d. l. ſi fini-
ta §. poſtea autem.* Quandoque res creditori
datur in ſolutum, & efficitur dominus, &
reus rediens, audietur intra biennium, vo-
lens ſoluere debitum, *l. fin. C. de iur. dom. impet.*
Quandoque iubentur res venundari, *d. l. ful-
cinius §. 1. d. l. cum proponas.* & habebit emptor
obligatum eum, cuius bona ſunt vendita: *l. ſi
ob cauſam C. de euict.* ſed vt poſſit perueniri ad
venditionem quinque requiruntur, *d. l. fulci-
nius §. cum hoc & ibi gl. in verbo oportet Bald. in d.
l. cum proponas n. 1. ponit 7. requiſita.* primo,
quod procedat miſſio ex primo decreto, *d. l.
cum vnus in princ. verſ. nec videbitur.* ſecundo,
quod latitet fraudationis cauſa, *d. l. fulcinius
§. cum hoc.* contra abſentem & non latitan-
tem decernitur miſſio non venditio, *l. 2. & i-
bi gl. in verbo poteſtatem l. in poſſeßionem ff. quib.
ex cauſ. in poſſeß. eat. l. item ait prætor in fine ff. ex
quib. cauſ. maior.* Tertio, quod poſt miſſionem
& ante venditionem labatur tempus ſtatu-
endum arbitrio iudicis. *glo. pen. in d. l. cum pro-
ponas.* Quarto, quod de debito conſtet ple-
ne. *l. fin. §. fin. C. de bon. auct. iud. poßid. l. eo tem-
pore ff. de pecul.* Bart. *in d. l. cum proponas num. 5.*
Quinto, quod venditio fiat ex ſententia iu-
dicis, ex pretio creditori ſatisfiat, reſiduum
deponatur in ædem ſacram, vt de eo cæ-
teris creditoribus poſtea venientibus, facta
fide plenã de debito, abſque alio proceſſu
poſsit ſatisfieri, & de his fiat publicum in-
ſtrumentum per notarium, quod inſinuari
debet geſtis interuenientibus apud defen-
ſorem locorum ſiue tantum ex pretio, quan-
tum debetur, ſiue plus, ſiue minus collige-
tur, *l. fin. § fin. C. de bon. auct. iud. poß.* Quando
autem contra minorem procedi valeat ad
bonorum venditionem. Vide, *Mynſing. obſ.
80. cent. 2.* Quandoque ſtatuitur tempus, vt
audiatur de proprietate, & lapſo tempore
non auditur vlterius, *l. à quo ff. de dam. infect. l.
diffamari C. de ingen. & manum. l. ſi ea C. qui ac-
cuſ. non poſſ. l. Titia ff. de accuſ.* Quandoque de-
negatur petitio dominij, *l. quamuis ff. de damn.
infect.* interdum vſusfructus & dabitur vi-
ctori, *l. ſi cum vſufructuarius ff. ſi ex nox. cauſ. a-
gat. d. l. quamuis & ibi gloß. 1. ff. de damn. infect. l. ſi
ex duobus §. ſi plures ff. de nox. act.* & diuerſos
producit effectus, prout aliis variis modis
interponitur, vt late per Bart. in d. l. ſi finita
§. ſi de vectigalibus ff. de damn. infect. qui
videatur. Si † reus poſt litem conteſtatam
contumaciter (ex ſola abſentia abſque con- 17
tumacia non poteſt perueniri ad diffiniti-
uam ſententiam) *l. furioſo & ibi Bart. ff. de re iu-
dic. l. ea quæ C. quom. & quand. iud. & c. Iaſ. in l.*

*properandum* §. *ſin autem in fine* C. *de iud. poſt Bart. ibidem nu.* 4. abſuerit, eremodicium contrahitur, & iudex, actore petente, cum omni ſubtilitate cauſa requiſita, ſi ex actis obnoxius fuerit inuentus, contra abſentem promit definitiuam, condemnatoriam, quæ mandatur executioni contra res contumacis, nulla licentia ei, vel alii, perſonam eius ſolam prætendenti, concedenda contradicendi vel appellandi, cum in poſſeſſionem actor mittitur, nec ſi reuerſus fuerit & voluerit fideiuſſores dare, & poſſeſſionem recuperare, audietur, *d. l. properandum* §. *ſin autem & ibi Bart. Alex. & Iaſ. & DD. communiter l. etiamſi condemnatus ff. vt in poſſeß. legat. ſeu fideicomm. &c.* quia hæc miſſio fit, quia non ſoluit, & non ideo, quia non venit, & ideo poſſeſſionem non recuperat, niſi ſoluat, *l. ſi pecunia in fine ff. vt in poſſeſſ. legat. ſeu. fideicom. &c.*

## Vt lite pendente innouetur.

## Titulus XVI.

### *SVMMARIA.*

1 *Poſſeßio, aut eius commodum, nunquam tollitur per litem.*
*Nec datur inhibitio in praiudicium poſſeſſoris.*

2 *Litispendentia variè inducitur, quoad perpetuandam iuriſdictionem, quando citatio emanauit.*

3 *Quoad peruentionem inducendam, per citationem contra reum executam.*

4 *Quod inualidandam gratiam & reſcripta à communi domino impetrata, eo ipſo quod tempore priuilegij vel reſcripti cauſa reperitur commiſſa.*

5 *Quoad reuocationem attentatorum, ſufficit negotium eſſe captum in praiudicium actoris, ſed quoad praiudicium rei, poſtquam citatio à iudice emanata ei legitime fuerit inſinuata, & afficit iudicem & partes collitigantes.*

6 *Tertius qui non eſt in lite non attentat, nec contra eum attentatur.*

7 *Limita quia litis pendentia inter plures coëlectos, praſentatos, & gratiatos impedit eos ad quos pertinet electio collatio, praſentatio, vt nullatenus procedere poßint ad electionem, collationem, praſentationem ſi contingat aliquem ex collitigantibus mori, renunciare, aut à proſecutione litis excludi, donec contra ſuperſtitem lis fuerit finita.*

8 *Limita ſecundo, quando tertius adhæret parti attentanti, vel iudici, vel habet cauſam à parte vel iudice.*

9 *Lis dicitur pendere quoad vitium litigioſi reſpectu actoris, per preces ſummo Pontifici oblatas & iudici inſinuatas ſuper beneficio, decretam ad eius inſtantiam citationem, reſpectu rei poſtquam citatio à iudice emanauit, & legitime peruenit ad ipſum, aut ſtetit per eum, quo minus perueniret.*

10 *In actione reali, in qua contenditur de dominio vel quaſi efficitur res & actio litigioſa per ſolam conuentionem.*
*ſi vero contenditur de alio iure, res nunquam efficitur litigioſa, niſi confeſſoria proponatur pro vſufructu, ſed actio per litis conteſtationem.*

11 *In perſonali actione, in qua contenditur de aliquo opere facto in re, res nunquam fit litigioſa, ſed actio per litis conteſtationem.*
*ſi vero contendatur de re ipſa, litigioſa fit res & actio per litis conteſtationem.*

12 *In vniuerſali mixta, res & actio fit litigioſa per ſolam citationem.*
*In particulari mixta res & actio fit litigioſa per litis conteſtationem.*

13 *Vitij litigioſi ſex effectus.*

14 *In Beneficialibus, quando lis pendet principaliter ſuper beneficio, cenſetur beneficium litigioſum, & non poteſt conferri per ceſſum vel deceſſum.*

15 Si

15 *Si vero lis pendet acceſſorie ſuper beneficio, tunc beneficium non eſt litigioſum, & tenet reſignatio & collatio alteri facta lite pendente, niſi lata fuerit ſententia adiudicatoria ſuper beneficij priuatione.*

16 *Lis conteſtata ſuper poſſeſſorio, non facit beneficium litigioſum.*

17 *In Beneficialibus lis finitur multis modis primo, morte vtriuſque collitigantis.*

18 *Secundo, morte actoris, ſed non morte rei.*

19 *Tertio, per definitiuam executioni demandatam, per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam ſed non executam lis finitur quãdo ſententia lata fuit in fauorem poſſeſſoris, ſi vero iudicatum fuerit pro actore, durat lis.*

20 *Quarto, ſi reus cedat liti & cauſæ quoad ipſum cedentem, ſed non extinguitur quoad actorem committentem niſi ſecuta poſſeſſione.*

21 *Quinto per ceſſionem iuris, litis & cauſæ in manibus ſuperioris.*

22 *Sexto deſertione.*

*Septimo ceſſatione.*

23 *In attentatorum reuocatione datur via ordinaria per libellum, & extraordinaria per officium Iudicis.*

24 *Officio iudicis non videtur eſſe locus quando per viam ordinariam agi poteſt, in quo non ſeruatur ordo iuris.*

25 *Petens reuocationem debet probare attentatum, & ſtatum in quo erat, ſed non poſſeſſionem niſi ille, contra quem petuntur attentata reuocari, de iure cõmuni præſumatur poſſidere.*

26 *Attentatorum reuocatio peti poteſt in quacunque parte iudicij vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue.*

27 *Impedit proceſſum ad vlteriora.*

28 *Condemnatus de attentatis debet ea purgare, & qualiter fiat illa purgatio.*

29 *Sententia ſuper reuocatione attentatorum eſt interlocutoria, tranſit in iudicatum quoad iudicem.*

30 *Attentatorum remedium quibus caſibus ceſſat.*

31 *Attentata interdum reijciuntur per commiſſionem arbitrio Rotæ.*

DOLVS, & contumacia actoris, & rei puniuntur; res vero in litigio deducta, in eodem ſtatu poſita remanet, in quo erat ante introductam litem, præiudicijs omnibus inde ſubmotis; ideo compilator ponit regulam, vt lite pendente &c. Hinc poſſeſſor ſemper vtitur fructibus lite pendente, *c. volumus 16. quæſt. 4. cap. 1 hoc tit. 8. quæſt. 4. in ſumma & c. nonne & vtrobique gloſſ.* quæ etiam non impedit quin habens poſſeſſionem ciuilem, poſſit recuperare naturalem, quia dicitur continuare in poſſeſſione, & remouere turbationes: *l. 1. §. interdictum & ibi poſt glo. Bart. n. 3. & DD. ff. vti poßid. Iaſ. in l. clam. poßidere §. qui ad nundinas num. 53. & ibi DD. communiter ff de acquir. poſſeß. Menoch. remed. 3. retinen. num. 29. Greg. xv. deciſ. 203. num. & ſeqq. & ibi annot. limitat. 2. mod.* poſſeſſio † enim, 1
aut eius commodum nunquam tollitur per litem, *c. 2. hoc tit. l. 2. C. de prob. c. cum veniſſent de reſtit. ſpoliat. l. illud ff. de petit. hæred.* vel eius continuatio, *l. non ideo l. lite & ibi gloſſ fin. C. de lib. cauſ. gloſſ. fin. in c. non ſolum & ibi Can. de appell. in 6. Clem. 2. & ibi gloſſ. in verbo innouari & Can. hoc. tit. Greg. xv. deciſ. 557. nu. 1. & ibi annot.* nec datur inhibitio in præiudicium poſſeſſoris, *Gail. obſ. 145. lib. 1. Franc. in c. cum teneamur num. 1. & 7. de appell. & ibi Can. Rot. deciſ. 44. de appell. in nou. Gail. obſ. 147. in princ. lib. 1.* Imo inhibitus continuando poſſeſſionem non attentat, *cap. 1. vt lit. pend. Lancell. de attent. p. 2. c. 1. limit. 1. mand. de inhib. quæſt. 23.* neque ſpoliat, *c. olim. 1. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. xj. eod. in no. c. cum veniſſent de reſtit. ſpoliat.* etiamſi adeat Iudices laicos, *Pariſ. conſ. fin. n. 8. vol. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 81. ſub num. 1. part. 1.* quia poteſt propria auctoritate poſſeſſionem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

continuare, *l.1. C. vnde vi l.3. §. eum igitur ff. de vi & vi arm. Achil. deciſ.36. de appell.* etiam
quando poſſeſsionem habet ex conſuetu-
dine, *Zab. in Clem. 2. num. 7. vt lit. pend.* & abſ-
que citatione præſertim quando inhibitus
humaniter promonuit eum qui ad ſolutio-
nem tenetur, *Pan. in c. venerabili nu. 3. de cenſib.*
ſed ex cauſa permittitur deſcriptio, *Caſ. deciſ.
3 de cauſ. poſſeß. & propriet. l.1. §. pen. ff. de vent. in
poſſeß. mitt. l. vnica & ibi gloſſ. addit. & DD. C. de
probib. ſequeſt. pecun.* & in crimine dilapidatio-
nis ſequeſtratur poſſeſsio à poſſeſſore, ante-
quam ſit conuictus, *c. quia ea 3. quæſt. 2. & ibi
gloſſ. mag.* imo priuilegium à principe im-
petratum, per quod priuatur quis, ſine cau-
ſæ cognitione, lite pendente vſu ſuæ poſſeſ-
ſionis, tanquam ſubreptitium non valet, *c.
1. & ibi gloſſ. 1. hoc tit. Pan num. 6. l. nec auus C.
de emancip. lib. c. cauſam el. 2. de teſtib. c. quod ſu-
per his de fid. Inſtrum.* etiamſi factum eſſet mo-
tu proprio, & lis non doloſe fuerit tacita, *c.
dilectus hoc tit. & ibi Pan. & Bald. numer. 1. &
Can. late Iaſ. in l. ſupplicare num. 2. C. eod.* Litiſ-
2 pendentia † varie inducitur, propter mul-
tiplices eius effectus: Omiſsis effectibus li-
tiſconteſtationis, de quibus dictum eſt ſupra
de litiſconteſt &c, quoad perpetuandam
iuriſdictionem dicitur lis pendere: quando
citatio emanauit, etiamſi ad citati notitiam
non peruenerit, *c. gratum & ibi gloſſ. in verbo
3 cæptum & Can. de offic. deleg.* quoad † præuen-
tionem inducendam, per citationem con-
tra reum legitime executam: *c. propoſuiſti &
ibi gloſſ. & Can. de foro compet. l. ſi quis poſtea ff. de
iud. Anch. in c. ſi duo num. 4. de procur. in 6. Caſtr.
4 in l. pluribus numer. 5. ff. de proc.* quoad † inua-
lidandam gratiam, priuilegium vel re-
ſcriptum à communi domino impetratæ,
eo ipſo, quod tempore priuilegij vel reſcri-
pti reperitur cauſa commiſſa, licet non ſit
proceſſum ad alium actum. *c. cauſam el. 2. &
ibi gloſſ. & Can. de teſtib. l. tutor petitus & ibi not.
ff. de excuſat. tut. c. dudum de priuil. c. dilectus gl. in
cl. 2. in verbo citatio hoc tit. c. prudentiam §. ſexta
& ibi Pan. num. 9. & Felin. in c. ſuper quæſtionem
nu. 6. & 9 ff. de off. deleg.* nam lis decidenda eſt
ſecundum iura, quæ obtinebant tempore
cœptæ controuerſiæ, & non ſecundum pri-
uilegium lite pendente conceſſum; niſi in eo
de lite pendente expreſſa fiat mentio: *c. 1. 1.
reſp. de conſ. vtil. vel inutil. d. c. dilectus & ibi Pan.
numer. 1. & 8. & ſeqq. & Can.* & ſi ſint plures
lites, vna ſuper beneficio, altera ſuper
fructibus, debet de eis fieri expreſſa & ſpe-
cialis mentio, nec ſufficit generica per clau-
ſulas, cuius litis ſtatum, &c. nec non ſu-
per quibuſdam aliis rebus &c. pendet lis,
*Iaſ. in l. ſupplicare ſub nu. 2. C. hoc tit. Caſ. deciſ. v-
nic. de cleric. non reſid. n. 4 & ſeqq.* ſecundum
quoq; reſcriptum debet facere mentionem
de primo, aliter non valet, *dictum eſt titulo de
reſcript.* Quoad † reuocationem attentato- 5
rum, ſufficit negocium eſſe cœptum, *Clem. 2.
& ibi gl. 1. hoc tit. c. olim. & ibi Felin. ante num. 1.
verſ. quando autem dicatur cœptum &c. & Ioan-
nes de anania num. 3. Anch. num. 4. Franc. Aretin.
nu. 8. & Can. de accuſ.* vt quia fuit appellatum,
inquiſitio impetrata, iter arreptum ad Pa-
pam, *c. de priore de appell.* in præiudicium acto-
ris impetrantis & appellantis: *Rot. deciſ. 4.
hoc tit. in antiq. Rot. deciſ. 6. hoc tit. nou. gloſſ. in
Clem. 2. ſuper verbo citatio hoc tit. & ibi Can.* quo-
ad præiudicium rei, poſtquam citatio ema-
nata à iudice competente, ex qua cognoſ-
cere potuerit, qua de re futura ſit contro-
uerſia, ei legitime fuerit inſinuata, *Zab. in
Clem. cum lite nu. 2. & ſeqq. hoc tit. Mynſing. obſ.
26. cent. 4.* abſque alia probatione iuris ipſius
litigatoris, in cuius præiudicium eſt aliquid
attentatum, *Franc. in c. 1 nu. 5. hoc tit. in 6. & ibi
Gemin. & Can. de approbat. à Rota Achil. deciſ. 6.
de reſcript. Bellam. deciſ. 552.* & ſuſpendit cau-
ſam

ſam petitorij, & poſſeſſorij, c.ex parte 2.de ap-
pell.c.non ſolum,eod.in 6.Caſſad.deciſ. 4. numer.
3.de dilat. Caputaq.deciſ.52.part.3.pulchre Io.Mo-
nach.in c.cupientes num.146.& 147.de elect. in
6. & afficit iudicem ac partes litigantes, l.
creditor mandatorem ff.mand. & ibi gloſſ.in verbo
poſſe & DD.c.Romana §.in alium de appell. in 6.
& ibi gloſſ.in verbo alium & Can.Rot.deciſ.2.hoc
tit.in antiq. ideo ſi reus & poſſeſſor benefi-
cij lite pendente transferat poſſeſſionem in
alium, permutando, vel reſignando, aut a-
lio modo, reuocatur per viam attentati e-
tiam reſignante mortuo contra reſignata-
rium ſuperſtitem, eo tamen vocato, Rot.de-
ciſ.3.in nou. hoc tit.c.licet episcopus & ibi poſt glo.
in verbo te non vocato Can.de præb.in 6.quia ha-
bet cauſam ab attentante : Rot. diuerſ.deciſ.
422.part.1.late Bart.in l.creditores ſub num.23.
C.de pign.& hypoth.Butr.in c.quia V.numer.13.
6 & ibi Can.de iud. non † afficit tertium qui
non eſt in lite, c.non ſolum & ibi gloſ.in verb.
reducendum de appell.in 6.& ibi Io. And.ſub num.
6.verſ.quærebat Garz.d.c.Romana §.in alium l.
1.§.1.ff.de litig.Franc.in c.bonæ numer.8.verſ.&
intellectus de appell. Rot.d.deciſ.3.num.2.hoc tit.in
nou. Caputaq. deciſ.178.part.2. contra quem
nec attentatur nec is attentat, Achil. deciſ.
28.de appell.l.creditor ff.mandati & ibi gloſſ.mag.
& DD.c.Romana §.in alium de appell.in 6.& i-
bi Can.Rot.Faſtoli dub.19.gloſſ.mag.in c.non ſo-
lum in verbo reducendum & ibi Can.de appell. in
6.arg.l.quoties C. de iud.& ibi not., & ideo ſi ca-
pit poſſeſſionem vacantem, vel de manu ter-
tij, non collitigantis, non attentat, Mohed.de-
ciſ.4.8.& 10.hoc tit.Rot.deciſ.2.eod.in antiq.Put.
deciſ.28 libro 1. c.Romana §.in alium de appell.in
6.l.creditor mandatorem & ibi gloſſ.2.& DD ff.
mand.Lancell.de attent.part.2.cap. 4.de attent.
lit.pend. numer. 326. & ſeq Limita primo,
7 quia † propter cauſæ connexitatem litiſ-
pendentia inter plures & ſolos coelectos,

præſentatos (quando præſentati agunt pro
inſtitutione, dicitur lis ſuper titulo benefi-
cij) Card.Seraph.deciſ.990.ſub n.3.c.relatum ibi
vendicare c.pen.ibi per intitulationem huiuſmodi
de iurepat. gratiatos, impedit eos, ad quos e-
lectio, collato, præſentatio pertinet, vt nul-
latenus procedere poſſint ad electionem,
collationem, præſentationem, quando con-
tingit aliquem ex collitigantibus ſuper ele-
ctionibus, præſentationibus, collationibus
de ſe celebratis, nullo eorum poſſidente, lite
pendente mori, renunciare, aut proſecutio-
ne litis quoquo modo excludi, donec con-
tra ſuperſtitem lis finita fuerit, ac attentata
electio &c. ipſo iure iuribus euacuatur, c.1.
hoc tit.in 6 & ibi Arch.num.1.Anch.ante n.1.&
Can. & quæretur etiam de iure poſt mortē,
vt ſciatur de iure ſuperſtitis coelecti: item
propter eligentes, vt ſciatur an penes ipſos,
aut penes quos, ex ipſis, remaneat electio,
an vero ſit ad ſuperiorem deuoluta, c. cum
vintonien. c.quanquam,ſt de elect. Idem iuris eſt
ſi vnus ſit petitor, alter poſſeſſor, & vterque
contendat beneficium ad ſe ſpectare, & al-
terum contingat cedere, vel decedere lite
pendente, quia non ſolum prohibitum eſt
deueniri ad aliam collationem, electionem,
præſentationem, ſed etiam non poteſt alius
ſurrogari in locum & ius cedentis, vel dece-
dentis, donec ſuperſtes, vel is cuius intereſt,
cauſam proſequitur, præterquam à ſummo
pontifice, qui prouidendo non attentat, cū
ſit ſupra ius, Rot.deciſ.25.ſub num. 4. de reſcript.
in nou. Bellam.748.circa finem Rot. diuerſ.deciſ.
641.num.12.part.1.Greg xv.deciſ.2.c.propoſuit.
de conceſſ.præb. licet poſſeſſio vigore dictæ
prouiſionis capta poſſit eſſe attentata, Greg.
xv.deciſ.10.l.meminerint.C.vnde in c.eum qui in
prine.de præb.in 6.l.nemo C.de acquir.& ret.poſ-
ſeſſ.ſi ſecus actum fuerit eo ipſo irritum ha-
betur, Clem.1.§.ſi vero h.t.c.2.eod.in 6. præ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tenſaque intruſio contra d. c. 2. via attenta-
torum reuocatur, & vigore ſententiæ latæ
in poſſeſſorio contra defunctum, poteſt ca
pi poſſeſſio beneficij, aſſerto ſurrogato ab
ordinario non citato, nec audito, *Rot. deciſ.*
*17. de reſtit. ſpoliat. in antiq. Felin. in c. cum olim.*
*num. xj. de re iud. Pan. in c. ex inſinuatione nu. 6.*
*de appell. & ibi Can.* & intruſo ſpoliato, non
competit remedium recuperandæ *Rot. d. de-*
*ciſ. 17. Caſſad. deciſ. 9. n. 4. & 5. de cauſ. poſſ. &*
*prop. arg. not. in c. vt noſtrum de appell. & in c. ſi eo*
*tempore de elect. in 6. Rot. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat.*
*in nou. & ibi addit. 2. in terminis noſtris.* & licet
ſit reus & poſſeſſor non poteſt dare obie-
ctus contra ius actoris, aut excipere de iure
tertij, *Rot. deciſ. 5. hoc tit. in antiq. arg. c. inter ca-*
*tera & ibi gloſſ. in verb. irritum Anchar. nu. 4. &*
*Can. de præb.* quia eius poſſeſſio caret iuris ad-
miniculo, propter decretum appoſitum in
d. c. 2. hoc tit. in 6. Patronus quoque laicus,
lite pendente inter ſolos præſentatos, impe-
ditur præſentare, *Creſc. deciſ. 10. de iurepat.*
*Franc. in c. 1. num. 3. & in c. 2. in 6. hoc tit. in 6. &*
*vtrobique Can. Garz. de benef. part. 5. cap. 9. § 1.*
*num. 217.* niſi poſt præſentationem factam
de vno ante litem, poſt litem cumulando
præſentaret, intra ſtatuta tempora collitigã-
tem, alias voces patronorum habentem;
quia ceſſat ratio d. c. 2. hoc tit. in 6. & altera
iſta præſentatio poſt litem aperit viam, vt lis
citius decidatur; quia clarum eſt, quod ha-
bens plures voces debeat præferri, *Roch. in*
*tract. Iuriſpat. in verbo honorificium 23. q. Lamb. de*
*Iurep. 12. art. 6. quæſt. princ. 1. part. lib. 2. Garc. de*
*benef. part. 5. cap. 9. § 1. n. 220. & ſeqq.*
8 Limita ſecundo † quando tertius adhæ-
ret attentanti parti, vel iudici, *Pan. in c. bonæ*
*ſub num. 16. de appell. & ibi Prepoſ. ſub n. 19. verſ.*
*ſecundo fallit, qui ponit ſex alias fall. Fel. in c. ex-*
*ceptionem numer. 25. verſ. confirma vtiliter de ex-*
*cept. & in c. cum ſuper ſub num. xi. verſ. pro iſtis*
*facit de re iud. Rot. Biſig. deciſ. 4. de appell.* vel ha-
bet cauſam à parte, vel à iudice, *l. ſi late § fin.*
*l. exceptio ff. de except. rei iud.* etiam in beneficia-
libus, in quibus prouiſus per reſignationem,
aut permutationem dicitur cauſam habere
à reſignante, & compermutante, ſecus in
prouiſione per obitum, *cap. non ſolum & ibi*
*gloſſ. in verb. reducendum & Can. de appell. in 6. c.*
*2. & ibi gl. in verb. malitioſe vt lit. pend. in 6. Rot.*
*diuerſ. deciſ. 1147. part. 3 lib. 3. Greg. xv. deciſ. 14.*
*numer. 7. Rot. deciſ. 3. vt lit. pend. in nou. Rot. Fa-*
*rin. deciſ. 705. num. 1. & 3. part. 1.* Quoad viti-
um litigioſi † lis dicitur pendere reſpectu a- 9
ctoris per iudiciariam conuentionem, vel
preces principi oblatas, & iudici inſinuatas
ſuper beneficio, *c. 1. & ibi gloſſ. in verb. indiſtin-*
*cte de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. & ibi Can. c. paſtora-*
*lis de cauſ. poſſeſſ. & prop. l. ordinarij C. de rei vend.*
ſuo, aut ſibi collato, non tanquam ſibi de-
bito, aut conferendo per prouiſionem in
forma dignum, aut commiſſaria; quia huiuſ-
modi mandata ſolum dant facultatem im-
plorandi officium iudicis, quod eſt quædam
perſonalis actio: *Innoc. in cap. cum M. num. 9.*
*circa finem de conſtit. Bald. in auth. litigioſa num.*
*1. C. de litig. Greg. xv. deciſ. 305 num. 5. & ibi late*
*annot. & deciſ. 335. & ibi annot.* aut moleſtatio-
nibus beneficij, *Caſſad. d. deciſ. 6. de reſcript. &*
*deciſ. 9. nu. 8. & xv. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. 2.*
*de renunc. & ibi Pan. cap. 1. de confirm. vtil. vel*
*inutil.* vel ſi cauſa à principio ſit mota tam
ſuper ſpolio, quam iactationibus, & toto
negocio principali, *Caputaq. deciſ. 177. part. 2.*
*Caſſad. deciſ. 6. de reſcript. & deciſ. 9. num. 13. de*
*cauſ. poſſeſ. & c. c. cum olim. el. 1. & ibi Can. de offic.*
*deleg.* etiam litteris non expeditis, *Staphyl. de*
*lit. iuſt. § hi ita generaliter nu. 13. Sarnen. in com-*
*pend. vtriuſque ſign. num. 41. verſ. & licet vt dixi*
*propter d. clauſulam Rot. diuerſ. deciſ. 98. libr. 1.*
*part. 3.* & decretam ad eius inſtantiam cita-
tionem, etiam antequam eam exequatur, *gl.*

*in t.*

*in c. vt debitus de appel. Fel. in c. ſuper litteris num.*
*13. de reſcript. Roman. conſ. 330. ſub nu. 2. Rot. deciſ.*
*17. num. 3. de dol. & contum. in nou. & deciſ. 6.*
*hoc tit. in nou. & deciſ. 4. eod. in antiq.* Reſpectu
rei poſtquam citatio à iudice competente
emanauit & legitime peruenit ad ipſum, vel
per eum ſtetit, quo minus perueniret, cum
tali expreſſione, quod eo ipſo potuit inſtrui,
ſuper quo conueniatur. *clem. fin. hoc tit.* In
Curia Romana inducitur litispendentia eo
ipſo quod quis per curſorem citatur ad di-
cendum contra commiſſionem, licet non
exprimantur ea, de quibus *in d. clem. fin.* quæ
non habet locum in citatione, quæ fit in cu-
ria, ſed ſolum in ea quæ mittitur ad partes.
*Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou. Rom. conſ. 279. milis in*
*repert. verſ. litis pendentia inducitur.* Litis motio
iniuſta non inducit vitium litigioſi, *Rot. Bi-*
*ſing. deciſ. 2. in fine de rer. permut. Caſſad. deciſ. 1.*
*num. 3. hoc tit. Franc. in c. 1. ſub n. 1. verſ. limita ta-*
*men textum hic &c. eodem in 6.* & in eo inſpici-
tur tempus commiſſionis, *Creſc. deciſ. 19. de*
*prob. Innoc. in c. ex conqueſtione nu. 2. de reſtit. ſpo-*
10 *liat. & ibi Hoſt. & Can.* In actione † reali in
qua principaliter contenditur de dominio,
vel quaſi, efficitur res & actio litigioſa per
ſimplicem conuentionem; *Auth. litigioſas C.*
*de litig.* ſi in ea principaliter contenditur de
alio iure, vt in confeſſoria, negatoria, hypo-
thecaria, tunc res non fit litigioſa, ſed actio
per litis conteſtationem, *Auth. de litig. in*
*princ. ver. ab hoc autem,* niſi confeſſoria propo-
natur pro vſufructu, qui fit litigioſus ſola
conuentione, quia vſusfructus pars domi-
nij eſt, aliæ autem ſeruitutes non ſunt partes
dominij *gl. in d. auth. litigioſas in verb. dominio*
*& ibi Bald. nu. 2. & 3. C. de litig. Mynſ. obſ. 55. in*
11 *princip. cent. 1.* In actione † perſonali, in qua
non contenditur de reipſa, ſed de aliquo o-
pere facto in re, ipſa res nunquam fit litigio-
ſa, etiam ſi illa actio ſit in rem ſcripta, *l. quan-*
*quam §. 1. ff. de acq. plu. arc.* ſed ipſa actio per
litis conteſtationem, *l. 2. C. de litig.* in qua cō-
tenditur de reipſa, litigioſa fit res & actio
per litiſconteſtationem, *d. l. 2. C. de litig. Imol.*
*in c. cum M. num. 35. de Conſtit. & ibi Can. Bart. in*
*l. 1. n. 2. ff. de litig.* In actione † vniuerſali mix- 12
tæ, efficitur litigioſa res & actio per ſolam
controuerſiam ſiue citationem; *l. Diuus Pius*
*& l. ſed etſi §. ſi ante ff. de petit. hæred. l. alienatio-*
*nes ff famil. ercis.* in particulari mixta res & a-
ctio fit litigioſa per litiſconteſtationem, *l.*
*1. C. communi diuidundo & ibi gloſſ. pen. & DD.*
*Pan. in c. Eccleſia el. 1. num. 7. & ſeq. vbi late di-*
*ſtinguit hoc tit.* Lis ſuper poſſeſſorio tantum,
non facit rem litigioſam, *gloſſ. 1. in c. 1. de con-*
*firm. vtil. vel inutil. Bald. in d. auth. litigioſas ſub n.*
*2. & ibi Cyn. Caſſad. deciſ. 9. num. 10. de cauſ. poſ-*
*ſeſſ. & prop. &c.* quoad proprietatem, ſecus
quoad Poſſeſſionem, *Pan. in c. 1. num. 5. & ibi*
*Butr. de confirm. vtil. &c. Franc. Marc. deciſ. 86.*
*num. 3. part. 1.* Denunciatio ſiue iudicialis ſiue
extra iudicialis non facit rem litigioſam, *l.*
*1. C. de litig. l. 1. in princ. ff. eod.* Vitium litigioſi
multos † operatur effectus, primo, afficit 13
perſonam, *l. 1. C. de præſcript. long. temp.* &
iure digeſtorum impedit alienationem, ſi-
ne contractum de nouo ſuper re litigioſa
habendum, *d. l. diuus d. l. alienationes d. l. 2. C.*
*de litigioſ.* Secundo, alienatione ſecuta, ſi il-
le in quem eſt facta, cadat à poſſeſſione, non
poteſt illam recuperare obſtante exceptio-
ne litigioſi, quæ eſt exceptio in rem ex parte
opponentis, ſicut eſt exceptio doli, *l. 1. §. 1. ff.*
*de litig. & ibi gloſſ. in verbo pertinere l. 1. §. fin. ff.*
*qua res pign. oblig. non poſſ.* Tertio, iure codicis
additum eſt, quod contractus ſuper re vel a-
ctione litigioſis, de nouo habiti, nullā vim
obtineant, *l. fin. C. de litig.* ſed non impedit
confirmari retrogeſta, & alienationem præ-
cedentem, *Bald. poſt glo. in l. ſi poſt acceptum ſub*
*numer. 3. in 3. oppoſ. ff. de rei vend.* Quarto,
acce-

accedentibus ad contractum opponuntur
certæ pœnæ, ſi ſcienter acceſſerint, & is in
quem res fuit alienata non tantum rem red-
hibet, ſed etiam precio eius priuatur, non vt
lucro cedat alienanti, ſed vt alia tanta
quantitas ab eo fiſci iuribus inferatur, ſi ig-
noranter acceperit, irrita rei alienatione fa-
cta pretium cum alia tertia parte recipit ab
alienante, quæ pœna etiam in donationibus
porrigitur, vt vera æſtimatione facta, rem
ad alium transferens, mulctetur, exceptis ijs
qui vel dotis nomine, vel ante nuptias do-
nationis, vel tranſactionis, aut diuiſionis
rerum hæreditariarum factæ, tales res vel
actiones dederint vel acceperint, *d. l. fin. in
fine C. de litig. Mynſing. obſ. 55. cent.* 1. Certi iuris
eſt quod titulo hæreditario & confiſcatio-
nis res litigioſæ recte alienantur. *l. ſi conſtan-
te §. ſi bona & ibi Rom. in* 1. *not. ff. ſol. mat.* ſi
relictæ fuerint per legatum aut fideicom-
miſſum particulare, debetur euentus litis,
quam hæres, eis liti aſſiſtentibus, ſi velint, ne
colludatur, ſumptib. ſuis, ſi tunc erat liti-
gioſa cum legabatur, *l. cum ſeruus ff. de leg.* 1.
aut ſumptibus legatarij ſi poſtea viuo vel
mortuo teſtatore cœperit eſſe litigioſa, *l. ſi
ſeruus legatus ff. de leg.* 1. *gloſſ. fin. in auth. nunc ſi
hæres C. de litig.* perſequitur, *Auth. nunc ſi hæres
C. de litig. & ibi late Bald.* Quæ pœnæ locum
habent, ſi fiat alienatio lite pendente; per-
empta inſtantia contractus habiti valent,
& res poteſt præſcribi ab eo, in quem facta
eſt alienatio, *l.* 1. *C. de præſcript. long. temp.* ſed
non ab alienante, *d. l.* 1. *in fine C. de præſcript.
long. temp.* quia durat vitium litigioſi, quoad
effectus iam cauſatos, & conſummatos,
non quoad effectus futuros, *l. properandum
§. & ſi quidem C. de iud. Bart. in l.* 2. *num.* 3. *ff. iud.
ſolui.* Quinto, ſententia lata contra primum
reum, poteſt mandari executioni contra
eum, in quem facta eſt translatio, *d. l. fin. & i-
bi Bart. n.* 1. *l.* 2. *in fine C. de litig. & ibi Faber,* ex
æquitate canonica debet alienans rem æ-
quiualentem ſubſtituere, liberatam à credi-
toribus, in locum rei alienatæ, *c.* 3. *&* 4. *hoc
tit.* ne delictum perſonæ in damnum Eccle-
ſiæ, *c. ſi epiſcopum* 16. *quæſt.* 6. redundet. Sexto
appellans pendente appellatione aliquid
innouans aut attentans in præiudicium ad-
uerſarii vt quia ipſum ſpoliat tunc ex hoc
ipſo cenſetur appellationem deſeruiſſe, *c. ex
parte* 5. *& ibi Pan num.* 7. *de reſcript. per c. an ſit de
appell. Bald. in c. ex parte* 4. *ſub num.* 15. *de teſtibus
Mynſ. obſ.* 50. *cent.* 2. Prædicta locum habent
in cauſis † beneficialibus, nã quando prin- 14
cipaliter lis pendet ſuper beneficio, ſiue al-
ter poſſideat beneficium, ſiue non, cenſetur
beneficium litigioſum: & non poteſt con-
ferri per ceſſum, vel deceſſum, vel alius ad id
eligi: *c.* 1. *&* 2. *hoc tit. in* 6. *& ibi Can c. fin. xj. q.*
1. *& ibi gl. in verb. in litigio & Can. c.* 1. *& ibi gl.* 1.
*de confir. vtil, vel inutil. & ibi Can.* ſucceſſor in
beneficio ex eiſdem actis & cauſa in eodem
ſtatu manente conuenitur, *Rot. deciſ.* 1. *&* 5. *h.
t. in antiq. c. ſi ij qui §. fin. & ibi gl. in verb. in illo
ſtatu, h. t. in* 6. *& Can. l. ſi quis à multis §. fin. cum
l. ſeq ff. de noxal. action, c.* 1. *& ibi poſt gl. in verb.
commutationem fecerint Can. de alien. iud. mut.
cauſ. fact.* & executoriales poſſunt exequi cõ-
tra tertium intruſum lite pendente: *Put. deciſ.*
62. *lib.* 3. *Creſc. deciſ.* 19. *&* 20. *de ſent. & re iud.
Bald. in l.* 1. *n.* 7. *C. comm. diuid. Bald. in auth. liti-
gioſa n.* 1. *C. de litig. c.* 1. *& ibi gl. in verb. litiganti-
bus hoc tit. in* 6. *& Can. Gail. obſeru.* 118. *lib.* 1.
aut lis non pendet principaliter, ſed † acceſ- 15
ſorie ſuper beneficio, puta quia vnus eſt ele-
ctus ad eccleſiam, & petit confirmationem
ſuæ electionis, aut petit præbendam vti ſibi
debitam, non vti ſuam & opponitur ei ali-
qua inhabilitas, vel lis eſt inter collatorem,
electorem, aut patronum, & poſſeſſorem, e-
lectum aut præſentatum, *Rot. deciſ.* 4. *de elect.*
*in antiq.*

*in antiq.Io. Andr.in c.dudum el.2.nu.14. in fine de*
*elect.* aut impetratur beneficium propter ſi-
moniam, vel aliud delictum, tunc benefici-
um non eſt litigioſum: *Bald.in l.1 num.7.C.*
*comm.diuid.Innoc.in c.cum M.in gl.pen. de Conſ.*
*1.& ibi Can.Gemin.in c.fin.ſub n.4 hoc tit. in 6.*
*& ibi Can.Sarn.in reg.de ſubrog.collitig. quaſt.*
*7.Achil.deciſ.5.hoc tit.Bald.in auth.litigioſa nu.*
*1.C.de litig Rot.deciſ.3.& ibi add.hoc tit.in nou.*
*Greg.xv.deciſ.305 in fine Io. And.poſt Hoſt.in cap.*
*dudum el.2.num.14.in fine de elect.* imo morte
obtinentis beneficium, ob cuius delictum
fuit impetratum, lis extinguitur, *Capell.Tho-*
*loſan.quaſt.437.Rota deciſ.fin. in 2. dub.vt lit.*
*p nd.&c.in nou.* & tenet reſignatio: *Rot. Bi-*
*ſing.deciſ.5.de præb.Felin.in c.per tuas el.1. num.*
*5.de ſimon.plures cumulans late Lancell.de attent.*
*cap.5.de attent.accuſ.vel inquiſ.pend. vbi ampliat*
*& limitat.* & collatio alteri facta lite pen-
dente, *Franc.in d.c.fin.num.3.hoc tit.in 6.Ioan.*
*And.in c.dudum el.2.nu.14.de elect. & ibi Can.*
niſi lata fuerit ſententia adiudicatoria ſuper
priuatione beneficij certo modo impetrati,
quæ facit beneficium litigioſum; *glo.in c.fin.*
*in verb. finita hoc tit.in 6. in fine Put. deciſ.785.*
*lib.2.* quia per ſententiam prouidetur de
beneficio. *Clem. auditor. de reſcript.* Hinc
inoleuit ſtylus Curiæ, quod impetranti
certo modo, quando lata eſt vna ſententia
priuationis, datur ſurrogatio, & in ſuppli-
catione datur decretum, quod ſi priuandus
metu priuationis, poſt primam priuationis
ſententiam beneficium huiuſmodi, in alte-
rius quam oratoris fauorem reſignauerit, iu-
dices nihilominus ad executionem literarũ
priuationis procedere poſſint, perinde ac
ſi reſignatio huiuſmodi minime facta fuiſ-
ſet. *Sarn.in reg.de ſubrog.quaſt. 7. nume. 10.*
*Staphyl.de ſign.lit.iuſt.§.vltimo quoad num.16.*
16 Præterea lis † intentata ſuper poſſeſſorio,
non facit beneficium litigioſum, *Caſſad. de-*
*ciſ.9.num.9.10.& xj.de cauſ.poſſeſſ.& prop.&*
*plenius deciſ.4.hoc tit.Pan.in c.1.n.5.de confirm.*
*vtil.vel inutil.& ibi Can.Bald in auth.litigioſa n.*
*1.C.de litig & ibi DD.* nec iudicium cæptum
ad inſtantiam curialis vigore Eugenianæ,
quia illa afficit perſonas, non beneficia, vt
conſtat ex eius lectione, *Pariſ de reſignat. be-*
*neſ.lib.2 quaſt.3.num. 49.* Dictum eſt ſupra
litem pendentem inter coelectos, præſen-
tatos, & gratiatos impedire eos, ad quos
pertinet electio &c. ne poſſint eligere, do-
nec lis finita fuerit, item vitium litigioſi im-
pedire beneficij reſignationem, & transla-
tionem, quæro quomodo finitur lis in † cau- 17
ſa beneficiali? Finitur multis modis primo
morte vtriuſque collitigantis: *Clem.1.hoc tit.*
Secundo morte † actoris, quia cum eo mo- 18
ritur ſua petitio cum ſit perſonalis: *Auth.de*
*nupt.§.deinceps Io.And.in c.2.num.1 hoc tit.in 6.*
*Ægyd.deciſ.156.Caſſad.deciſ.1.de ſent.& re iud.*
dummodo per aliquos actus conſtet reum
ceſſiſſe illi iudicio, vel reuocaſſe omnes ſuos
procuratores; alioquin cum ſit in poteſtate
rei litem proſequi, vel non proſequi, contra
intereſſe prætendentes, non poteſt dici lis fi-
nita; *Achil.deciſ.8.hoc tit.cap.1. & ibi Franc.*
*in vlt.not.& Can.hoc titul.in 6. Clem.1.§. ſi*
*vero alter hoc titul.* quia reus docto de obitu
actoris, citatis per audientiam contradicta-
rum intereſſe prætendentibus, poteſt obti-
nere contra eos ſententia nedum adiudica-
toriam, ſed etiam abſolutoriam: *Caſſad.d.de-*
*ciſ.1.de ſent.& re iud.clem.1.§ ſi vero hoc tit.facit*
*auth.de nupt.§.deinceps coll.4.* morte rei non fi-
nitur lis, quia durat actoris petitio, quæ eſt
dirigenda contra eos quorum intereſt, &
licet appareat defuncto amplius non de-
beri, non propter hoc ſequitur ſuperſtiti de-
beri: *cap.olim.in fine de reſcript. Caſſad.deciſ.*
*fin.hoc tit.Rot.deciſ.8.& 10.eod.in nou.* imo po-
terit actor iudicium cum reo defuncto cæ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ptum proſequi, cum eius procuratore domino litis effecto; quia de iure contra talem procuratorem procedi poteſt, etiam vt contra ipſum feratur ſententia, *l. non ſolum §. morte ff. de nou. oper. nunc. l. nulla dubitatio & ibi Alex. num. 3. Iaſ. in fin. C. de procur. Creg. xv. deciſ. 306. in princ. & ibi annot.* Tertio finitur per
19 † ſententiam definitiuam executioni demandatam; *c. quærenti de off. deleg. Faber. in l. 2. C. de litig. Sarn. in reg. de ann. quæſt.* 44 per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſed non executam, lis extinguitur, quando ſententia eſt lata in fauorem poſſeſſoris; *Mohed. deciſ. 5. ante num. 1. hoc tit. Sarn. in reg. de ann. d. quæſt.* 44. *in fine.* quia nullæ ſunt partes iudicis circa reſtitutionem rei, aut fructuum perceptorum, *§. 1. in princ. Inſt. de off. iud.* & reo prodeſt etiamſi non pariat actionem, cum ei ſufficiat exceptio, quando abſolutus fuerit, quia actor non probauit; *l. exceptio ff. de except. rei iud. l. ſi mater §. eandem ff. eod. l. Iulianus ff. de cond. indeb.* aut replicatio, ſi non res iudicata ſit, ſi reus fuerit abſolutus, quia probauit ſe dominum: *l. ſi quis Rom. ff. de except. rei iud.* ſi vero iudicatum fuerit pro actore, durat lis, quia actori non prodeſt ſententia, niſi per priſtinam actionem; *l. grege §. etiam ff. de pign. Bart. in l. aliam ff. de nouat. Io. Monach. in c. ſapientes num. 151. de elect. in 6.* aut actionem iudicati, vel in factum, aut officium iudicis; *§. 1. Inſtit. de off. iud. & ibi DD. l. ſi cauſam & ibi Bald. C. de execut. rei iud. l. actori C. de reb. cred. gloſſ. 1. in d. l. Iulianus ff. de cond. indeb. & ibi Bart. nu. 23. Achil. deciſ. 1. hoc tit.* tum quia non ſolum poſſeſſio beneficii capta ab actore ſine executorialibus dicitur attentata; *Rot. deciſ. 33. num. 12. & 13. lib. 3. part. 3. diu. l. miles §. fin. ff. de re iud. l. 2. C. ſi in cauſ. iud. pig. cap. 1. ſit. Faber in l. 2. C. de litig.* ſed etiam capta vigore executorialium cenſetur attentata, quando non fuerunt ſeruati quatuor termini contra reum ad docendum ſe paruiſſe executorialibus; *Fel. in c. ad probandum num. 6. de re iud. Veſt. in pract. lib. 8. c. fin. num. 16. & ſeq. & num. 19. Caſſad. deciſ. 6. num. 10. & ſeq. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Mohed. deciſ. 3. num. 1. hoc tit. Creſc. deciſ. 1. in princ. de ſeq. poſſeſſ. & fruct.* niſi executoriales fuerint intimatæ condemnato, & illo tacente & non reclamante fuerit tradita poſſeſſio; *Creſc. deciſ. 2. hoc tit. l. 2. C. de acq. poſſeſſ. & ibi gloſſ. fin. allegat concordata l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pign.* imo lis durat, ſi actor qui habuit executoriales, & brachium ſæculare, moriatur ante effectum earum, & antequam ſit facta executio in poſſeſſionem beneficij, taliter quod ordinarius non poſſit conferre. *Mohed. deciſ. 5. ante numer. 1. hoc tit. Achil. deciſ. 1. eod. Faber. in l. 2. C de litig.* Quæ limitanda ſunt, quia quoad actorem poſt rem iudicatam, licet non executam, lis extinguitur, vt teneat alienatio rei, ac etiam forſan beneficij, ſuper quo fuit litigatum reſignato in manibus ordinarij, & collatio ac poſſeſſio vigore prouiſionis huiuſmodi capta, non dicitur attentata; licet antiquitus aliter fuiſſe obſeruatum atteſtetur Mohed. d. deciſ. 3. poſt nu. 2. verſ. & ad rationem DD. vt lit. pend. fauore eccleſiarum, ne dentur collitigantes poſſeſſoribus, & lites fiant immortales; quia contumacia rei in non parendo non debet actori obeſſe, *Rot. d. deciſ. 33. n. 12. lib. 3. part. 3. diuerſ. dicens n. 14. oportunum eſſe de eo dare dubium ſpeciale l. 1. ff. de re iudic.*

Quarto lis extinguitur, † ſi reus cedat liti 20
& cauſæ quoad ipſam cedentem, *l. poſtquam liti C. de pact. c. cum pridem & ibi Butr. eod. Put. deciſ. 482. lib. 2. Put. deciſ. 137. libr. 1.* etiamſi huiuſmodi ceſſio facta fuerit coram notario, abſente parte, ſine admiſſione iudicis in beneficialibus, *Put. deciſ. 487. lib. 2. Alex. in l. poſtquam liti n. 8. & ſeq. C. de pact.* Sed non extingui-

ſtinguitur quoad actorem committentem,
niſi ſecuta poſſeſſione: *Achil.deciſ.1.hoc tit.per*
*not.à Ioan.Fabro in l.2.C.de litig.* verum cedens
liti,& cauſæ,non cenſetur renunciare iuri ſi-
bi competenti, *c.ſane & ibi gl.in verb.reddens*
*& c.veniens & ibi gl.in verb.commiſiſſe & vtro-*
*bique Can.de renunciat.Rot.deciſ.3.num.1.eod. in*
*nou.* quia renunciatio iuris debet fieri in ma-
nibus eius,qui poteſt inuitum deſtituere, *c.*
*quod in dubiis de renunc.dictum eſt in titulo de re-*
*nunciat.* licet in prophanis renunciatio de
iure reali facta abſente parte & iudice te-
neat: *Bart.in l.non ſolum la.2.§. ſi liberationis*
*nu.7.& 9.ff.de liberat.leg.* operatur tamen re-
nunciatio iuris facta in manibus inferioris
vim taciti pacti,ne vlterius petat, *Pan in c.*
*cum pridem ſub num.3.de renunc.* & de Stylo
poſt ceſſionem litis, & cauſæ,non pronun-
ciatur,niſi alter velit habere ſententiam ſuis
expenſis, *Rot.d.deciſ.3.de renunc.& ibi add.n.12.*
21 Quinto finitur † per ceſſionem iuris,litis,&
cauſæ in manibus ſuperioris, *c.cum inter el.1.*
*& ibi glo.in verb.ex conſenſu & Can.de elect.c.in*
*præſentia de renunc.c.quam periculoſum 7.quæſt.1.*
*l.nihil ff.de in officioſ.teſt.l.prætor ff.de vac.& ex-*
*cuſ.mun.* & citationis antea obtentæ, poſt
huiuſmodi ceſſionem, & ante acceptatio-
nem ceſſionarij, executio contra ceſſiona-
rium,non facit beneficium litigioſum, *arg.c.*
*ſi tibi abſenti de præb in 6.Mohed.deciſ. 14. hoc*
22 *tit.* Sexto finitur † deſertione,quæ nocet il-
li,qui habet bonum ius vel dubitabile,& in-
ducitur iure canonico curſu 30. annorum,
vel minori tempore,& tunc requiruntur a-
liquæ coniecturæ poſitiuæ, *c.pen de iud. Achil.*
*deciſ.7.& melius deciſ.10.hoc tit.* vt ſi actor ex-
tra iudicium confeſſus fuerit nullum ius ha-
bere,ſed cauſam commiſiſſe ad effectum a-
liquid extorquendi, *Creſcent.deciſ.19.de prob.*
*Caſſad.deciſ.5. hoc tit. gloſſ.in auth.ſed iam in*
*verb.ſuſpicio C.de donat.ante nupt.Pan.in c.is qui*
*fidem ſub numer.5.de ſponſal. & vtrobique DD.*
Septimo finitur ceſſatione, quæ inducitur
ſine coniecturis,ac dato quod eſſet animus
perſequendi,curſu decennij,& nocet tan-
tum calumnioſo litiganti, *l.deſtitiſſe ff.de iud.*
*Achil.deciſ.10.num.2.& Mohed.deciſ.8.num.2.*
*hoc tit.* videlicet quando ex actis conſtat
de non iure, aut nihil penitus conſtat de a-
liquo iure mouentis litem,vel aliquo modo
conſtat de calumnia ab initio, *Achil.deciſ.3.*
*& 7.in princ.& 10.hoc tit.vbi ita declarat deci-*
*ſione Caſſad.5.hoc tit.l.dolum & ibi gloſſ.add.&*
*DD.C.de dol.Franc.in c.1.num.5.hoc tit.* ſemper
autem probari poteſt, etiam poſt collatio-
nem ordinarij litem eſſe extinctam,vel ca-
lumnioſam,aut generaliter talem, quæ non
afficiat beneficium, quo minus ordinarius
de eo poſſit libere diſponere, *Achil.deciſ.9.*
*hoc tit.c.fraternitatis verſ.& prædicta ibi quam-*
*diu ille articulus dubitabilis erat de frigid. & ma-*
*lef.& c.l quod debetur ff.de pecul.* In cauſa reuo-
cationis † attentatorum datur via ordina- 23
ria, per libellum,& extraordinaria,per offi-
cium iudicis,& vna per aliam non tollitur;
*late Ioan.Andr.in c.non ſolum in verb.ante omnia*
*& numer.1.2.& 3.de appell.in 6.Ioan.Monach.*
*in c.cupientes num.153.& 155.de elect.in 6.Gemin.*
*vero in d.c.non ſolum n.2.aliter ſentit. Gail.obſ.*
*146.lib.1.Lancell de attent.p.3.c.21. per totam,*
ſuſpendit omnia alia iudicia, quantumuis
priuilegiata,ac etiam ſpolij, *Card.Seraph de-*
*ciſ.1176.n.4.gloſſ.in c.non ſolum in verb.ante o-*
*mnia de appell.in 6.c.ex parte de appell.* Officio
† iudicis, non videtur eſſe locus quando per 24
viam ordinariam agi poteſt, *l.in cauſa la.2.ff.*
*de minor.l.in prouinciali §.ſed in loco & ibi Bart.*
*& DD.ff.de nou.oper.nunc.* nec ſolet Iudex il-
lud impertiri niſi illi qui eſt omni actione
deſtitutus, *l.& ideo §.fin.& ibi gloſſ fin. ff.de*
*cond.furt.Bald.in l.fin.§.ſed cum nu.1.C.de furt.*
& per illud non ita plene prouidetur ſicut



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per ordinarium quia Iudices non attendunt
geſta in aliis tribunalibus vt eſt notorium, *c.
Romana §. in alium de appell. in 6. Rot. deciſ. 2. hoc
tit. in antiq. Greg. xv. deciſ. 503. ſub num.* 4. in eo
non ſeruatur ordo iuris, nec eſt neceſſe libel-
lum offerre, ſed ſicut de facto proceſſit in-
nouatio, ita de facto iudex ex mero ſuo offi-
cio facit reuocationem, *gloſſ. 1. in clem 2. hoc
tit. & ibi* Can. *Pan. in c. bonæ num. 16. verſ. 1. caſ.
& numer. 20. de appell. fuſe Ioan. Monach. in cap.
cupientes num. 132. & ſeqq. de elect. in 6. late Man-
doſ. in commiß. attent. in verb. cauſam & cauſas &
gloſſ. ſeqq.* quia attentata ſunt ipſo iure nulla,
*c. 1. in fine & c. 2. hoc tit. in 6. c. non ſolum de ap-
pel. in 6.* & iniuſta, *Clem. 2. hoc tit.* quod atte-
ſtans lædat partem, iudicem, & ius, *Pan. in
d. c. bonæ ſub nu. 21. de appell.* Petens reuocatio-
25 nem † probare debet attentatum lite vel
appellatione pendente, & ſtatum in quo e-
rat, ſed non poſſeſſionem *d. c. bon. mem. de ap-
pell. cap. dilectæ in fine de except. Innoc. in c. dilecti
num. 3. de maior. & obed.* Rot. *deciſ.* 10. *de appell.
in antiq.* niſi ille contra quem petuntur at-
tentata reuocari, de iure communi, & ex
cauſa veriſimili præſumatur poſſidere, quia
tunc debet probare poſſeſſionem tempore
motæ litis, vel appellationis, & quod nunc
eſt penes aduerſarium; *Pan. in d. c. bonæ n. 19. per
illum text.* ſed non habet neceſſe colorare
poſſeſſionem in beneficialibus: *Pan. in d. c. bo-
næ n. 21. & Achil. deciſ. 25. de appell.* Rot *deciſ. 2. de
reſtit ſpoliat in nou.* Caſſa1. *deciſ. 3. eod.* Ratio eſt,
quia vbi alius de iure communi præſumitur
poſſidere, non videtur lite pendente atten-
tare, ſed vti ſua poſſeſſione, quam prius ha-
bebat, & ſic non videtur attentatum, niſi
petens reuocationem probet poſſeſſionem
de tempore motæ litis; *arg. c. ad decimas de re-
ſtit. ſpoliat. in 6. Io. Monach. in c. cupientes n. 138.
de elect. in 6.* Rot. *d. deciſ.* 10. *de appell. in antiq.*
daturque ei dilatio, ad probandum in curia,
ſed non fit remiſſio ad partes; Rot. *deciſ. 7. de
prob. in antiq. & d. deciſ.* 10. *de appell. in antiq. Io.
Monach. in c. cupientes num. 57. & 58. de elect. in
6. Zab. in clem. ſæpe §. & quia in 3. not. de verb. ſig-
nif.* in ea non admittitur exceptio alterius
ſpoliationis, quia attentans lædit etiam iu-
dicem, *Pan. in d. bonæ num* 20. & huiuſmodi
exceptio tantum habet locum contra acto-
rem, vt remoueatur ab agendo, non contra
eum qui implorat officium iudicis, *c. 2. & ibi
Inno. ſub nu. 5. verſ. item hac exceptio & num. 6. &
ſeqq. de ord. cog.* Certis caſibus datur contra
tertium, vt quando appellatio extraiudicia-
lis fuit generalis, *d. c. bonæ & ibi Pan. num. 18. &
Can. communiter*, generalis autem appella-
tio iudicialis non valet, *c. 2. de appell.* & aliis
caſibus ſupra notatis in limitationibus datis
ad regulam, Tertius non attentat. Petitur
reuocatio † attentatorum in quacunq; par- 26
te litis, vſq; ad concluſionem in cauſa exclu-
ſiue, Rot. *deciſ. 6. hoc tit in antiq. & deciſ. 4. eod.
in nou. c. non ſolum & ibi* Can. *de appell. in 6.* Eſt
quæſtio emergens, & venit in prima com-
miſſione ſine noua citatione partis princi-
palis, etiamſi ſuper attentatis fiat commiſ-
ſio, *Mohed. deciſ. 4. de iud.* Rot *deciſ. 5. d. reſcript.
Franc. in cap. ex ratione nu. 6. & ſeq de appell. c. 1.
de cauſ. poſſeſ. & prop.* Rom. *conſ. 343. ſub numer.
13. verſ quoad tertium*, impedit † ante & poſt 27
litem conteſtatam parte opponente, *Capu-
taq. deciſ. 60. part. 1. c. non ſolum & ibi Io. And.
in princ. & n. ſeqq. &* Can. *de appel. in 6. Franc.
in c. dilecti el. 3. numer. 2. & ſeq. de appell.* proceſ-
ſum ad vlteriora, *c. non ſolum & ibi gl. in verb.
ante omnia de appel. in 6.* ac etiam executionem
brachii ſæcularis, *Caputaq. deciſ. 56. part. 1.*
R*ip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 62. &
ſeqq. ff. de acq. poſſ.* nam condemnatus † de 28
attentatis debet ea purgare, & ab eis depen-
dentia ac ea tangentia, Rot. *deciſ. 6. ſub nu. 6.
verſ. & in primis & num. 7. & 8. part. 2. diuerſ.*

*Achil.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Achil.deciſ.32.de appel.Imol.in c.dilectus el.2.ſub numer.12.circa fin.de reſcript.* pure & ſimpliciter, non conditionaliter, *Lancell. de attent. part.3.cap.29.n.31.Bald.in l.acceptam num.24. C.de vſur.Greg.xv.deciſ 486.num.15.& ſeqq.& ibi annot.* vt non ſolum de iure, ſed neque de facto nocere poſſint, *Lancell. de attent.part. 3.cap.29.num.42.Greg.xv.deciſ.505.n 5.* in tribunali cuius iuriſdictio fuit læſa, *Lancell. de attent.part.3 cap.7. num. 39.& ſeqq.Greg.xv. dec.456 num.4.* & parere ſententiæ, antequam audiri poſſit, ſuper negocio principali, *arg.l.ſi rem §.omnis ff.de pign.act. Bald.in l. vnic.num.4.C.ne lic.in vna eademque tert.&c. Creſc.deciſ.1.de ſequeſt poſſeſ.& fruct.* cum reali dimiſſione poſſeſſionis, cuius ſufficit ceſſio facta in iudicio, per procuratorem, habentem ſpeciale mandatum, *Lancell. de attent. cap.29.num.30 part.3.* non autem expectari debet, vt eatur in partibus pro capienda poſſeſſione, ne retardetur proceſſus; *Achil. deciſ.23.de appel.c.finem c. venerabilis de dol. & contum.& vtrobique gloſſ & DD.c. vt litigantes de offic.ordin.in 6.& ibi Can.* nec non cum totali ſolutione fructuum, & expenſarum, *cap. conquerente & ibi Bald.num.1.per illum text. de reſtit.ſpol late Lancell.de attent.cap. 29. numer. 15.& ſeq.& num 24.& latius cap.31 num 20. & ſeqq.& num.99.& ſeqq.part.3 Mynſ.obſ.26. cent.1.* iudicialium, *Rot.Farin.deciſ.329 num.1. part.1.tom.1.Bald.in c conquerente in 1. not.de reſtit.ſpoliat.*, quia expenſæ iudiciales, poſſunt etiam per attentantem probari, & liquidari, quod ſint certæ, & ſoluantur conſiderata quantitate poſtulatorum, vel medii itineris interuallo, & ſunt in curiis taxatæ, *l.non ignorei C.de fruct.& lit.expenſ. §.tripli & ibi DD. Inſtit.de action.* expenſæ vero, quæ fiunt extra iudicium, attentanti ſunt ignotæ; & vbi non eſt facta liquidatio, non ſufficit oblatio verbalis cum depoſito vnius Iulij, in euentum liquidationis, pro non liquidis; ſed fieri debet actualis reſtitutio, *Card.Seraph. deciſ. 1176.plures cumulans Caputaq.deciſ. 270.part. 2.Put.deciſ.138.l.b.1.Bald. in c.conquerente in 1. not.de reſtit.ſpoliat.Lancellot. de attent. part.3. cap 31.num.127.& ſeqq.* quod tamen Rota quandoque non attendit, *l.ſtatu liber. rationem ff.de ſtat.liber.Bald.in d.l.vnic. numer. 4. Mohed deciſ.17.de reſt.ſpoliat. Lancell. de attent. part.3.c.29.nu.21.& 23 Greg.xv.deciſ.503.num. 1.& ibi late annot.* vel petens procedi ad vlteriora impetrat commiſſionem , in qua præfigitur terminus aduerſario ad liquidandum, *Greg xv deciſ.503 n.1.& ibi annot.* In eo veniunt fructus à die ſpolij attentati, *Rot.deciſ.2.num.3.& deciſ.5. de reſtit. ſpoliat. in nou. dictum eſt ſupra de reſtit.ſpoliat.l.2.C.de petit.hæred.* Poſſeſſio attentata non eſt manutenibilis, ſed ſequeſtranda, & videndum citius de bono iure iuxta inueteratam obſeruantiam Rotæ, *Rot.deciſ.616.in fine 1. diuerſ. Zab.in clem.vnic.ſuo num.28.in 22.quæſt.de ſequeſt poſſeſſ.& fruct.Greg.xv.dec.91.* quando attentata ſunt commiſſa per procuratorem non habentem mandatum tunc principalis, ſtatim habita de illis notitia debet renunciare ne alias videatur ratificaſſe, *Gregor.xv.deciſ.548. n.12.l.quo enim verſ.rem habere & §.1.ff.rem ratam habere*, Sententia † ſuper reuocatione 29
attentatorum eſt interlocutoria, *Rot. dec.10. de re iud.in antiq.gl.in clem.vnic.in verb. definitiua de ſequeſt.poſſeſs.& fruct. Archid.in c.1.nu.1.de appel in 6.Rot.deciſ.1.de offic.iudic.in antiq.* & tranſit in iudicatum, quoad iudicem, vt non poſſit per eum reuocari, *Pan.& Franc.in c.cum ceſſante de appell.Achil.deciſ.13.eod.* in appellatione ab ea interpoſita non habet locum Clem. appellanti de appell. ſed poteſt iuſtificari ex cauſis in ea non expreſsis, maxime ſi per eam fiat reſtitutio poſſeſsionis adeptæ lite pendente, vel appellatione, vel poſt in-

hibitionem, Rot.deciſ.xj.de appel.in nou.Rot.de-
ciſ.1.& ibi add.ſub numer.3.hoc tit.in nou. clem.
cum repulſione & ibi gloſſ.2.de appell. Bald.in l.
minoribus num.7.& ſeqq.C.de his quib.vt indig.
& c.l.ait prætor §.permittitur ff.de minor. & ibi
30 Bald.nu.2.& DD. Ceſſat remedium † atten-
tatorum, quando nulla eſt lis, in rubrica & ni-
gro huius tituli, vel lis non reſpicit id, de quo
dantur attentata, Achil.deciſ.6.hoc tit. l.ſole-
mus ff de iud.& ibi gl.1.& DD. l.cum quæritur
cum l.ſeq.& l.& an eadem in princ.& § fin.ff.de
except.rei iud. vt ſi agatur ad ſolutionem di-
uerſorum terminorum fructuum ſeu cen-
ſum, ab iis, qui in priori iudicio fuerunt de-
ducti: l.non poteſt ff.de iud.& ibi Bart.& DD.l.
ſcire debemus ff.de verb.obl.Greg.xv.deciſ.345. i-
tem lite pendente ſuper beneficio, & iure
regrediendi, non dicitur lis, pendere ſuper
iure percipiendi fructus, propria auctorita-
te; quia illud eſt ius formale diſtans à poſſeſ-
ſione, & proprietate: l.permiſceri ff.de acq.poſ-
ſeſ.l.vſusfructus ff.ſolut.matr.inſtit.de vſufru.& i-
bi poſt gl.2.DD. quando vnus collitigantium
ingreditur poſſeſſionem vacantem, alter
paſſus attentata non poteſt petere eum à
poſſeſsione remoueri, ſed iudex ex puro ſuo
officio poteſt talem apprehenſionem re-
uocare: Pulchre Lancell.de attent.part.2.c.4.de
attent.lit.pend.n.329.& 334 & ſeqq. Greg.xv.
deciſ.305. poſt concluſionem in cauſa in illa
inſtantia, ſecus in alia: Lancell.de attent.part.3.
cap.23.n.50.& ſeqq.Greg.xv.deciſ.251.num.12.
quando procedi poteſt ad executionem, li-
te & inhibitione non obſtante: Rot.deciſ.641.
ſub numer.xj. verſ. quod autem & num. ſeqq.
part.1.diuerſ.l.iuſte poßidet ff. de acq. poſſeſ. &
ibi DD.Cyn.in l.meminerint.numer.3.C. vnde vi
Afflict.deciſ.302.numer.2.& ibi add. Gonz.ſuper
reg.de menſ.& altern.gloſſ.9.§.1.tit.annot.cont.
nullit. & attent.numer. 224. quando non
conſtat de anterioritate, quia eadem die lis
fuit cœpta, & attentatum, ne præſumatur
delictum: Fel.in c.ſuper litteris ſub num.12. in
fine verſ.modo d.regula limitatur & num.ſeqq.de
reſcript.Achil.deciſ.37.de appell. Creſc. deciſ.1.
de cauſ.poſſeſſ.& prop.Bell.deciſ.698. quando
attentata ſunt turbida, Rot.deciſ.120.in princ.
part.1.diuerſ.cap.fraternitatis verſ.& ſi prædi-
cta ibi quamdiu articulus iſte dubitabilis erat de
fugit.& malef. aut conſtat de notorio non
iure petentis reuocationem attentatorum,
c.conſtitutus & ibi Innoc.de fil.presb.c. ſignificaſti
de diuort.Bellam.dec.552.Rot.dec.2.hoc tit.in nou.
per confeſſionem aut rem iudicatam, ſed iu-
dex ex officio ea reuocat, Lancell. de attent.
part.3.cap.24.quæſt.1.numer.2.& 6.& ſeqq.
& num.83.& ſeqq.Greg.xv.deciſ.465. num.9.
& 10. præterea ceſſat ex conſenſu partis ex-
preſſo, vel tacito in attentatis commiſſis, &
in eſſe deductis, vel de cætero committen-
dis, c.conſtitutus & ibi DD.de appell.l.2.& ibi
not.C.de acq.poſſeſ.l.à §.ſi alter ff.quor.legat.Lan-
cell.cap.4.de attent.lit.pend.limit.16. per totam
& cap.12.de attent appell pend.limit.c.2.per tot.
part.2.Creſ.deciſ.2.vt lit. pend. quæ tamen iu-
dex ex mero officio, pro dignitatis ſuæ con-
ſeruatione poteſt reuocare, Lancell.cap.4.de
attent.lit.pend.limit.15.numer.21.& ſeqq.part.
2 Greg.xv.deciſ.243.in fin.& ibi annot. nec non
ceſſat ex præſumpto conſenſu partium, &
longa poſſeſsione, Achil.deciſ.35.de appel.l.1.2.
& 4.C.de remiß.pig.l.2.cum ibi not.C.de acquir.
poſſeſ. niſi in ſpecie eſſet commiſſa cauſa ſuper
attentatis, Cæſar.deciſ.6.num.21 de cauſ.poſſeſ.
& prop.cap.ſi aduerſus de hæret. & ibi gloſſ. &
Can.l.2.C.de ſer.pig.dat.manum. & ibi
Bald.& DD. ex aliquorum opinione in at-
tentatis antea, quorum reuocatio petitur
poſt litem conteſtatam in cauſa appella-
tionis; quia litem conteſtando videtur gra-
uamini attentato, eiuſque reuocationi re-
nunciare: Angel.Peruſ.in l.eius §.ſi cuius num.3.

ff.de

*ff.de appell.recip.contrarium tenet Ioan. And. in c. non ſolum in princ. in verb. ante omnia de appel. in* 6. in attentatis lite vel appellatione pendente, quorum reuocatio petitur poſt rem iudicatam, *Creſc. deciſ. 1. de re iud. arg. l. ſed etſi ſuſcepit ff. de iud. & ita intelligendus eſt Bald. in l. ſi de proprietate ſub num. 15. verſ. quæro C. ſi à non compet. iud.* vel appellatione, deſerta, *Rot. deciſ. 1. de appell. in nou. Cæſar. deciſ. 2. de appell. l. furti & ibi gloſ. & DD. ff. de his qui not. infam. c. licet de ſent. excom. in 6. c. venientes & ibi not. de iureiur.* niſi attentata reuocentur, non per viam attentatorum, ſed per viam nullitatis; *c. ſæpe & ibi Franc. num. 30. prop. fin. præpoſ. numer. 37. de appell. Rot diuerſ. deciſ. 406. part. 1. & deciſ. 6 num. 10. part. 2.* in interdictis retinendæ, quia an attentatum ſit, necne in principali cauſa diſcutitur, *Viſil. ad Afflict. deciſ. 156. num. 1. Capic. deciſ. 72.* & generaliter in materia attentatorum non eſt proſedendum ante omnia ad eorum reuocationem, quando cognitio illorum pendet à negotio principali: *Lancel. de attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 19. Rot. diuerſ. deciſ. 574. part. 3. lib. 3.* item ceſſat, quando, cauſa pendente in curia, iudex ordinarius teſtes de quorum morte vel aliquo impedimento dubitatur, ad cautelam recipit, qualis receptio valet, ſi poſtea non poteſt haberi copia teſtium; ſi vero ſuperuiuunt, fit remiſsio ad partes & repetuntur: *Rot. deciſ. 3. de teſtib. in antiq. arg. l. 1. § ſed etſi cum mater ff. de appell. recip. l. Diuus ff de tut. & curat. dat. & c. l. in l. aquilia ſi deletum ff. ad l. aquil.* item quando agitur de exhumatione corporis ſepulti: *Rot. deciſ. fin. hoc tit. in antiq. Franc. in c. dilecti el. 2. numero quinto, de appel. Gemin. in cap. non ſolum in fin. eod. tit. in 6. Greg. xv. deciſ. 276. numer. 3 & ibi annot.* interdum per commiſ-
31 ſionem † attentata reijciũtur arbitrio Rotæ, prout fuſius per ſequitur, *Greg. xv. dec. 465. & ibi annot.*

## De ſequeſtratione poſſeſsionis & fructuum.

## Titulus XVII.

### SVMMARIA.

1 *Sequeſtratio eſt depoſitum rei iudicio deductæ. Alia eſt prætoria, alia voluntaria, alia iudicialis.*

2 *Prætoria fit auctoritate iudicis contra voluntatem partium cauſa cuſtodiæ & poſſeſsio remanet penes poſsidentem.*

3 *Voluntaria fit de partium voluntate, ac per eam perditur poſſeſsio rei ſequeſtratæ.*

4 *Iudicialis eſt quæ fit in cauſam iudicati per quam auſertur poſſeſsio.*

5 *Sequeſtratio fit rerum mobilium à pluribus & inſolidum.*

6 *In res immobiles non cadit ſequeſtrum, niſi in caſu* clem. 1. hoc tit.

7 *Sequeſtratio regulariter eſt prohibita.* *Fallit 1. in odium contumacis.*

8 *2. in ſententia vniuerſali per quam aliquis declaratus eſt hæres.*

9 *3. quando miſſus in poſſeſsionem fructus diſsipat.*

10 *4. Appellatione pendente quando probatur dilapidatio.*

11 *5. quando ſuper beneficio propetitore contra poſſeſſorem ipſius in petitorio vel poſſeſſorio prima ſententia definitiua fertur apud ſedem Apoſtolicam, & fuſe explicatur clem. 1. hoc tit.*

12 *6. Semper admittitur deſcriptio & inuentarium bonorum.*

13 *7. Propter aliquam ſuſpicionem.*

14 *8. Sequeſtratur mulier, quæ pendente lite ſuper matrimonio, ſecundo nubit.*

15 *9. Quando res ſequeſtratæ ſunt tempore perituræ vendũtur. & pecunia in ſequeſtro ponitur.*

16 *10. In cauſa beneficiali, quando lis eſt mota inter duos, quorum neuter antea pacifice poſſedit.*

17 *11. Quando beneficiatus monitus à ſuperiore non deſeruit.*

*deſeruit, ſuperior fructus beneficij ſequeſtrat, & aſſignat ei qui deſeruiat.*

18 12. *Fructus beneficiorum ſedi Apoſtolicæ reſeruatorum, ſiue affectorum ordinaria vel alia auctoritate collatorum ſequeſtrantur.*

19 13. *Appellatione interpoſita ab executione, res mobiles & fructus rerum immobilium ſequeſtrantur.*

20 14. *Quando ſtatuto vel priuilegio receptum eſt quod in poſſeſſorijs iudicij, appellatio non impediat executionem, ſed victor ſtatim poſt definitiuam mittatur in poſſeſſionem præſtita cautione de re reſtituenda cum fructibus.*

21 *Sequeſtratio in caſibus permiſſis, fit vocatis quorum intereſt, & cum cauſa cognitione.*

22 *Prætoria tollitur ſufficienti ſatiſdatione, curſu decennij, lite finita.*

23 *Speciale eſt in cauſa clem. 1. hoc tit. quod contrario iuſſu non poſſit tolli.*

24 *Iudicialis ſequeſtratio reuocari non poteſt.*

25 *Sequeſter qua actione teneatur, & quanam actiones dentur ſequeſtro.*

26 *Tenetur de culpa & negligentia.*

ALIQVANDO ex cauſa aliquid innouatur lite pendente ex actu ſequeſtrationis, ideo poſt reg. *vt lit. pend. &c.* ponit *de ſequeſtratione &c.* habet hæc rubrica duas partes, ad primam partem facit decretalis prima, ad ſecundam decretalis ſecunda & tertia. Se-
1 queſtratio † eſt depoſitum rei, in iudicium deductæ, *l. ſequeſter ff. de verb. ſignif. l. ei apud quem §. fin. cum l. ſeq. & l. licet ff. de poſ.* Sequeſtratio alia eſt prætoria, alia voluntaria, *late Ioan. Monach. in c. locupletari à n. 2. vſque ad finem de reg. iur. in 6.* alia iudicialis, *Bald. in l. vnica n.*
2 *8. C. de probib. ſequeſt. pec.* Prætoria † fit auctoritate iudicis, aliquando de re non contentioſa aliquando de re contentioſa, ad ſui iuris conſeruationem, vt cum inſtrumenta communia deponuntur, *l. fin. ff. de fid. inſtrum,* vel ad damni euitationem, vt quoties quis deponit, vt ſecuriorem reddat obligationem, *l. acceptam C. de vſur.* quales depoſitiones & ſequeſtrationes ſunt permiſſæ, *Bald. in l. vnica ſub num. 3. C. de probib. ſequeſt. pecun.* & quandoque fit de re contentioſa pro poſſeſſione, ante ſententiam vel poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam, vt in Clem. vnic. hoc tit & aliis caſibus ſimilibus notatis per *Bald. in l. vnica ſub num. 3. C. de probib. ſequeſt. pecun.* contra voluntatem partium cauſa cuſtodiæ, quod in dubio præſumitur, & poſſeſſio remanet penes poſſidentem, *arg. l. 3. §. fin. ff. de acquir poſſeſſ. Bart. in l. intereſſe puta nu.*
4 *ff. eod & in d. l. licet.* etiamſi poſſeſſor conſenſerit ſequeſtro, qui conſenſus præſtatur in executionem decreti iudicis, qui non intendit priuare poſſeſſione, & conſenſus præſtitus ad vnum effectum non debet operari alium, *l. 2. § fin. C. de iureiur. propt. cal dan. l iubemus C. ad SC. Velleia. Iaſ. in l. ſi duo rei ſub num. 6. & in l. ſi quis promiſerit ſub num. 1. ff. de verb. oblig Greg. xv. deciſ. 9. & ibi add. numer. 12.* niſi de voluntate iudicis aliud appareat, & tunc neuter collitigantium poſſidet, ſed ſequeſter, *c. 1. & Clem. 1. hoc tit. pulchre Mynſing. obſ. 35. cent. 5.* quia iudex ſine aliqua expulſione priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, quando decretum rite & recte interponit, *Alex. in d. l. iuſte poſſidet num. 8. & ſeqq. & nu. 18. vbi ponit regulam quam limitat ſex modis Greg. xv. deciſ. 9. n. 45. & 8 gloſſ. & Bart. in d. l. iuſte diſtinguunt an decretum ſit iniuſtum ex parte agentis vel ex parte conuenti & contra eius ius.* Vo-
luntaria † eſt, quæ fit de partium voluntate, 3
& ſemper eſt licita, *l. ſi ſoluturus ff. de ſolut.* ac per eam perditur poſſeſſio rei ſequeſtratæ, interrumpitur præſcriptio, quoad ipſos deponentes, quia pendente ſequeſtro vnus contra alterum iuuari de poſſeſſione nequit, ſed contra alios victor de poſſeſſione iu-

uari

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uari poteſt, cum quoad alios liberas ædes
habeat, *Ioan. Monach. in c. locupletari num. 4. in
fine de reg. iur. in 6. vbi ita limitat. d. l. intereſſe.*
idque tacitum intelligitur, *d. l. licet & ibi Bart.
poſt gloſſ. fin. ff. depoſ. Bart. in d. l. intereſſe num. 4.
Bald. in l. vnic. n. 3. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* niſi
cauſa cuſtodiæ ſequeſtretur; *d. l. intereſſe & ibi*
DD. poſſeſſor autem etiam poſt tranſlatam
ex voluntario ſequeſtro poſſeſſionem ſuſti-
net partis rei, *l. ſi oleum ff. de dol. & ibi Bart. nu.*
4 2. Iudicialis eſt, quæ † fit in cauſam iudi-
cati, per quam auffertur poſſeſſio, *Bart. in l. à
diuo pio §. ſi ſuper rebus ſub n. 10. ff. de re iud. l. ſi
& iure & ibi pulchre Bart. ff. qui pot. in pign. hab.
& ibi DD. l. poſtquam §. imperator. ff. vt legat.
nom. caueat l. cum remp. C. qui pot. in pign. &c. ſed
contra Bart. tenet. Iaſ. in d. §. ſi ſuper rebus num. 14.
& 15. Alex. numer. 23.* Fit ſequeſtratio rerum
5 † mobilium, de quibus eſt controuerſia, *ſi
fideiuſſor. & §. ſatiſdatum ff. qui ſatiſd. cog.* fru-
ctuum etiam pendentium, licet dicantur
pars ſoli, *l. fin. ante finem ff. de acq. reis &c. Iaſon.
in d. §. ſi ſatiſdatum num. 7.* non ab vno ſed à
pluribus, & inſolidum vnuſquiſque videtur
depoſuiſſe, *l. licet ff. depoſ. gloſſ. 2. in c. 2. in fine
Depoſ. & ibi Can.* ſecus quando à pluribus fit
rei communis depoſitum, *l. 1. §. ſed etſi duo ff.
depoſ.* præterea rerum mobilium, de quibus
non eſt controuerſia, vt dictum eſt, videli-
cet rei debitoris, vt creditori cautum ſit, &
ſecurior reddatur obligatio, *l. acceptam C. de
vſur. l. debitor ff. eod. Bald. in l. vnica ſub nu. 3. verſ.
quædam eſt de re non contentioſa C. de prohib. ſe-
queſt. pecun. Caſ. deciſ. 3. num. 4. de fideiuſſ.* & ab
vno creditore vel à pluribus fieri poteſt, *l. ſi*
6 *creditores ff. de priuil. cred.* In res † immobi-
les non cadit ſequeſtrum, ſed interdicitur
earum alienatio, *l. de pollicitationibus in fine ff.
de pollicit. l. diuus pius ff. de petit. hæred. l. ſi credito-
res verſ. plane ff. de priuil. Cred.* fallit in caſu
Clem. 1. hoc tit. prohibeturque ingreſſio
vtrique parti contendenti de poſſeſſione,
ne veniant ad arma & rixas, *l. ſi vſusfructus §.
ſed ſi inter duos ff. de vſufr. Mynſing. obſ. 96. cent. 2.*
ac fit præceptum ne vnus pertranſeat ante
domum alterius, *l. 1. §. fin. verſ. quies ff. de off.
præf. vrb. Bart. in l. quod iuſſit num. 4. poſt gloſſ. in
verbo vetuit ff. de re iud.* quando neuter, aut in-
certum eſt quis poſſideat; ſed quando con-
ſtat iudici, quod alter poſſidet, tunc eum
manutonet, & mandat aduerſario, ne acce-
dat illuc; *l. fin. ff. de off. proc. Caſ. Capic. deciſ. 96.
num. xj. Grat. conſ. 10. num. xj. & 12. lib. 1. Bald.
in l. ordinarij ſub num. 10. verſ. tertio quæro C. de
rei vend. Greg. xv. deciſ. 9. num. 3 & deciſ. 61. nu.
1. deciſ. 437. num. 4. & ibi annot.* Sequeſtratio
regulariter † eſt prohibita, *In rubr. & nig.* 7
*C. de prohib. ſeq. pec. l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum
& ibi gloſſ. fin. ponit reg. & aliquot fall. & alias
add. ibidem Iaſon. num. 27. ff. qui ſatiſd. cog. vel ſuæ
pro &c. cap. 2. & ibi gloſſ. fin. ponit reg. & fall. &
ibidem Hoſt. numer. 2. & Can. hoc tit. Myn. obſ.
35. cent. 5.* Fallit primo, quia permiſſa eſt ſe-
queſtratio in odium contumacis, *c. ex literis
de dol. & contum.* vbicunque autem procedi
poteſt ad definitiuam contra contumacem
lite non conteſtata, ibi nunquam iudex ex
contumacia poteſt apponere ſequeſtrum;
ne reus ex contumacia afficiatur duplici in-
commodo, *Franc. Aret. in d. l. intereſſe num. 2 ff.
de acquir. poſſeſſ.* Secundo, lata ſententia in iu-
dicio † vniuerſali, per quam declaratus eſt 8
aliquis hæres, omnes res de quibus eſt du-
bium, an ſint hæreditariæ; debent ſeque-
ſtrari, *Bald. in l. 2. ſub num 2. & 6. C. quib. ad li-
bert. proclam. non licet.* Tertio, quando miſſus
in † poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ fructus 9
diſſipat, fructus diſtracti in priſtinum ſta-
tum reuocantur, & cum alijs ſequeſtrantur,
*c. 2. hoc tit.* Quarto, † appellatione penden- 10
te permittitur ſequeſtratio, quando proba-
tur dilapidatio, aut conuerſio fructuum per

poſſeſſorem appellantem, in alios vſus, quam proprios, *c. fin. hoc tit. l. ab executione C. quor. appell. non recip. l. imperatores §. fin. ff. de appell. late Rot. deciſ. 13. part. 2. diuerſ. Gail. obſ. 147. num. 5. libro 1.* ita vt ex iiſdem, ſi aliqua alia facultas eſſe non poterit, tantum litis ſumptis & alimonia reo ſubminiſtrentur, *l. fin. C. de ord. cognit. & ibi Salic. & DD.* quia ſi confirmabitur ſententia, debet fructus perceptos poſt litem conteſtatam reſtituere cum ipſa re, *l. certum C. de rei vend.* aut quando adeſſet difficultas exactionis, contra illum in euentum ſuccumbentiæ, *Rot. d. deciſ. 13. poſt num. 2. arg. l. 1. in fine & l. 3 ff. de alienat. iud. mut. cauſ. fact.*

11 Quinto, quando † ſuper beneficio pro petitore contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit, in petitorio vel poſſeſſorio prima ſententia, *Put. deciſ. 73. lib. 1. & deciſ. 249. lib. 2. per Clem. vnic in verb. vt vna hoc tit.* definitiua fertur, apud ſedem apoſtolicam duntaxat, etiamſi nulla fore dicatur, fit ipſius beneficij, & ſic nedum rerum temporalium beneficij, ſed ſpiritualium, & omnium quæ in iure conſiſtunt, *Anchar. in Clem. vnic. numer 3. hoc tit. & ibi Vital. in princip. num. 76.* ſequeſtratio per loci ordinarium, quæ per ſatiſdationem impediri non poteſt, *Zab. in d. Clem. vnic. num. 29. & ibi Can.* penes perſonam idoneam ætate & ordine requiſitis in beneficio, quæ habet plenam curam de beneficio ſequeſtrato, & eſt legitimus adminiſtrator, ſicut is qui adminiſtrat ſede vacante, *c. quia ſæpe c. is cui de elect. in 6. Card. in d. Clem. 1. num. 9. hoc tit. Rot. deciſ. 5. de elect. in antiq. Felin. in c. cum Bertholdus in fine de re iud.* poteſt conferre, & præſentare, *Imol. in c. examinata num. xj. de iud. Ioan. Andr. numer. 4. Innoc. & Can. communiter Vital. in Clem. vnic. numer. 69. hoc tit. & ibi Can. Garz. de beneſ. part. 5. cap. 6. in princip. Rot. deciſ. 5. de elect. in antiq.* ac ex eo recipit victum & ſalarium, *Vital. in d. Clem. vnic. n. 70. & 72. arg. c. cum ſecundum de præb. l. à tutoribus §. fin. ff. de admin. tut.* quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans, ipſo facto excommunicatus eſt, & nullatenus abſoluitur niſi impedimento amoto, ac fructibus occupatis reſtitutis: & ſi eſt de litigantibus, cadit eo ipſo à iure ſuo, *Cle. vnic. hoc tit. & ibi gloſſ. & DD.* & à ſententia, quæ declaratur cecidiſſe à iure ſuo, non poteſt appellare, cum à pœna legis non appelletur: *Zab. in d. Clem. vnic. in xj. quæſt. hoc tit. & ibi Can.* poteſt ſtatim conferri, *c. licet Epiſcopus de præb. in 6. & ibi Can.* & per quemcunque impetrari, & comprehenditur ſub eccleſiaſticis generalibus, quouis modo vacet &c. *gloſſ. in Clem. ſi propter in verbo vacabant & ibi Can. de reſcript. in 6. Mand. in reg. de infirm. ſua beneſ. reſign. quæſt. 17 numer. 2. & 4. & ſeq. Lap. alleg. 6. n. 6. & 7. & in terminis noſtris Mohed. deciſ. 2. hoc tit.* Quæ locum habent poſtquam ſequeſtrum eſt parti intimatum etiamſi ſequeſtrator id non acceptauit, aut adhuc non accepit poſſeſſionem beneficij, *Rot. diuerſ. deciſ 274. in fine part. 2. atteſtans alias ita fuiſſe deciſum.* quod dicitur ſequeſtratum, ex quo auditor dicit ſequeſtramus, *Creſc. deciſ. 2. hoc tit. l. ſi quis filio exhæredato §. irritum ff. de iniuſt. reſp. irrit. fact. teſtam. & ibi DD.* nec recuperat beneficium ob violationem ſequeſtri amiſſum, & forſan alteri collatum, etiamſi ſententia & ſequeſtrum poſtea annularentur, *Achil. deciſ. 2. ſuper reg. Can. tit. generalis Clem. vnic. in fine & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc tit. Rot. Beſign. deciſ. 2. hoc tit.* quia pœnæ violationis ſequeſtri ſunt introductæ non in fauorem litigantis, ſed iudicis ponentis ſequeſtrum, vt eius mandatum ſeruetur, *Zab. in d. Clem. vnic. § ſi quis autem in 9. quæſt. hoc tit. & ibi Can.* Reus & poſſeſſor violans ſequeſtrum poteſt petere & obtinere ſententiam abſolutoriam, ex non iure actoris, etiamſi

prudens

prudens & ſciens ſequeſtrum violauerit, ſi-
ue ante acceptationem ſequeſtrarij, ſiue poſt
eius acceptationem, *c. olim in fine de reſcript.
Rot. diuerſ. in terminis deciſ. 273. & 274. part. 2.*
Ob violationem ſequeſtri poſiti, vel prop-
ter offenſam iudicis, vt quia alter lite pen-
dente accepit poſſeſſionem, aut propter a-
liam cauſam, & officio iudicis, non cadit
quis à iure ſuo quod habet in beneficio, quia
*d. Clem. 1. hoc tit.* loquitur in ſequeſtro appo-
ſito propter præſumptionem reſultantem
ex ſententia definitiua lata in petitorio vel
poſſeſſorio: *d. Clem. vnic. & ibi poſt gloſſ. in
verbo definitiua Can. Mobed. deciſ. 1. hoc tit.* ideo-
que non habet locum in interlocutoria,
quia d. Clem. vnica eſt pœnalis, & non de-
bet extendi de vno caſu ad alium, etiam ex
identitate rationis, *l. in honorarijs verſ. ſed cum
reſciſſa ff. de act. & oblig. c. non ſolum c. conſtitu-
tionem de reg. iur. in 6. Bellam. dec. 54. Mobed. dec.
1. hoc tit.* Subrogatus in iure petitoris, pro
quo lata fuit prima ſententia, cedentis, vel
decedentis, non poteſt petere decerni ſeque-
ſtrum, non alias docto de iure ſuo, ceſſat e-
nim ratio in ſurrogato, quia iura ipſius peti-
toris cedentis erant diſcuſſa, ſed ſubrogati
non ſunt diſcuſſa, *Card. in d. Clem. 1. in 4. quæſt.
verſ. & ex his colligitur Creſc. dec. 5. hoc tit.* ſi ad in-
ſtantiam petitoris, ante ceſſionem, decre-
tum ſit ſequeſtrum, habens cauſam à petito-
re per reſignationem, de qua per ſolam ſup-
plicationem conſtat, poteſt petere illud re-
laxari ex officio iudicis, ne ille qui ſuccubuit,
incumbat vitioſæ poſſeſſioni, & ne litem
protoget ex fructibus beneficij, *arg. l. 1. in pr.
verſ. non ſolum autem ff. vt leg. ſeu fideicom. nom.
caueat Card. in d. clem. 1. in 23. quæſt. Creſc. deciſ.
5. n. 2. hoc tit.* Quod ſi prima ſententia fera-
tur pro poſſeſſore, & ſecunda contra poſſeſ-
ſorem, non debet fieri ſequeſtratio, *Zab. in
d. clem. vnic. in 4. quæſt. Put. deciſ. 52. lib. 1. Creſc.
deciſ. 4. hoc tit.* Sexto in omnibus caſibus in
quibus prohibita eſt ſequeſtratio, ſemper
admittitur † deſcriptio, & Inuentarium 12
bonorum, *l. fin. ff. de requir. reis & c. l. 1. §. pen. ff.
de vent. in poſſeſſ. mitt. l. imperatores § fin. ff. de ap-
pell. l. poſt contractum in fine ff. de don.* & ita iudex
tempore, quo fructus recolliguntur, poteſt
eos facere deſcribi, vt ſciat quot fructus reci-
piantur, *l. 1. § pen. ff. de vent. in poſſeſſ. mitt. Bart.
in d. l. imperatores § fin. poſt num. 2.* Septimo
Rota ſolet ſequeſtrare poſſeſſionem benefi-
cij propter aliquam ſuſpicionē, puta † quia 13
poſſidēs obtinuit cōpulſoriales ſpeciales pro
extrahendo inſtrumento poſſeſſionis ſui au-
toris, nec eas proſequi curauit, *Rot. deciſ. 183.
in fine part. 1. diuerſ. l. ſi tutor conſtitutus, ff. de ad-
miniſt tut. l. 2. & ibi gloſſ. fin. C. arbitr. tut. l. ſi
quis Titio §. 1. ff. de leg. 2.* Octauo ſequeſtratur
mulier † quæ pendente lite ſuper matri- 14
monio, ſecundo nubit, propter ſcandalum,
ne carnaliter copuletur cum ſecundo viro;
*c. tenor. de ſent. & re iud. c. 1. & c. fin. de mat. con-
trah. cont. interd. eccl. c. non ſolum & ibi gloſſ fin.
verſ. ſi irreuocabile de appell. in 6. Creſc. deciſ. 3. hoc
tit.* Non quando res ſequeſtratæ † ſunt 15
tempore peituræ, venduntur, & pecunia in
ſequeſtro ponitur, *l. litibus C. de agric. & cenſ.
lib. xj. l. is cui §. quæri poterit cum §§. ſeqq. ff. vt in
poſſeſſ. leg. & c. l. fin. ff. de requir. reis & c. Gail. obſ.
148. libr. 1.* Decimo in † cauſa beneficiali, 16
vbi lis eſt mota inter duos, quorum neuter
antea pacifice poſſedit, *Zab. in clem. vnic. ſub
num. 28. in 22. quæſt. hoc tit.* Vndecimo quan-
do beneficiatus † monitus à ſuperiore non 17
deſeruit beneficio, ſed appellat; ſuperior ex
officio mercenario deſeruiente illi moni-
tioni ſequeſtrat fructus beneficij, & aſſignat
ei, qui deſeruiat, *c. peruenit 2. de appell. l. 1. §. ſu-
per peculio C. de aſſert. toll. l. 3. C. quib. ad libert.
proclam. non licet,* Duodecimo Pius IV. con-
ceſſit facultatem iudicibus, lite pendente,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

18 decernendi ſequeſtra ſuper] fructibus † be-
neficiorum ſedi Apoſtolicæ reſeruatorum,
ſiue affectorum, & ordinaria vel alia aucto-
ritate nulliter collatorum, *Pius IV. conſtit. pu-
blic. die 26. Octobris 1560. late Gonzal. in §. 7. pro-
œm. reg. Cancel. de menſ. & alternat.* Decimo
19 tertio † ſi ab executore, qui modum iudi-
cationis exceſſiſſe dicitur, appellatum ſit,
iuxta l. ab executione C. quor. appell. non
recip. pendente appellatione res mobiles
vel fructus rerum immobilium ſequeſtran-
tur, *d. l. ab executione Bart. in l. 2. num. 8. ff. de ap-
pel. recep. c. fin. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. & ibi glo.*
20 *& Can.* Decimo quarto fallit † ſi ſtatuto
receptum, vel priuilegio conceſſum ſit, quod
in poſſeſſorijs iudicijs appellatio non impe-
diat executionem, ſed victor ſtatim poſt de-
finitiuam in poſſeſſionem rei litigioſæ mit-
tatur, præſtita cautione de reſtituenda re,
cum fructibus caſu quo ſententia per iudi-
cem appellationis foret retractata, *Gail. obſ.
147. ſub numer. 7. verſ. 3 fallit. li. 1. Bart. in l. 2.
num. 9. ff. de appell. recip. & ibi DD. Guid. Papa*
21 *deciſ. 37.* Sequeſtratio † in caſibus permiſ-
ſis fieri debet, vocatis quorum intereſt &
cum cauſæ cognitione, *c. inter de maior. & o-
bed. l. ſi creditores ff. de priuil. credit. Mynſ. obſ. 11.
cent. 2.* niſi iudex eam faciat ad mandatum
ſuperioris, qui prius de cauſa plene cogno-
uit; quia tunc non habet aliquem vocare,
cum ſit merus executor, nec de hoc poteſt
aliquis de eo conqueri, nec ab eo appellare,
*Card. in d. clem. 1. n. 31. verſ. vigeſimo quinto quæ-*
22 *ro &c.* Prætoria † tollitur ſufficienti ſatiſda-
tione, videlicet dato fideiuſſore, vel pignori-
bus aut etiam Iuratoria quando perſona ad-
uerſus quam eſt factum ſequeſtrum eſt ho-
neſta, *gl. in l. 1. §. 1. in verbo Iuratoria C. de aſſert.
toll. Pan. in c. ex parte 1. n. 4. de verb. ſignif. Mynſ.
obſ. 11. cent. 2.* de iudicio ſiſti, de re non dete-
rioranda, & de illa reſtituenda abſque vlla
mora, & procraſtinatione in caſu victoriæ:
*c. 1. & ibi gl. antepen. & fin. hoc tit. Iaſ. in l. ſi fide-
iuſſor §. ſi ſatiſdatum num. 17. ff. qui ſatiſd. cog. vel
ſua pro relinq. &c. vbi limitat. 4. modis,* curſu
triennij, *l. litibus C. de agricol. & cenſ. libr. xj.*
quia fructus poſt triennium præſumuntur
conſumpti, & non extare: *arg. l. diuortio §. ob
donationes ff. de diuerſ. Rot. deciſ. 53. num. 4. part. 1.
diuerſ. d. l. litibus ibi & talis fideiuſſor per trien-
nium accipiatur gl. fin. in c. cum vos de off. ord. &
ibi Can.* lite finita, *d. l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſda-
tum,* quia ſequeſtratio facta in prima inſtan-
tia durat in cauſa appellationis: *l. fin. ibi ſe-
queſtrari in eum diem in quo controuerſia ſopiatur
C. de ord. cognit. & ibi Bald. num. 6. d. l. ſi fideiuſſ.
§. ſi ſatiſdatum & ibi Iaſ. nu. 23. & 24. l. ſi oleum
ff. de dolo &c. & ibi Bart. num. 1.* aut reuocatio-
ne iudicis, *l. quod iuſſit ff. de re iud. c. cum ceſſante
de appell. Bald. in l. vnica n. 8. C. de prohib. ſequeſt.
pecun. Curt. ſen. de ſequeſt. num. 54. verſ. 15. quæro,*
ſpeciale eſt † in caſu *clem. vnic. hoc tit.* quod 23
contrario iuſſu tolli non poſſit, ſed finalis in
cauſa victoria eſt expectanda, *d. clem. vnic. in
fine princ. hoc tit. Card. Seraph. dec. 1096. num. 4.
& dec. 1335. n. 4. & ſeqq.* Iudicialis † ſeque- 24
ſtratio reuocari non poteſt, quia fit pro exe-
cutione rei iudicatæ, & res ſequeſtrata de-
trahi ſolent, vt in rub. & nig. C. ſi in cauſ. iud.
pig. cap. tit.

Differt depoſitum à ſequeſtro, quia in
depoſito nunquam cenſetur amiſſa poſſeſ-
ſio, *§. poßidere verſ. per eos quoque Inſtit. de interd.
alias tres differentias ponit, l. licet ff. depoſ. & ibi
Paul. de Caſt. & DD.* in ſequeſtro eſt depoſi-
tum, *l. proprie ff. depoſ.* tenetur † ſequeſter a- 25
ctione depoſiti directa ſequeſtraria, *l. ei apud
§. 1. ff. depoſ.* dantur ſequeſtro actiones vtiles,
ſi perdit rem apud ſe ſequeſtratam, vel in ea
damnum datum ſit, *l. poſtquam §. imperator
verſ. ſed ſi nec ipſi ff. vt leg. ſeu fideicomm. nom. cau.*
& poteſt ab extraneo conueniri tanquam
Procu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Procurator bonis datus; *Bart. in d. §. imperator in fine per l. pen. ff. de Carbon. edict. l. 2. in princip. ff. de curat. bon. dat.* ſequeſtro datur contrarium depoſiti iudicium, in quo de indemnitate eius agitur, *l. ei apud quem in princ. ff. depoſ.* nec permittitur officium, quod ſemel ſuſcepit contra officium depoſitionis refutare, niſi iuſtiſſima cauſa interueniente, & tunc arbitratu iudicis res apud ædem ſacram deponitur, *d. l. ei apud quem §. fin.* tenetur ſe-
26 queſter † de culpa & negligentia, quando non vendit res mobiles, vel fructus qui ſeruando ſeruari non poſſunt, & precium collocat, ſeu conſeruat, dictis fructibus & rebus conſumptis aut deterioratis, *Franc. Marc. dec. 444 part. 1. l. Diuus ff. de petit. hæred. l. imperatores in fine ff. de appell.* debetur ei Salarium quando remaneret in damno, quia officium non debet eſſe alicui nociuum, *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus & ibi gloſſ. allegat. concordantias ff. quemadm. teſtam. aper. l. 1. C. de præb. Salario libr. 10. Franc. Marc. deciſ. 443. part. 1. & alijs iuribus ſupra allegatis.*

## De Confeſſis.

### Titulus XVIII.

### SVMMARIA.

1 *Confeſſio in probando idem operatur, quod inſtrumentum publicum.*
2 *Titulus de confeſſis, quomodo differat à tit. de interrogatorijs act.*
3 *Confeſſio iudicialis, vt præiudicet confitenti plura requiruntur, quod ſit maior viginti quinque annis.*
4 *Sponte confiteatur.*
5 *Ex certa ſcientia.*
6 *Contra ſe.*
7 *Quod fiat in iudicio coram competente iudice.*
8 *De re certa litigioſa, aut de qua cum alio actio eſſe poteſt.*
9 *Et quod in confeſſione venit, natura, ius, & fauor cauſæ recipere poßit.*
10 *Confeßio extraiudicialis præſente parte facta cum cauſa plene probat in ciuilibus, in criminalibus facit indicium ad torturam. Abſente parte facta iure ciuili non probat, de æquitate canonica plene probat.*
11 *Confeßio facta in teſtamento non probat, ſed operatur legati ſeu fideicommißi petitionem.*
12 *Poſitiones fiunt à partibus per verba aſſertiua ad interrogandum alteram partem & ponens omnia, quæ ponit, intelligitur confiteri.*
13 *Articuli fiunt diſpoſitiue ad probandum, ſed articulans non fatetur, niſi articulos dederit medio iuramento.*
14 *Interrogationes fiunt à iudice in quacunque parte iudicij, vel à parte in præparatorijs iudicijs ſed interrogans nihil affirmat.*
15 *Poſitiones fiunt ante & poſt litem conteſtatam, & omni caſu quo neceſſaria eſſet probationes.*
16 *De facto rei vel actoris.*
17 *Quod non ſonet in delictum.*
18 *Offerendæ ſunt infra terminum conceßum ad probandum iudici in ſcriptis præcedente iuramento calumniæ.*
19 *Reſpondetur eis præuio iuramento calumniæ.*
20 *In prophana cauſa primo datur terminus actori ad ponendum & articulandum.*
21 *In cauſa beneficiali in ſimul eodem tempore vtrique parti datur terminus ad ponendum & articulandum.*
22 *Poſitionibus quilibet poteſt reſpondere per procuratorem.*
23 *Contumax in reſpondendo poſitionibus indiſtincte habetur pro confeſſo, vel negante, prout ipſi erit deterius quatuor concurrentibus.*
24 *1. Quod poſitiones ſibi ſint lectæ.*
25 *2. Quod iuſſus ſit reſpondere per iudicem in præſentia.*
26 *3. Quod contumaciam ſuam non poßit excuſare.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

27 4. *Quod iudex pronunciet eum contumacem in reſpondendo.*

28 *Reſponſio quæ fit poſitioni refertur ad id, ſuper quo principaliter fit poſitio, & non ad enunciatiue narrata.*

29 *Poſitio qualificata, quæ continet aliquid falſum in qualitate, poſt in totum negari.*

*Si continet aliquid falſum in quãtitate ſummæ, vel parte rei, tunc debet confiteri veritatem.*

30 *Reſponſio rei ad poſitiones, an poſſit pro parte acceptari, & pro parte reprobari.*

31 *In electionis negotio, poſt iuramentum præſtitum, ponenti contraria, vel ad poſitiones aduerſarij contraria reſpondenti, ſuper ipſa electione, perpetuum ſilentium imponitur ex eodem proceſſu.*

32 *Idem iuris eſt quando agitur contra aliquem de beneficio iam obtento, & in poſitionibus & reſponſionibus ad eas reperiatur contrarietas.*

33 *In alijs cauſis ponens vel reſpondens contraria poſt Sacramentum calumniæ, ex eodem proceſſu non poteſt priuari beneficio.*

34 *Confeſſus pro iudicato eſt, tamen citandus eſt ad ſententiam, & ad reliqua acta cauſæ.*

35 *In cauſa criminali contra confeſſum debet ferri definitiua ſententia.*

36 *In cauſa ciuili fertur definitiua, quando actor ceperit agere iudiciario ordine.*

37 *Si autem reus de plano confiteatur debitum, tunc debet ſequi præceptum de ſoluendo.*

38 *Confeßio non requirit telam iudicij.*

39 *Confeßio propria facta in vno iudicio nocet in alio, etiam ad alium effectum inter eaſdem perſonas.*

40 *Confeßio procuratoris an noceat Domino in eodem vel alio iudicio.*

41 *Confeßio procuratoris ſemper poteſt reuocari etiam non docto de errore.*

42 *Confeßio propria poteſt reuocari incontinenti etiam non docto de errore.*

43 *Hæres poteſt reuocare confeßionem ſui auctoris, ſecus in ſingulari ſucceſſore.*

44 *Error iuris quando proſit vel noceat.*

DICTUM eſt de præparatorijs, & ordinatorijs iudiciorum, nunc videndum eſt de modis, quibus cauſa circa merita inſtruitur, vt de probationibus in genere, & in ſpecie, & quia per confeſſionem aduerſæ partis, quæ in † probando idem operatur, 1
quod inſtrumentum publicum, *l. cum te la. 2. C. de tranſact. & ibi DD. notant & Decius n. 7. alia iura congerit Rot. deciſ. 98. part. 2. diuerſ.* Releuatur litigans ab onere probandi, *l. eum qui in princ. ff. de iureiur.* Præmittit de confeſſis. Differt hic † titulus ab edicto *de interrog.* 2
*act.* quia titulus de confeſſis tantum habet locum poſt litem conteſtatam, *c. præſentium & ibi gloſſ. in verb. productos & Can. de teſt. in 6.* Edictum de interrog. act. ante & poſt litem conteſtatam, ac etiam poſtquam concluſum eſt in cauſa; *gloſſ. 1. in c. fin. hoc tit.* quia iudex quoties, & quandocunque mouet eũ æquitas, debet interrogare partes, *l. Offidius ff. de leg. 3. c. cum Ioannes Eremita §. ad hoc autem de fid. Inſtrum. & ibi Felin. num. xj. & ſeqq. Pan. numer. 8. l. vbicunque ff. de interrog. act. c. fin. 30. quæſt. 5. Mynſ. obſ. 94. cent. 1. Bald. in c. vltra tertiam in fin. de teſtib. & ibi Innoc. & Can. idem Mynſ. obſer. 17. ante finem cent. 3.* Vt † confeſ- 3
ſio iudicialis præiudicet confitenti plura requiruntur, *gloſſ. mag. & fin. in l. vnica C. hoc tit. & ibi DD. gloſſ. pen. in c. fin. eod. & Can. gloſſ. mag. in c. 1. 2. quæſt. 1. in verb. confeſſum.* Quod ſit maior viginti quinque annis, quia minor poteſt reſtitui contra confeſſionem, *l. non omnia ff. de minor. l. certum §. in pupillo ff. hoc tit.* Sponte & non coactus † confiteatur, *c. 1. 15. quæſt.* 4
*6. c. Lotharius §. præterea 31. quæſt. 2. l. 1. reſp. & verſ. Diuus Seuerus ff. de quæſt.* ac ex certa † ſcientia; quia ſi errat & poteſt probare ſe erraſſe,

raſſe,

raſſe, non nocet confeſſio: *c. fin. hoc tit. l. de a-*
*tate §. ſi cum eſſet in fin. §. ex cauſa §. qui iuſto &*
*§. fin. ff. de interrog. act. l. error facti Cod. de iur.*
*& fact. ignor. l. non fatetur ff. hoc tit. & ibi gloſſ. &*
6 *Bart.* Contra † ſe, hinc confeſſio capituli
quando bona ſunt diſtincta nocet eccleſiæ,
etiam vbi de ſubiectione agitur, *c. præterea 2.*
*& ibi Pan. num. 2. de tranſact. c. dilectus de cap.*
*monach. c. ſuborta de re iud.* ac etiam Prælati,
nocet eccleſiæ, etiamſi ſine conſenſu capi-
tuli agat in cauſis in quibus eſt legitimus
adminiſtrator, *Bellam. deciſ. 695. Mohed. deciſ.*
*1. hoc tit. Rot. dec. 3. ead in nou. c. edoceri de reſcript.*
*& ibi gl. Can. c. cum deputati & ibi Can. de iud.*
aut ſi fiat ab eo qui ſolus eſt rector eccleſiæ,
*Pan. in c. fin. ſub num. 44 de præſcript. & in c. 2.*
*numer. 4. & 18. de cap. monach. Prepoſ in c. de Con-*
*ſtantinopolitana ad fin. 22. diſt.* maxime quan-
do confeſſio habet pro ſe aſſiſtentiam ſiue
præſumptionem iuris communis: *Pan. in c.*
*ſi diligenti ſub num. 4. & Felin. in c. fin. ſub numer.*
*xi. de præſcript.* in bonis communibus confeſ-
ſio Prælati non nocet Capitulo niſi Con-
feſſio fiat de conſenſu vel mandato totius
Capituli quia tunc iurando in animam
ſuam vt Prælatus & in animam Capituli vt
Procurator præiudicat talis confeſſio, *Fran.*
*in c. præſentium num. 10. de teſtib. in 6. & ibi Can.*
*Pan. in c. fin. n. 43. de præſcript. & ibi Felin. numer.*
*10. & 11. & Can.* pro ſe non prodeſt, *14. quæſt.*
*2. in ſum.* alteri non præiudicat, *l. certum §. ſed*
*& an ipſos ff. hoc tit.* vt coadiutoris non præ-
iudicat coadiuto, *Achil. dec. 3. hoc tit. c. vnico in*
*fine de cleric. ægrot. & c. in 6 ibi rationem & c. ple-*
*nariam reddituri*, autoris, ſingulari ſucceſſori
ex cauſa oneroſa, & res ad auctorem non ſit
reuerſura, ſecus eſt in ſucceſſore ex cauſa lu-
cratiua, vel quaſi; *arg. l. apud Celſum §. ſi quis*
*autem & §. ſeq. ff. de dol. mal. & met. except.* aut
prædeceſſoris, ſucceſſori in beneficio, niſi
indigeat & vtatur iure ipſus *l. apud. Celſum §.*
*apud Iulianum verſ. l'ẽ auctoris & §. ſi quis verſ.*
*auctoris ff. de dol. mal. & met. except. Rot. deciſ. 90.*
*part. 1. diuerſ.* aut Confeſsio emanauerit ante
ceſsionem; *l. facta §. ſi hæres 1. & ibi Bart. &*
*DD. ff. ad Trebel. l. fin. §. 1. ff. ad SC. Velleia. l. aliud*
*eſt vendere §. fin. & ibi Dec. ff. de reg. iur. Caſ. deciſ.*
*20. num. 9. de prob.* imo nec ipſi confitenti
præiudicat, quando ſub alia qualitate vel a-
lio nomine conuenitur: *l. fin. ff. de interrog. a-*
*ction. argum. l. fin. ff. de poſtul. §. ſi tutor Inſtit. de*
*inoffic. teſtam. l. poſt mortem ff. quand. ex fact. tut.*
*vel curat.* hinc Confeſsio per aliquem facta
tanquam teſtem in depoſitione in vno iu-
dicio facit fidem contra eundem teſtifican-
tem in alia cauſa; *l. eos qui & ibi Bartol. in 1.*
*not. ff. de falſ.* verum non nocet eidem in alio
iudicio, in quo conuenitur tanquam pars
principalis, *Rot. dec. 4. hoc tit. in antiq. de quo*
*dubitat, Rot. dec. 131. num. 4. & ſeqq. part. 1. diuer.*
*l. pen. & fin. ff. de poſtul. l. accipientis ff. de auct. &*
*conſenſ. tut.* facta ab vno tanquam procurato-
re, non præiudicat illi tanquam principali,
*Achil. dec. 5. hoc tit. Rot. dec. 34. de procur. in nou.*
*de quo dubitat Gratus conſ. 141. vol. 2.* Emiſſa à
Rectore vnius Eccleſiæ confitente alteram
Eccleſiam eſſe membrum huius Eccleſiæ,
non præiudicat eidem effecto Rectori il-
lius alterius Eccleſiæ, *Achil. deciſion. 4. hoc. tit.*
*l. certum § ſed an ipſos ff. hoc titul. l. ſi forte ff. de*
*Caſt. pecul.*

Idem vt confeſsio præiudicet, requiritur
quod fiat in iudicio † coram competente 7
iudice, *c. at ſi clerici de iud. l. vnica C. hoc tit.* ſe-
dente pro tribunali, quando cauſa exigit ple-
nam probationem, *c. Deus §. quando autem &*
*ibi gloſſ. in verbo iudicis 2. quæſt. 1. l. pen. ff. de iuſt.*
*& iur.* ſi vero exigit ſemiplenam probatio-
nem, ſufficit iudicem itinerare per locum iu-
dicij, *l. voluit §. 1. & ibi gloſſ. fin. ff. de interrog. a-*
*ction. Pan. in c. at ſi clerici n. 6. in fine de iud.* Præ-
ſente aduerſario, *l. certum §. ſi quis ff. h. t. l. fin.*

*ff. de*

ff.de interrog.action. Felin.in c.ſi cautio numer.22.
8 & 23.vbi limitat.4.modis de fid. inſtr. De † re
certa, d.l.certum ff.hoc tit.litigioſa, l.confeſſioni-
bus ff.de interrog.action. aut de qua cum alio a-
ctio eſſe poteſt, l.ſi is cuius ff.de interrog action.
quia ea quæ cum alio actio eſſet, in ſemeti-
pſum ſua confeſſione confert, remanet ta-
men alius obligatus, niſi confeſſus ſoluerit.
l.qui ſeruum ff.de interrog.act.& ibi gloſſ. 1. Et id
9 quod in † confeſſione venit, natura; l.inde
Neratius § fin.& l.ſeq.ff.ad l aquil.l.confeſſioni-
bus verſ.& ſi eum ff.de interrog act.ius, d.l.ſi is cu-
ius ff.de interrog.act.d.l.confeſſionibus verſ.cum
qui.& fauor cauſæ, l.interrogatum & ibi gloſſ.
10 fin.C.de lib.cauſ.recipere poſſit; Confeſſio †
extra iudicialis præſente parte facta cum
cauſa, & per teſtes conteſtes non ſingulares,
Cæſ.deciſ.4.num.4.de re iud.late Cauial.in repet.
l.admonendi num.202.& ſeqq.& 215.& ſeqq ff.
de iureiur.probata plene, probat in ciuilibus,
& ex ea condemnari poteſt, l.generaliter &
ibi gloſſ.Bart.& DD.C.de nou.num.pecun.c.per
tuas de prob.c.fin.& ibi gloſſ.pen.verſ.quandoque
tamen confeſſio extra ius hoc tit. in criminalibus
facit indicium ad torturam, l.c.5.& ibi gloſſ.
fin.& Bart.& DD.de adult.Bart.in l ictus fuſtium
num.2.ff.de his qui not.infam.& in l.ſi confeſſus ff.
de Caſſad.& exhib.reor.& c.Felin in c.ſi cautio
ſub num.24.verſ.4.declaratio de fid.Inſtrum.Pan.
in d.c.at ſi clerici num.16.Roc.deciſ.1.hoc tit. in
nou.facta abſente parte iure ciuili non pro-
bat, l.cum de indebito & ibi gloſſ.in verbo expoſuit
ff.de prob.etiam fauore fiſci, l.2.C.de iur.fiſci.
de æquitate canonica plene probat, Felin.
in d.c ſi cautio num.27.plures cumulans Rot.de-
ciſ.4.num.1.part.2.diuerſ.Gregor.xv.deciſ.408.
num.2.& ibi annot.quia in confeſſione quan-
do agitur ad obligandum, vel liberandum,
attenditur an pars ſit præſens, vel abſens, d.
l.generaliter & ibi Bart.numer.5.& DD.commu-
niter d.l.cum de indebito & ibi gloſſ.in verbo in
verbo in ſcriptis.& an ſit acceptata vel non, Sa-
lic.in l.1.num.24.& ſeqq C.de confeſſ.Mynſing.
obſ.51.cent.4.poſt princ.nam facta à præſente
præſenti, expreſſa cauſa obligat confiten-
tem, ſecus ſi fiat abſenti, c.ſi cautio & ibi gloſſ.
in verbo ſi cauſam de fid.Inſtrum.Anchar.in c.ex
parte hoc tit.d l.generaliter & ibi poſt gloſſ.Bart.
facta ad liberandum parti præſenti ſine cau-
ſa valet, l.tale pactum ff.de pact.l.Arrianus ff.de
act.& oblig.facta, abſente parte non parit ex-
ceptionem, c.ſi tibi §.ſi pactus ff.de pact.Bart.in
l.non ſolum §.ſi liberationis ff.de lib leg.Bar.in d.l.
generaliter.ſed quando agitur ad probandum
non attenditur, an pars ſit præſens vel ab-
ſens, Bellam.deciſ.691.l.public.Meuia §.fin ff.de-
poſ.late Cyn.in l.generaliter n.4.& 5.C.de nou.nu.
pecun. nec an ſit facta ad vnum vel alterum
finem, Dec.in l.2.ſub n.02.verſ.& prædicta di-
ſtinctio C.de edendo. ſed attenditur an ſit facta
incidenter vel acceſſorie, an vero principa-
liter per ſe & deliberate, c.per inquiſitionem &
ibi gl.in verbo recognouit de elect.l.publica §.fin.ff.
depoſ.l.fin.ff.de prob.l.cum quis §.codicillis ff.de
leg.3.Rot.deciſ.121.num.29.part.1.diuerſ. & an
facta ſit ſcienter vel ignoranter l.cum falſa &
ibi Bart.& DD.C.de iur.& fact.ignor. & an ſit
adminiculata, Nat.conſ.547.num.24.Greg.xv.
deciſ.506. Confeſſio facta † in teſtamen- 11
to, non probat, ſed ſolum operatur legati
ſeu fideicommiſſi petitionem, l.lucius titius
§.ſemproniæ ff.de leg.3.l.qui vxori in princ.ff.de
aur.& arg.leg.Bart.in l.cum quis decedens §.codi-
cillis ff.de leg.3.Rot.deciſ.669.numer.1.& deciſ.
685.num.1.& per tot.part.1.diuerſ.Bald.in l.ra-
tiones num.5.& 6.C.de prob.niſi ſit iurata; d.§.
Codicillis & ibi gloſſ.& DD.& Bart.ex quo nota-
ri poſſunt aliæ limitationes. vel emanet ad exo-
nerationem conſcientiæ, Bald.in l.rationes
ſub numer.6.C.de prob.Franc.Marc.queſt.460.
part.1. De confeſſione extraiudiciali Prælati
ad obligandum vel liberandum vide Afflict.
decis.

deciſ.168.Gregorium xv.deciſ.506. Bart. in
l.ciuitas num.13. & 14.& ibi DD.ff ſi cert.
pet. Diſtinguuntur poſitiones ad articulis,
12 & ab interrogationibus, Poſitiones fiunt †
à partibus per verba aſſertiua ab interro-
gandam alteram partem, *gloſ.1.c.1.verſ. ad
poſitiones autem & ibi Can.hoc tit.in 6.Greg.xv.
deciſ.385 num. 4 Gail.obſ.79.cum 3 ſeqq.libro*
1.quæ per procuratorem poteſt reſpondere,
*c.2.hoc tit.in 6.*& ponens diſpoſitiue omnia,
quæ ponit,intelligitur confiteri, *c.fin. de iure-
iur.in 6.& ibi Can.not.Greg.xv.deciſ.408.nu.*
13 1.Articuli fiunt † etiam diſpoſitiue ad pro-
bandum, ſed articulans non fatetur, *Ioann.
Andr.in c.fin.in princ.de iureiur.in 6.Card. Se-
raph.deciſ.1054.n.2.Gail.obſ.79.num.6.& 7.
libro 1.* niſi articulos dederit medio iura-
mento; *Greg.xv.deciſ.215.num.2.* vnde per ſe
eſt poſitio,quæ ſic intitulatur,pono ſic &c.
per ſe eſt articulus,qui ſic intitulatur, inten-
do probare ſic,&c.quandoque coniungun-
tur;vt cum dico pono & probare intendo,
*Clem.ſæpe §. & quia de verb.ſignif. & ibi Can.
Bald.in l.qui interrogatur in addit.num.5.ff. de*
14 *interrog.act.* Interrogationes fiunt, vel † à
iudice in quacunque parte iudicij,vt dictum
eſt,vel à parte in præparatorijs iudicij,*l.1.§.
qui interrogatur cum ll.ſeqq.& l.non alienum ff.
de interrog act.l.qui petitorio ff de rei vend.*& pars
interrogans nihil confitetur vel affirmat,*ca.
1.& ibi gloſſ.1.verſ differunt autem poſitiones &
Franc.num.5.& Can hoc tit. in 6,* ideo ſi pars
vna exhibet interrogatoria circa deciſoria,
poteſt altera pars petere quod interroga-
tiones dentur diſpoſitiue per modum poſi-
tionum,ſiue capitulorum,& aliter non co-
gitur reſpondere tam in ciuili, quam crimi-
nali,vt ſeruetur inter eos æqualitas, *Bald. in
l.data opera num.37.C.de ijs qui accuſ.non poſſ.
Iaſon.in l.iudices numer.6.& ſeqq.C.de iud.Rot.
deciſ.3.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.in non.* Fiunt

poſitiones † ante & poſt litem conteſta- 15
tam,& omni caſu quo eſſent neceſſariæ pro-
bationes *c.1 & ibi gloſſ.1.verſ. ſed dic quod
quandocunque &c.& Franc.num.1.& Can. hoc
tit.in 6.*imo poſſunt fieri poſitiones, etiamſi
probatio fieri non poſſit niſi per confeſſioné
partis,vt ſunt poſitiones negatiuæ, quia ne-
gatiua dicit non exiſtentiam , & non entis
nullæ ſunt qualitates: *d.c.1.& ibi gloſſ.2.& 3.
hoc tit.in 6.*poſt litem conteſtatam fiunt ſu-
per contentis in libello,& pertinentibus, ac
pertinere valentibus ex parte actoris ad in-
tentionem fundandam,ex parte rei ad exte-
nuandam , *c.1.4.quæſt.4.Clem.ſæpe §.verum
quia de verbo ſignif.Bald.in l.2.§. quod obſeruari
num.25.C.de iur.propt.cal. dand. Mynſ. obſ.88.
cent.5.*de † facto rei,vel actoris,quia ad fa- 16
ctum alienum non coguntur reſpondere, *l.
fin.ff.pro ſocio c.ab excommunicato de reſcript.
Mynſ.obſ.54.cent.5.*quod non ſonet in † de- 17
lictum ſeu crimen,quia poſitioni criminoſæ
non eſt reſpondendum,*l.qui iuraſſe §.ſi pater
& ibi gloſſ.in verbo acquiſiſti ff.de iureiur c.dudum
el.2.& ibi gloſ.in verbo de veritate dicenda de elect.
& Can.* offerendæ † ſunt intra terminum 18
conceſſum ad probandum, *Bald.in l.in con-
tractibus §.Illo videlicet num.2.C.de non numer.
pec.Spec.dilat.§ fin.num.9.& ibi Bald.in add.
Mynſ.obſ.54.cent.1.*iudici in ſcriptis,vt videat
an ſint impertinentes, captioſæ, impoſsibi-
les,obſcuræ generales,*cap.2.& ibi gloſſ.mag.
in verbo rationabili hoc tit.in 6.*& ſic eas repel-
lat,*l.ad probationem C.de prob.cap.per tuas verſ.
quoniam etſi probata de ſimon.* ſi eas admitten-
das viderit,in actis curiæ ſuæ ſcribi faciat,*c.
quoniam de prob.c.cum in multis de reſcript.in 6.l.
acta ff de re iud.*cum clauſula, ſaluo iure im-
pertinentium , & non admittendorum,*c.
cum contingat & ibi gloſſ.in verbo nihilominus de
offic.deleg.c.cumana & Clem. conſtitutionem de
elect.& ibi gloſſ.pen.Franc.Marc.deciſ.564.par.1.*

Gail.obſer.81.lib.1.Mynſ.obſ.56.cent.2. & obſer.
90.cent.2. Donec diſputatur an poſitiones
ſint admittendæ vel non,vel donec pendet
terminus ad reſpondendum,non currit ter-
minus datus ad probandum,d. Clem. ſæpe §.
& quia & ibi gloſſ in verbo poſt dationem c.cupien-
tes §.quod ſi per viginti & ibi gloſſ.in verbo vide-
bit.& Can.de elect.in 6.Bart.in l.quamdiu num.
8.ff.de acquir. hæred. Bald. in l. qui interrogatur
num.3.ff.de interrog.act.& in l.ſi cum ipſe in 2.no-
tab.ff.de excuſ.tut.& in l.1.numer.4.C.de iuram.
propt.cal dand.Mynſing.obſer.99.cent.2,& ſicut
poſitiones debent fieri præcedente iura-
mento calumniæ,vel veritatis, eodem mo-
19 do reſponſio † debet ſequi præcedente
iuramento,c.2.hoc tit.in 6.Iaſon.in l.iudices nu-
mer.6.& ſeqq.C de iud.c.præſentium & ibi Fran.
num.5.de teſtib.in 6.Gail.obſer.79.num.10.libro
1.imo ſub eodem iuramento calumniæ, ſub
quo eſt reſponſum libello, reſpondetur po-
ſitionibus,vnde ille qui non vult iterato iu-
rare,non debet contumax reputari,nec ha-
beri pro confeſſo, Auth. hoc ſacramentum C.
de iureiur.propt.cal.dand.& ibi Bart.num.2. vbi
autem emergeret iuramentum alterius na-
turæ,quam ſit iuramentum calumniæ,illud
debet præſtari,quoties emergeret cauſa iu-
randi,c.2.§.in omnibus de iuram.cal. in 6. Auth.
de teſtib §.quia vero c.præſentium de teſtib.in 6.
20 In cauſa † prophana primo, datur termi-
nus actori ad ponendum & articulandum,
nec reus compellitur terminum datum a-
ctore recipere,ſed poteſt petere alium ter-
minum ad probandas exceptiones & defen-
ſiones ſuas,quia reus non compellitur pro-
bare,donec actor probauerit intentionem
ſuam,l.ſi quidem C.de except. iunct. c. de teſtib.
21 cum ibi not.de teſtib.In cauſis beneficialibus †
in ſimul eodem tempore vtrique parti da-
tur terminus ad ponendum & articulan-
dum,quia ſunt ſummariæ, Clem. diſpendioſam
de iud.Clem.ſæpe & ibi gloſſ. in verbo partis de
verb.ſignif.Rot.deciſ.25 de iud.in antiq.idem ob-
tinet in cæteris Iudicijs ſummarijs , Achil.
deciſ.3.de dilat.Iaſ.in §.omnium num. 113. poſt
Bald.Inſtit.de act. Quilibet poteſt per † pro- 22
curatorem iurare & reſpondere poſitioni-
bus ad aduerſario ſibi factis,cap. 2. hoc tit.in
6.cap.2.§.1.de iuram. calumn.in 6. Vniuerſi-
tas quoque & Collegium iurat & reſpon-
det per Prælatum ſeu alium, c.præſentium &
ibi Franc.num.8.& 9.de teſt.in 6. & quando
inſpecta qualitate Cauſæ vel perſonarum,
c.in pertractandis de iuram. calumn. principales
perſonæ debent per ſe reſpondere poſitio-
nibus , propter diſtantiam loci fit remiſſio
ad partes vbi ſunt principales perſonæ liti-
gantes & non compelluntur perſonaliter
comparere ad reſpondendum poſitionibus
coram Iudice,d.c.præſentium & ibi Gemin. nu-
mer.11.& Can. Reſponſio, nego niſi probe-
tur , non eſt admittenda & admiſſa ſi actor
deinde probet inducit geminatam proba-
tionem ſcilicet per teſtes & confeſſionem,
Iaſon.in l.actione num.3.& 4.C.de tranſact.Myn-
ſing.obſ.50.cent.4. Contumax in reſponden-
do † poſitionibus , ſiue actor ſiue reus, 23
quia reus in ponendo cenſetur actor l.1.ff.de
except.eorumue procurator,c.2.hoc tit.in 6.
& ibi Franc.num.6.& Can.ſiue ante ſiue poſt
litem conteſtatam,ſiue iuratum ſit ſiue non
ſit,Franc in cap.2.ſub num.5.verſ.aliquando quis
eſt contumax in reſpondendo poſitionibus &c. hoc
tit.Bald.in l.2.§.quod ſi actor ſub numer.3.verſ.
ſed nunquid ille C.de iureiur.propt.cal. indiſtin-
cte habetur pro confeſſo, vel pro negante,
prout ipſi erit deterius,gloſſ pen.in c.2. hoc tit.
in 6.& ibi Franc.n.20. Hoſt. & Archid. & Can.
l.non alienum l.de ætate §.1. vſque ad §.6. ff.de
interrog.act.Gail.obſ.80.& 82.lib.1. ſuper illo
quod eſt in poſitionibus compræhenſum
cum ſua qualitate,Bald.in l. 2. §.quod ſi actor
num.

num.5.C.de iur.propt.cal. quibus reſpondere
non valt,gloſſ.in d.c.2.in verbo eiſdem hoc tit. in
6.non ſolum in Cauſa ciuili, ſed etiam ſpi-
rituali,ac beneficiali,quod contumacis præ-
iudicium,non quoad iudicem,vel partis ad-
uerſæ vtilitatem, vt ſibi propter hoc adiu-
dicet beneficium, Archid.in d.c.2.numer.2.hoc
tit in 6. & in eadem cauſa tantum, non di-
uerſa,l.2.in princ.verſ.diuus Adrianus ff.de iur.
fiſci Bart.in l.cum filias num.4.ff.de verb.oblig.&
in l.eius qui delatorem ff.de iur.fiſci. concurren-
tibus quatuor,quæ omnino ſunt ſeruanda
& per omnia in omnibus,quia c.2.hoc tit.in
6.eſt rigoroſum,Rot.deciſ.3.hoc tit in antiq.at-
24 teſtans de ſtylo & vſu. Primo, † quod poſi-
tiones ſint ſibi lectæ, & datæ intelligi. Se-
25 cundo, quod ſit † iuſſus & monitus re-
ſpondere per iudicem in præſentia,non per
nuncium in abſentia. Tertio,quod contu-
26 maciam † ſuam non poſſit excuſare, nam
ſi poteſt infringere contumaciam nunquam
habetur pro confeſſo, vtputa quando eſt
talis poſitio cui non debuit reſpondere, Bal.
in l.1.num.14.C.ſi plures vna ſent cond.ſint. Myn-
ſing.obſ 92.cent.1. vel non debuit reſponderi
tunc,ſed demum dato termino ad delibe-
randum,& iudex noluit dare terminum, d.
c.2.& ibi gloſſ & DD hoc tit.in 6. vel poſt iuſ-
ſum iudicis receſſit ex rationabili cauſa, c.
communis 23.diſt.l.contumacia §.pœnam ff.de re
27 iud. Quarto,quod iudex pronunciet † eum
haberi pro confeſſo, vel eum contumacem
in reſpondendo, vel ſine rationabili cauſa
recuſare, quia oportet iudicem patefacere
eius delictum,vt habeatur pro confeſſo, d.l.
eius qui delatorem in princ.ff.de iur.fiſc.gloſſ.pen.in
d.c.2.hoc tit.in 6.& ibi Anchar.n.12. Bart. in l.
2 § quod ſi actor num.5.& 6.C.de iur.propt.cal.
dand. antequam ſit lata hæc ſententia,poteſt
reſpondendo pœnam,d.c.2.hoc tit.in 6. eui-
tare, Franc.in d.c.2.in fine & ibi Can. communi-
ter.& ſi moriatur, ante iſtam pronunciatio-
nem.ad eius hæredes non tranſit iſta pœna,
vt habeantur pro confeſſis, d.l.eius qui dila-
torem.prætereapoteſt à dicta ſententia ap-
pellare, & ſuam contumaciam excuſare, l.
creditor § iuſſus & ibi gloſſ.fin.ff.de appell.l.1. &
ibi gloſſ.& Bald.C.quor.appell.non recip.Franc.in
d.c.2.hoc tit.in 6. nam etiam vere confeſſus
& condemnatus,appellat,d.l.2.& ibi not.C.
quor.appell.non recip.Gail.obſer.80.lib. 1. di-
ſtinguit in reo an ſemel comparuerit in iu-
dicio & litem fuerit conteſtatus an nun-
quam comparuit, & primo caſu poſitiones
pro confeſſatis acceptari poſſunt, ſecundo
caſu contra non comparentem reum pro-
ceditur iuris ordine ſeruato. Quod ſi prin-
cipalis ſemel reſpondit,in cauſa, iterato, ſi
iudici videatur, poteſt compelli quod re-
ſpondeat,quia poſſibile quod hodie credit
vnum,cras aliud,l.vbicunque ff.de interrog.act.
arg l.repeti ff.de quæſt.Rot.deciſ.1.hoc tit.in antiq.
Reſponſio quæ fit poſitioni refertur ad id,
ſuper † quo principaliter fit poſitio, & non 28
ad enunciatiue narrata, vnde ſi poſitio ha-
bet,quod mutuaui Titio decem cuius tu &
hæres & tu reſpondes credo,videris confite-
ri mutuum,ſed non te hæredem eſſe Titij, l.
fin.§.Titia ff de lib.leg.Bart.in l.ſi à filio alias eſt
§.ſub l.ſi cui ſerui ff.de leg.1.& ibi Bald.Iaſ.late &
DD.communiter contra ſpeculat. Poſitio quali-
ficata † quæ continet aliquid falſum in 29
qualitate,poteſt in totum negari,vt ſi ponis,
quod promiſi pure, cum promiſerim ſub
conditione,quia eſt aliud factum, gloſſ.in c.
2.in verbo abſque rationabili hoc tit. in 6.gloſſ in
c.2.in verb.ſigillatim de teſtib.in 6.Pan.in c.vnic.
de plus petit.ſi continet aliquid falſum in quã-
titate ſummæ,vel parte rei,tunc debet con-
fiteri veritatem,& qui talem poſitionem ne-
gat in totum,eſt periurus,Bart.in l.1.§.ſi ſtipu-
lanti ff.de verb.oblig.& ibi DD.Bart.in l.denun-

*ciaſſe* §.*quid tamen ff.de adult, Mynſing. obſ.* 55.
*cent.*2.quia in iudicio, interrogatio de toto
intelligitur de qualibet eius parte : *l. ſi quis
cum totum ff.de except.rei iud. l pupillus* §.*fin. ff.
de verb.ſignif.l.qui ſolidum in princ.ff.de leg.* 2.
Negans poſitiones, poſtea illis vti non po-
teſt, vnde actor qui negat pactum factum,
vel ſolutionem non poteſt dicere, quod ex
eo probata ſit ſua intentio : *Bart.in l.non vti-
que ff.de except.late Felin.in c.capitulum num.*9.
*& ſeq.& num* 13. *de reſcript.* impugnata vero
poſitione, quis poteſt vti probationibus per
teſtes vel inſtrumenta ſuper ea factis, *Bart.
in l.poſt legatum num.*14.*ff. de ijs quib. vt indig.
&c.per l.ſi quis inſi.iatus ff depoſ.late Franc. Are-
tin.in l.*1.§.*ſi quis ſimpliciter ſub num.* 22. *in fine
verſ.ſuper* 1.*& num.*24.*verſ.adde etiam ff.de ver-
bo oblig* Ex prædictis colligitur, quod con-
30 feſſio † ſiue reſponſio rei ad poſitiones,
poſſit pro parte acceptari, & pro parte re-
probari, quando continet plura capitula di-
uerſis temporibus facta, *l.ſi quidem & ibi gl.*1.
*C.de except.& Bart.& DD.* vel facta inconti-
nenti, & quodlibet eſt per ſe, & ſeparatum,
*c.præterea el.*2.*& ibi Pan.n* 1.*de tranſact l.etiam*
§.1.*ff.de minor & c.l.ſcire debemus ff.de iud.oblig.*
§.*quoties Inſtit.de inutil.ſtipul.* vt ſi reus fatetur
quod promiſit pure, ſed illa poſtea ſoluiſſe,
vel pactum de non petendo ſibi factum eſ-
ſe, aut ſi reus fateatur ſibi mutuata centum,
& addit actorem ſibi obligatum in alia cen-
tum, ex alia cauſa, *Pan.in c.bonæ el.* 2.*ſub num.*
29.*de poſt prælat.& ibi Can.* vel ſi fateatur ſe
illegitimum, ſed ex diſpenſatione Apoſtoli-
ca clericali charactere inſignitum : *arg.d.c.
præterea el.*2.*Rot.deciſ.*272.*part.*2.*diuerſ.* quan-
do confeſſio continet vnum Capitulum, ſeu
vnum factum cum ſuis qualitatibus, ſeu plu-
ra connexa, tunc non poteſt diuidi, aut pro
parte acceptari, vt ſi reus confiteatur pro-
miſſionem ſimul & ſemel ſub conditione
factam, aut ſe promiſiſſe Titio centum pa-
cto incontinenti appoſito, vt pro eo vadat
Romam; vel ſi reus confiteatur ſe recepiſſe
centum ab actore, quæ illi debeat ex cauſa
mutui, *Pan.in d.c.bonæ el.*2.*ſub num.*29 *per illum
text Bart.in l.Aurelius* §.*idem quæſt.num.ff.de
lib.leg.Archid.in c.*1.*ſub num.*2.*hoc tit.in* 6.po-
tiſſimum quando qualitas , reddit actum,
cui adijcitur nullum, vel eum transfundit in
alium actum, vnde hæc confeſſio, quod per
vim fecit profeſſionem, diuidi non poteſt,
*l.quis donationis ff.de contrah.empt.l.per ſeruum* §.
*fin.cum l.ſeq ff.de vſu & habit.l.vbi ita donatur
ff.de mort.cauſ donat.Rot.deciſ.*272.*num.*2.*&* 3.
*part.*1.*diuerſ.* Fallit quia diuidi poteſt confeſ-
ſio, quando præſumptio iuris eſt contra qua-
litatem, quæ facit pro confitente, *Bart.in d.l.
aurelius* §.*idem quæſijt ſub num.* 2.*& ibi DD c.
cum veniſſent & ibi gloſſ. in verbo probatum &
Can.de inſtit.Pan.in c.bon.mem.el.*2.*num.*29.*&*
31.*de poſt præl.Greg.xv.deciſ.*92.*numer.* 8. *& ibi
annot.* vt ſi fateatur intruſum poſſidere bene-
ficium, quia poſſeſſio præſumitur iuſta, *c.cum
veniſſent & ibi Pan.n.*7.*&* 12.*de Inſtit.Rot.de-
ciſ.*802.*num.*2.*&* 3.*part.*1.*diuerſ.* aut confitea-
tur ſe occidiſſe hominem pro ſui defenſio-
ne , poteſt actor ſtare confeſſioni , in
quantum dicit ſe occidiſſe, ſed non cogitur
ſtare, in quantum dicit ad ſui defenſionem,
quia præſumptio iuris eſt contra eum , ra-
tione operis perpetrati , cum ſit factum à
iure damnatum, *l.*1.*C.de ſicar.l ſi non conuitij
C.de iniur.* Fallit ſecundo, quando is qui re-
probat particulam, ſiue qualitatem, aſſu-
mit onus probandi in ſe , & adducit pro-
babiles coniecturas, *d.l.aurelius* §. *idem quæ-
ſijt & ibi Bart.ſub numer.*2.*c.*1.*de poſt. præl. c.
præterea* 2 *de tranſact.Pan.in d.c.bonæ el.*2.*in fine
Bald.in l.*2.*num.* 4.*C. de donat. propter nupt.*
Non poteſt quis ſe iuuare , contra ponen-
tem, ex poſitione quam ipſe negauit , nec
ipſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſe ponens poteſt ſe fundare in illa nega-
tione. quia vterque ſuam turpitudinem al-
legaret, & veniret contra ſuum dictum; *Ar-
chid. in c. 1. num 3. hoc tit. & ibi Franc. numer 14.
verſ ſexto quæritur.* ſed bene poterit quis ſe
iuuare ex probationibus factis ſuper tali
poſitione negata, *c. mulieri de iureiur. Franc.
in d. c. 1. numer. 14. verſ. 6. quæritur Iaſ. in l. poßi-
deri num. 25. ff. de acq. poſſ. ß.* Quando in poſi-
31 tionibus † ſuper electionis negocio, poſt
iuramentum præſtitum ab electo, aut eius
procuratore habente ſpeciale mandatum,
vel etiam generale, ſ cuta ſcientia & ratiha-
bitione expreſſa, vel tacita ipſius electi, da-
tis, ſeu in reſponſionibus quas ad aduerſa-
rij poſitiones alter eorum fecit, repetitur
contrarietas manifeſta; electo tanquam
periuro, niſi iuſta & rationabilis cauſa eum
excuſet, ſuper iſta electione perpetuum ſi-
lentium imponitur, *c. fin. de iureiur. in 6.* ex
eodem proceſſu; quia non ſolum antiqua
crimina repellunt, ſed etiam noua, *c. fin. de
temp. ord. c. vt circa §. alioquin de elect. in 6. c.
inſinuante de offic. deleg.* & res ante ſui comple-
tionem peruenit ad eum caſum à quo non
poteſt habere principium, *l. quia in eum ff. ad l.
aquil. §. ſi ſeruus domino Inſtit. de noxal. act. l. pro
parte ff. de ſeruit.* nec propterea coelectus
confirmabitur, *c. olim in fine & ibi Fel. num 9.
& 10. limitat. 5. modu de reſcript. c. 1. & ibi gloſſ. in
verb. electi vt lit. pend. in 6. l. fin. C. res vend.*

32 Idem iuris eſt, quando † agitur contra a-
liquem de beneficio iam obtento, & in po-
ſitionibus & reſponſionibus ad eas reperia-
tur contrarietas; quia periurium iudiciale
non ſolum impedit, ſed etiam deijcit iam
promotum, *c. tuæ nos c. querelam de iureiur. c.
peruenit de fideiuſſ.* & quis agendo, ius agendi
non recte inchoatum, conſequitur, *l. ſi rem §.
fin. & ibi gl ff. de pign. act. Ioan. Mon. in c. fin. n. 5. de
iureiur. in 6.* ſecus eſt in formante in dictis ca-
ſibus contrarios articulos, niſi expreſſe arti-
culi formentur per iuramentum: *Ioan. And.
in d. c. fin. in princ. de iureiur. in 7. & ibi Anch. in 1.
quæſt.* Ratio diuerſitatis eſt, quia pars id
quod ponit aſſerit. & idem de eo qui ad po-
ſitionem reſpondet, articulos vero non aſ-
ſerit, ſed dicit quod vult, ſeu intendit eos
probare, & ideo non poteſt ſic, ex illis con-
trarijs, reſultare periurium; verum eſt, quod
formans articulos contrarios ſit repellen-
dus: *l. qui falſo ff. de teſtib. l. 4. in princ. verſ.
interdum ff. quod cum eo qui in alie. &c. c. vt no-
ſtrum §. omnibus vt eccl. benef. ſine diminut. conf.*
in alijs negotijs † ponens vel reſpondens 33
contraria poſt Sacramentum calumniæ, ex
eodẽ proceſſu non poteſt priuari beneficio;
quia adhoc non fuit actũ, ſed alia pœna im-
ponitur, *c. peruenit de fideiuſſ. c. 1. de except. Fr. in
c. fin. num. 4. de iureiur. in 6.* Confeſſus † pro 34
iudicato eſt, quia quodammodo ſua ſenten-
tia damnatur, *c. cum ſuper & c. fin & ibi gloſſ. &
& l. 1. C. & ff hoc tit.* tamen tum verè quam
ficte confeſſus eſt citandus ad ſententiam,
& ad reliqua acta cauſa, *Ioan. And. in c. fin. nu.
1. hoc tit. in 6. & ibi Gemin. num. 12.* quia etiam
verè confeſſus poteſt opponere exceptiones
peremptorias, *l. ſi filius § 1. ff. de interrog. act.*
& contumax in non reſpondendo poſitio-
nibus, non debet quoad alia contumax re-
putari, *c. cum olim de teſtib. c. eum qui & ibi gloſſ.
in verb. non teneris de dol. & contum. in 6. Franc.
in d. c. fi. n. 21. hoc tit. in 6.* In cauſa criminali † 35
contra verè confeſſum debet ferri ſententia
definitiua, *l. ſi Confeſſus ff. de cuſt. & exhib. reor.
& ibi gloſſ. & DD. Mynſ. obſ. 77. cent. 5.* Quia
Confeſsio ſpontanea delicti non ſufficit ad
condemnandum aliquem pœna capitali ni-
ſi & conſtet delictum eſſe commiſſum, *l. 1.
§. ſi ſibi verſ. item illud ff. de SC. Sylla. &c. l. neceſ-
ſarios §. non alias ff. eod. Mynſing. obſer. 81. cent. 5.*
Confeſsio vero metu tormentorum facta

 nullis

nullis legitimis præcedentibus indicijs con-
fitenti non præiudicat, nec ex ea poteſt con-
demnari, *l. penult. ff. de quæſt. Mynſ. obſ. 23. cent.*
36 5. In cauſa † ciuili quando actor cœperit
agere iudiciario ordine, dato libello, & lite
conteſtata, ex contumacia in non reſpon-
dendo poſitionibus, aut ex vera confeſſio-
ne, non poteſt reus condemnari, ſi qualitas
cauſæ non patitur, vt ſi libellus ſit ineptus,
vel non concludens, vel manifeſtam rei de-
fenſionem contineat; *Bald. in l. 2. §. quod ſi a-
ctor n. 4. C. de iureiur. propter cal. Bart. in l. abſen-
tem ff. de pœn.* quia non poteſt perueniri ad
ſententiam niſi probatis probandis, niſi ta-
lis eſſet poſitio, cuius Confeſſio totam cau-
ſam decideret: *Franc. in d. c. fin. ſub n.* 21. ſi au-
37 tem reus † de plano confiteatur debitum,
nolens ſubire iudicium, tunc debet ſequi
præceptum de ſoluendo infra legitima tem-
pora, *l. Iulianus l. certum §. fin. & ibi gl. fin. Bart.
& DD. ff. hoc tit.* Certi iuris eſt, quod non re-
38 quirit † telam iudicij, quia Confeſſus con-
demnatur etiam data nullitate proceſſus,
& nullo præmiſſo proceſſu, tam in
criminali, *c. ad petitionem de accuſ. c. 1. eodem in
6. & ibi gloſſ. fin. c. per inquiſitionem & ibi gloſſ.
in verb. recognouit de elect. Pan. in c. at ſi cleri n. 17.
de iud.* quam cauſa ciuili, *c. Piſanis & ibi Abb.
antiq. in verb. confeſſione & collect. in prin. de reſtit.
39 ſpoliat.* Confeſſio propria † facta in vno iu-
dicio nocet in alio, etiam ad alium effectum
inter eaſdem perſonas, *c. per tuas de prob. l. ge-
neraliter C. de non num. pecun. c. per inquiſitionem
& ibi Pan. num. 12. de elect. Pan. in cap. 2. num. xj.
& 12. hoc tit. Dec. in l. 2. ſub num. 62. & ibi DD. C.
de edend.* facta in iudicio criminali probat in
ciuili, & è contra: *Franc. Aret. in c. at ſi clerici
num. 51. de iud. & ibi Can. Innoc. in c. per inquiſi-
tionem num. 2. de elect. Pan. in c. cum dilectus ſub
num. 26. de ord. cognit.* facta in ſummario pro-
bat in plenario, quia integritas confeſſionis
non læditur ex qualitate iudicij: *But. in c. cum
dilectus §. verum ſub num. 35. verſ. hac autem di-
cit vera &c. de ord. cognit. Pan. in c. dilectus numer.
5. 13. & 15 de cap. monach.* etiam in fauorem
eius cum quo proceſſus non fuit geſtus, *l. in-
terdum fur. verſ. qui furem ff. de furt. Bald. in l. 2.
numer. 28. Cod. de edendo,* præſumptiue non
abſolute, nam non præcluditur via contra-
riæ probationi, *Rot. deciſ. 56. part. 1. diuerſ.
Caſtr. conſ. 337. verſ. primo quæritur num. 5. lib. 1.*
& ex confeſſione huiuſmodi in iudicio ſum-
mario poteſt ſequi condemnatio, quia in
eo venit non petitum, dummodo ex actis
quomodocunque reſultet, *c. abbate de re iud.
Bald. in l. 2. num. 18. C. de edend.* ſed non poteſt
ſequi conditio in iudicio plenario, quando
agitur ad aliud, vel ex alia cauſa: vt ſi in iu-
dicio depoſiti reus confiteatur de commo-
dato, non poteſt ſequi condemnatio, quia
ad illud non fuit actum, ſed pars habet in-
tentionem fundatam ex illa confeſſione in
iudicio commodati poſtea inſtituendo; *But.
in c. examinata num. 27. de iud.* aut ſi reus in iu-
dicio ciuili, confiteatur de crimine, non po-
teſt condemnari; ſed iudex ex iſta confeſ-
ſione poteſt formare inquiſitionem, *l. ſi fi-
liam C. de lib. cauſ. l. mercalem & ibi Bald. C. de
cond. ob turp. cauſ. Bart. in l. ſi confeſſus ff. de cuſt.
exhib. reor. Pan in c. per inquiſitionem n. 12. de e-
lect. & in d. c. at ſi clerici n. 30. de iud. & in c. 2. n.
12. hoc tit.* licet ſecus ſit in probatione, quæ
fit per teſtes, vel inſtrumenta, *Pan. in d. c. per
inquiſitionem n. 12. gloſſ. in l. ſi quis ad ſe fundum in
verb. deſtinatus C. ad l. Iul. de vi &c. & ibi DD.
Bart. late in l. 2. §. 1. n. 5 ff. vi bonor. rapt. Bald. in
l. 2. num. 29. C. de edend.* Confeſſio procura-
toris † non nocet domino in alio iudicio, 40
*Pan. in d. c. per inquiſitionem num. 22. circa finem
Dec. in l. 2. num. 63. C. de edend.* In eodem vero
iudicio † Confeſſio procuratoris emana 41
ta per modum contentioſæ iuriſdictionis
puta

puta reſpondendo libello, interrogationi-
bus, vel poſitionibus præiudicat Domino,
quando, fit ex neceſſitate à iure impoſita
ſecus ſi alio modo fiat, ex mera ſua volunta-
te, *l. non ſolum & ibi Paul. de Caſtr. num. 1. & 2.*
*ff de procur. Bart num. 6 & DD. iuncta l. certum*
*§. ſed an ipſos & ibi gloſ. ff. de Confeſſ.* Confeſſio
nuncij præiudicat Domino quia videtur
propria facta ab ipſo Domino, *l. fin. ff. de verſ.*
*bon. Bald. in l. 1. num. 31. C. de confeſſ. Dec. in l. 2.*
*ſub num. 63. C. de edend.* Confeſſio ficta in alia
cauſa nunquam obeſt etiam inter eaſdem
perſonas, *l. 3. & ibi gloſſ. fin. C. de fid. Inſt l. 2. in*
*princ. &c. Diuus Adrianus & l. eius qui delato-*
*rem & ibi Bart. ff de iure fiſci*, & multo minus
perſonam egreditur, *Bart. in l. cum filius nu. 4.*
*ff de verb. oblig. d. l. eius qui delatorem*, Confeſ-
42 ſio procuratoris † ſemper reuocari poteſt,
etiam non docto de errore, ſiue ſit facta in
poſitionibus, vel in reſponſione ad eas, *Fran.*
*in c. fin. ſub n. 7. verſ. vltimo de iureiur. in 6. c. olim*
*cauſam & ibi gloſſ. in verb. non reuocata & Can.*
*de cenſ. Fel. in c. 1. num. 16. vt lit. non conteſt. &c.*
ſiue facta ſit in commiſſione, *Mohed. deciſ. 15.*
*de reſtit. ſpoliat. c. fin. hoc tit. late Caſtr. in l. cum*
*falſa C. de iur. & fact. ignor.* aut in articulis et-
iam per iuramentum datis, tam per ipſum
procuratorem, quam principalem, *c. fin. hoc*
*tit. c. cum falſa l. error C. de iur. & fact. ignor.* in
cauſis beneficialibus & matrimonialibus ex
Stylo Curiæ, *Rot. deciſ. 19. de proc. in nou.* ac et-
iam in cauſis prophanis, *Rot. deciſ. 2. de confeſſ.*
*in nou. & deciſ. 3. de teſt. in antiq. & diuerſ. deciſ.*
*613. num. 9. & 10. part. 1. Franc. in c. fin. num. 7.*
*verſ. 4 limita de iureiur. in 6. late Fel. in c. 1. num.*
*14 vt lit. non conteſt. &c.* negotio nondum fi-
nito, *c. fin. hoc tit.* Propria ſiue iudicialis, ſiue
43 extraiudicialis † poteſt reuocari inconti-
nenti, etiam non docto de errore; *c. fin. & ibi*
*gloſſ. in verb. iuſta cauſa in fine de iureiur. in 6. &*
*ibi Franc. nu. 6. & Can. c. apud miſericordem 32.*
*quæſt. 1. Bald. in repet. l. edita num. 102. & ſeqq. C.*
*de edendo Paul de Caſtr. in l. non fatetur qui di-*
*ſtinguit tres caſus ff hoc tit.* Multiplicata, gemi-
nata, iurata, deliberata, probato errore re-
uocari poteſt, *l. de ætate §. ex cauſa & §. qui iu-*
*ſto ff. de interrog. act. l. 1. C. de error. calc. & ibi Bal.*
*& Iaſon. n. 9. Iaſon. in l. error nu. 28. & ſeqq. C. de*
*iur. & fact. ignor.* licet iſtis caſibus non ita fa-
cile admitti debeat allegatio erroris propter
difficultatem probationis, *c. ex litteris & ibi*
*gloſſ. in verb. admonita de Diuo & ibi Can. Franc.*
*in c. 1. in 3. not. & n. 2. de accuſ. in 6.* Hæres † 44
poteſt reuocare confeſſionem ſui auctoris, *l.*
*non idcirco C. de iur. & fact. ignor. Bald. in d. l. er-*
*ror. n. 15.* Secus tamen in ſucceſſore ex titulo
ſingulari, quia ſicut ad eum non tranſit actio
perſonalis competens auctori, nec etiam ius
excipiendi, ſi auctor eſt mortuus, *Bartol. in l.*
*ſi tertius §. ſi quis priuſquam n. 6. ff. de acq. plu. ars.*
A tertia ſiue diuerſa perſona poteſt reuocari
& probari error, & ante ſententiam & poſt
ſententiã, *l. fin. §. ſin autem neſcius C. de furt. gloſſ.*
*fin. in d. l. error & ibi Bart. & Iaſon. ſub nu. 18. &*
*DD. communiter*, quæ regulæ limitandæ ſunt,
niſi confeſſio fuerit per partem aduerſam
acceptata, *l. fin. ff. de pact. Iaſon. in d. l. error nu-*
*mer. 2. & ſeqq. & ibi DD. communiter*, Poteſt
quis contrauenire propriæ confeſſioni iu-
diciali iuratæ quando Iudex per ſententiam
confeſsionem reprobauit, *c. mulier & ibi Pan.*
*num. 10. de iureiur. Mynſ. obſer. 51. cent. 4.* Præ-
dicto omnia procedunt in confeſsione er-
ronea facti, extra iudicium error † iuris 45
in damnis euitandis prodeſt cuicunque, *l. er-*
*ror in fin. & l. regulari princ. ff. de iur. & fact.*
*igno.* ſed in lucris iuris ignorantia nemini
prodeſt, neque etiam mulieri, *l. iuris C. qui ad-*
*mitti & ibi Iaſ. in 1. not. & DD. l. 2. & 3. C. de iur.*
*& fact. ign.* in iudicijs iuris ignorantia ante li-
tem conteſtatam excuſat, poſt litem conte-
ſtatam non excuſat, *Dynus in c. ignorantia*
*num.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.*10 *.de reg.iur.in* 6.niſi error ſit expreſſus in confeſſione,*l.confeßionibus & l.ſeqq.in fin ff. de interrog.& Bartol.in l.non fatetur num.*13 *ff. hoc tit.* ignorantia iuris non præſumitur regulariter,*l.ſi hæres ab eo* § *fin. in fin. & ibi gloſſ. fin.ff.ad Trebell.*probatur autem ex qualitate facti & perſonæ.*l.ſi adulterium cum inceſtu* §. §.1.*ff.de adult.*& poſtquam fuit à peritis doctus incontinenti, poſtea præſumitur error iuris,*Bart.in d.l.non fatetur num.*12. *& ibi DD. communiter Iaſ.in l.iuris num.*9.*C.qui admitti.*

## De Probationibus.

## Titulus XIX.

### SVMMARIA.

1 *Probatio eſt rei dubiæ per teſtes vel inſtrumenta & plerumque per indicia & præſumptiones oſtenſio.*

2 *Probatio debet concludere per neceſſe vel probabile,nunquam per poßibile.*

3 *Excipe* 1.*quia nunquam ſufficit probatio per probabile ſeu præſumptiua,quando probatio alicuius rei eſt poſita in conditione,& ei qui apponit conditionem probationis, iam conſtat adeſſe præſumptionem.*

4 2.*Quando à lege vel ab homine requiritur probatio cum aliquibus verbis qualificatis.*

5 *In deductis incidenter in iudicio ſufficit locus & præſumpta probatio.*

6 *Cauſa principalis quando eſt ſummaria reſpectu probationum,omnes eius articuli ſunt ſummarij niſi emergat dubitatio ſuper legitimatione perſonæ.*

7 *Actor tenetur probare ſuam intentionem , & reus ſuam exceptionem,ſi excipiendo aliquid affirmet, ſecus ſi neget.*

8 *In duplicibus iudicijs vtriuſque probatio recipitur.*

9 *In crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur.*

10 *Negatiua probari non poteſt eſt quadruplex, facti,iuris,qualitatis,quantitatis.*

11 *Negatiua facti an probari poßit,& quomodo probetur.*

12 *Negatiua iuris probari debet per negantem.*

13 *Negatiua qualitatis probanda eſt per negãtem.*

14 *Teſtes deponentes ſuper negatiua debent remouere actum à ſenſu,non ſenſum ab actu.*

15 *Negatiua quantitatis directo per teſtes poteſt probari.*

16 *Probatio debet fieri iudici,aduerſario præſente, lite conteſtata,& primo de intentione actoris,deinde de rei exceptione.*

17 *Si probatio actoris perfecta & probatio rei imperfecta ſint diuerſæ, & ſe inuicem compatientes,recurrendum eſt ad iuramentum neceſſarium.*

18 *Si ambarum partium par ſit probatio,reus abſoluitur.*

19 *Probationum ſpecies ſunt nouem.*

20 *Semiplenam probationem quænam inducant.*

21 *Plenam probationem quænam faciant.*

22 *Probationes imperfectæ ſiue ſint eiuſdem ſiue diuerſi generis,quæ ſunt perfectæ in ſua ſpecie, ac tendunt ad vnum,ſunt commiſcibiles & faciunt plenam probationem.*

23 *Si vero tendunt ad diuerſa non ſunt commiſcibiles.*

24 *Plena probatio acquiritur in omni cauſa ciuili,pleniſſima in criminali.*

25 *In ſummarijs quoque in quibus vertitur partis præiudicium quod non poteſt per aliud iudicium reparari,niſi per appellationem ab vtraque parte plena probationes requiruntur.*

26 *In cæteris ſummarijs quæ poſſunt per aliud iudicium reparari, requiritur plena probatio ex parte actoris.*

27 *Excipe cauſas poſſeſſorias fauorabiles, & modici & quaſi nullius præiudicij.*

28 *In extraordinarijs cognitionibus requiritur plena probatio.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

29 *In his quæ deplano tractantur plena probatio requiritur.*

30 *Probationes factæ in iudicio ſummario non probant inter eaſdem perſonas ſuper eadem re in plenarie.*

31 *Quæ regula limitatur tribus modis.*

POSITIONES negatas tenetur actor probare, *l.2.ff.hoc tit.c.accuſator 6.quæſt.5. & ibi gl.1.mag.* ideo ponit titulum generalem *de probat.* vt faciliori ordine deſcendat ad ſpe-
1 cies probationum. Probatio † eſt rei dubiæ per teſtes, vel inſtrumenta, & plerumque per indicia, & præſumptiones oſtenſio; *c.cum ad ſedem §.fin.de reſtit ſpol.l fin. C. hoc tit. gloſſ.in c.1.2. quæſt.1. in verb. conuictum.* dico plerumque, quia etſi in cauſis pecuniarijs, & ciuilibus præſumptiones & indicia probent, ita vt per eas, ſi certæ fuerint, & violentæ, ad ſententiam procedatur; *l.indicia C.de rei vend. l.proprietatis C hoc tit l.ſicut C.de fid. Inſtrum.* non tamen in criminalibus ad condemnationem ſufficiunt; quia in his requiruntur probationes luce meridiana clariores, *d.l. fin.C.hoc tit.* Omnis probatio debet conclu-
2 dere, † per neceſſe, vel probabile, *l.non hoc & ibi gloſſ.pen.& Iaſ.n.2.qui ampliat.& limitat. C.vnde legit.c.in præſentia & ibi Fel.n.14.15.& ſeqq.hoc tit.l.pen §.docere & ibi Bart. ff.ne quis eum qui in ius vocat.eſt in exim.c.fin. de ſucceſſ. ab inteſtato.* nunquam per poſſibile; vt ad probationem ſeruitutis Nicolai, matrem eius ac fratres ſeruilia feciſſe miniſteria, non ſufficit; cum neque ingenuorum conniuentia coniunctis neceſſitudine præiudicet, neque de ſeruis ex eadem matre natis libertatem vnus adipiſci prohibeatur, *l. ad probationem 2.& ibi Bald.l.matrem tuam & ibi gloſſ. fin. l.neque natales & ibi gloſſ.fin.mag.C.hoc tit.* Ex-
3 cipe primo, quia † nunquam ſufficit probatio per probabile, ſiue præſumptiua, quando probatio alicuius rei eſt poſita in conditione, ſed requiritur concludens per neceſſe, *l.lucius ff.de cond.& demonſt.Fel.in rub. huius tituli num.3.& ibi Dec.num.153.& ſeqq.* quando ei qui apponit conditionem probationis, iam conſtat adeſſe præſumptionem, ne appoſitio conditionis ſit inutilis, *l.ſi quando ff.de leg.1.* & ne fiat contra mentem apponentis conditionem qui non videtur fuiſſe contentus præſumptione; ſecus ſi ei non conſtabat adeſſe præſumptionem. *Rot.diuerſ.dec.9. n.20.& 21.part.2.arg.l.ſi iam facta ff.de cond.& demonſt.l ſi ita ſcriptum §.fin.ff. de leg.2.*

Secundo, quando † an lege vel ab ho 4
mine requiritur probatio cum aliquis verbis qualificatis, vt apertiſſimis documentis, probatione legitima, indubitata, *l.quidam verſ.igitur ſi perſpicuis ff.de cond.inſtit.c.piæ §.ſi quis de except.in 6.l.fin.in fin. princ.ff. quod mut. cauſ.Fel.in rubr.huius tit.nu.4.& ibi Dec.165.&
ſeqq.* Econtrario † in deductis in iudicio 5
ordinario, incidenter, ſecundario, & per modum cauſæ, quæuis probatio etiam leuis, & præſumpta ſufficit: *Bart.in extrauag.ad reprimendum in verb.ſummarie n.20. quom.in crimin.læſ.maieſt.proced.* vt matrimonij in cauſa illegitimitatis, *c.cauſam quæſt.1.& 2 qui fil ſint legit.* dominij in confeſſoria, *l quidam in ſuo in verbo amoueri poteſt ff.de cond.inſt.* crediti in ſaluiano intentato per creditorem, *late Rot.dec. 34.numer.14.& 17 part.2.diuerſ.late Bald.in l. iudices num.7.C.de iud.* quod ſi cauſa princi-
palis † eſt ſummaria reſpectu probatio- 6
nū, omnes eius articuli ſunt ſummarij eadē ratione, *l.pen.& ibi gloſſ & DD.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.l.ſi quis à liberis §.ſi vel parens ff.de lib.agnoſ.l.ſi quando & ibi Bald. numer. 3.C.de teſtib.Bart.in d extrauag.ad reprimendum in verbo ſummarie numer.3.qui plures allegat.Bart.in l.ſolent numer. 16.ff.de alim.& cib. leg.* niſi emergat dubitatio ſuper legitima-

tione perſonæ, *Iaſon.in l.quamuis num.7.C.de*
*edict.d.Ad.toll.poſt gloſſ.Bart.& alios Felin. in c.*
*veniens el.2.in fine ff ad exhib. & in l.nec quic-*
*quam §.de plano in fine ff.de off.procon∫.* Vbicun-
que probatio non concludit, ſemper eſt in-
terpretanda contra probantem,*c. in præſen-*
*tia & ibi gloſſ.in verbo dubium hoc tit.& ibi Can.*
*Bald.in l.quoties § ſi quis ita numer.2.ff.de hæred.*
7 *inſtit.* Regulariter actor tenetur † proba-
re ſuam intentionem, *l.poſſeſſionis l.fruſtra l.*
*actor C.hoc tit.l.quinquaginta ff.eodem l.fin.C.de*
*rei vendic.§.non ſolum Inſtit.de leg.in fine,* &
reus ſuam exceptionem,*l.vt creditor C.hoc tit.*
*l.in except.ff.eodem l.inciuile C.de rei vendic.* ſiue
aliquid dicat & affirmet.*c.ex literis in fin.hoc*
*tit.*ſiue etiam neget nam vbicumque nega-
tio eſt cauſa alicuius intentionis,ſiue agentis
ſiue excipientis ei,qui negat incumbit onus
probandi,*Bart.in l.in illa ſtipulatione ſi calendis*
*num.5.vbi ponit modum probandi Iaſon.num.14.*
*& ſeqq.& DD.ff.de verb.oblig.Pan.& Can.in c.*
*bonæ mem.el.1.poſt gloſſ.in verb.per rerum na-*
*turam de elect.Gail.de pace publ.c.18.n.14.libro 1.*
fallit cum reus proponit exceptionem &c.
non numeratæ pecuniæ,vel ſimilem, Quæ
regula recipit aliquas limitationes, nam ra-
tione præſumptionis transfertur probatio
ad reum,*c.ex inſinuatione & ibi gloſſ.fin.mag.de*
*proc.l.ſiue poßidetis C.hoc tit.& ibi gloſſ.fin.c.vt*
*noſtrum vt eccleſ.benef.ſine dimin.conf.& ibi gloſ.*
*mag.in verbo actore non probante qua ponit mul-*
*tas alias limitationes l.quintus ff.de donat.inter*
*vir.& vx.* & contra à reo ad actorem, *l.ſi pa*
*ctum & ibi gloſſ fin.l.ſi chyrographum ff.hoc tit.*
8 in duplicibus † iudicijs, vtriuſque proba-
tio auditur,*d.c.ex literis hoc tit.* in interdicto
retinendæ vterque probat,& is obtinet, qui
antiquiorem poſſeſſionem probat , & titu
lum dictæ poſſeſſionis,vel meliores proba-
tiones adducit circa poſſeſſionem, puta te-
ſtes numero plures bonæ famæ & opinio-
nis,qui aptiora negocio & vero proximiora
in ſuis teſtimonijs expreſſerunt.*c.licet cauſam*
*hoc tit.*item in crimine falſi † vtriuſque te- 9
ſtes audiuntur. *l.vbi Cod.de falſ.* Negatiua
probari non poteſt , quia † negantis fa- 10
ctum per rerum naturam nulla eſt proba-
tio.*d.l.actor c.bon.mem.el.1.§ contra de elect.&*
*ibi gloſſ.in verbo per rer.natur.* quadruplex eſt
facti,iuris,qualitatis & quantitatis. Nega-
tiua facti eſt duplex,pura, & ſimplex, quæ
non habet determinationem loci vel tem-
poris,vel alterius rei: vt ſi quis dicat ſe nun-
quam fuiſſe citatum,non contraxiſſe,& hæc
† probari non poteſt directe vel indire- 11
cte , & ideo onus probandi transfertur in
aduerſarium,*c.accuſator 6.quæſt.5.& ibi gloſſ.*
*mag.& Can.gloſſ.in d.c.bonæ el.1.& ibi gl.mag.*
*& Can.l.aſſeueratio C.de non num.pecun.Salic.*
*in l.actor ſub num.15.C.hoc tit.late Socin.in c.ſu-*
*per his num.92.& plur.ſeqq.de accuſ.* ſin autem
adijcitur tempus,vel locus,vel aliquid con-
ſimile tunc poteſt probari indirecte : *§.item*
*verborum obligatio Inſtit.de inutil.ſtipul.c.ſeriet c.*
*ex tenore de teſt.l.optimam C.de contrah.& com-*
*mit ſtipul.*alia eſt prægnans,quæ habet in ſe
implicitam affirmatiuam,vt ego non ſpon-
te renunciaui,quaſi dicat , coactus renun-
ciaui,& probari debet ab eo, qui negat, *c.*
*ſuper hoc de renunc.c.nec codicillos & ibi gloſſ.fin.*
*C.de Codicil.c.cum dilectus de ſucceſſ.ab inteſt.c.*
*indicas & ibi gloſſ in verbo oſtenderis quæſt.9.* vel
nego Titium mortuum , nam ponitur ali-
quid affirmatiuum puta Titium viuere *l.in-*
*de Neratius §.fin ff ad l.aquil.Salyc.in l.actor nu-*
*mer.15.C.hoc tit.* aut quando negatiua eſt
ſenſui coniuncta , adeo quod cadit in ſen-
ſum teſtis puta ſi dicat Titius non habet o-
culos,biretum in capite &c.nam ita directe
percipit teſtes, Titium non habere , ſicut
percipit habere,*Pan.in c.bonæ mem.el.1.ſub n.*
*13.de elect.poſt Ioan.And.Dec.in c.quoniam contra*
*n.69.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*n.69. de prob.* nec tamen iſto caſu probatur
negatiua directe, quia quod non eſt, non ca-
dit in ſenſum teſtis, ſed probatur indirecte,
quia ex quo non repræſentatur aliquid vi-
ſui teſtis, percipit, quod nihil eſt in loco; *An-
gel. de Peruſ. in l. 1. num. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel
alieni iur. Butr. in d. c. bon. mem. el. 1. num. 56. &*
12 *ſeq. de elect.* Negatiua iuris † probari debet
per negantem, vt ſi negat emancipationem
recte factam, *l. ab ea parte ff. hoc tit. l. ſi ſcriptum*
13 *C. eod.* Negatiua qualitatis † probanda eſt
per negantem, vt tu non es ſoluendo, tu non
es legitimus, tu non es idoneus : *c. dudum de
præſumpt. c. vnic. de ſcrutin. in ord. fac. l. cum qui-
dam & ibi gloſſ. in verbo qui non offenderint & l.
cum Pater §. rogo ff. de leg. 2. gloſſ. in d. c. bon. mem.
el. 1. in verb. per rerum naturam de elect. & ibi Can.*
14 *gloſſ. 1. in c. fin. 6. quæſt. 5. & ibi Can.* teſtis † qui
deponit ſuper negatiua, debet remouere a-
ctum à ſenſu, non ſenſum ab actu, hoc eſt
debet dicere, talis actus non fuit factus, &
hoc ego ſcio per ſenſum, & præſentiam
meam: quia tali loco, & tempore, vbi, &
quando actus dicitur celebratus, ego inter-
fui, & reuera ille actus non fuit celebratus,
& non potuiſſet celebrari, quin ego vidiſ-
ſem, & audiuiſſem; quia in facto alieno ſic
coarctato, virtus ſenſitiua, clare & aperte
percipit negatiuam: ſi autem teſtis negando
remouet eius ſenſum ab actu, quod eſt,
quando dicit, non recordor, non interfui,
tunc nihil probat, quia qui neſcit, non po-
teſt probare. *Bart. in l. 1. §. ſi quis neget ſub n. 6.
verſ. dic ergo quod illi & n. 13. ff. quemadm. teſtam.
aper. Bald. in l. 1. num. 7. C. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab.
Greg. xv. deciſ. 325. n. 4. & ſeqq. & ibi annot. & de-
ciſ. 510. n. 1.* Ex quibus conſtat, quod vulgare
axioma, plus creditur duobus affirmanti-
bus, quam decem negantibus, verum eſt:
quando ex illa negatione non reſultat pro-
batio negatiuæ, vel quia impoſſibile, eo,
quia non eſt coarctata, vel non eſt reddita
cauſa ſcientiæ; alias pari paſſu ambulant af-
firmatiua, & negatiua. *Bald. in l. cum hi §. ni-
hil autem num. 3. ff. de tranſact. Salic. in l. 2. num.
27. C. de reſcind. vend. Gab. de teſtib. concluſ. 4.
Pan. in c. bon. memor. el. 1. num. 13. & ſeq. de elect.*
Item negatiua probatur per inſtrumentum;
*l. fin. & ibi Bald. nu. 6. C. de reb. cred. §. item verb.
obligatio Inſtit. de inutil. ſtipul. Rip. in c. cum eccle-
ſia num. 79. & 82. & ſeqq. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet. Iaſon. in l. Titia textores numer. 16. 17. &
ſeqq. ff. de leg. 1.* per actum inquiſitionis &
inueſtigationis de affirmatiua oppoſita:
nam ea non inuenta concludetur negatiua:
*Imol. in c. cum nobis olim num. 6. de elect. Bart. in
l. hoc iure & in l. in illa ff. de verb. obligat. Greg. xv.
deciſ. 262. & ibi annot. & deciſ. 287. & ibi annot.*
per confeſſionem aduerſarij: *c. dictum eſt ſu-
pra tit. de confeſſ.* Negatiua quantitatis † eſt, 15
quoties allegatur quod res non eſt tanti
ponderis, ſiue tanti numeri, ſiue tantæ men-
ſuræ, quod de directo probari poteſt, quia
cadit in ſenſum, & in oculorum inſpectio-
nem teſtis, ex eo quod vidit rem ponderari,
& aliquid ponderis deeſſe, *l. 1. & 2. C. de pond.
& aur. illat. lib. 10.* & menſurari, & tot men-
ſuras deeſſe, *l. 2. C. de error. aduocat.* quodque
aliquis non eſt eius ætatis, quia natus fuit
tali millenario, & ab illo citra non concur-
rerunt, niſi tot anni. *Salic. in l. actor. numer. 14.
hoc tit. & ibi DD.*

Probatio † debet fieri iudici, non ad- 16
uerſario, licet aduerſarij præſentia exigatur,
*l. procurator C. de edend. d. l. eos & ibi gloſſ. fin. C.
de teſtib. l. quingenta in fine & ibi gloſſ. fin. ff. hoc
tit. l. 1. C. de cond. ob turp. cauſ. & ibi gloſſ. fin* cau-
ſa pendente & lite conteſtata, primo de in-
tentione actoris, deinde de rei exceptione; *l.
exceptionem C. hoc tit. & ibi gloſſ. c. exceptionem &
ibi gloſſ. in verb. in dilatorijs de except.* quia pro-
batio non excludit probationem, *c. ſeries*

*de teſtib. Rot. diuerſ. deciſ. 701. in fine part.* 1. &
plena actoris tolli non poteſt, niſi per aliam
rei magis plenam directo ei contrariam: *l.
ob carmen §. fin. ff. de teſtibus c. in noſtro & ibi
Can. de teſtib. gloſſ. in c. ſuggeſtum in verb. fulci-*
17 *mur de Iurepat.* ſi probatio actoris † perfe-
cta, & probatio rei imperfecta ſint diuerſæ,
& ſe inuicem compatientes, vt quia actor
per duos teſtes plene probauit ſuum credi-
tum, reus autem ſolutionem per vnum teſtẽ,
tunc recurrendum eſt ad iuramentum ne-
ceſſarium, ſecundum formam, *l. admonendi ff.
de iureiur. & in l. bonæ fidei C. de reb cred. Bart. in
l. admonendi num.* 51 *& ibi DD. Pan. in c. in no-
ſtra ſub num.* 3. *de teſtib. & ibi Can. Ioan. Andr. in
c. fin. de iureiur. in fine num.* 6. *& ibi Can* quod
18 ſi ambarum partium par ſit † probatio, is
obtinet qui habet aliquam præſumptionem
pro ſe: *l. ſi duo patroni ff. de iureiur. & ibi Bartol.
num.* 3. alias reus abſoluitur, cum promptio-
ra ſint iura ad abſoluendum, quam ad con-
demnandum, *c. ex literis §. fin. hoc tit. c. inter di-
lectos in fine de fid. Inſtrum.* niſi pro actore ſtet
fauor cauſæ, *c. fin. de re iud. d. c. ex literis §. fin. &
ibi gloſſ. in verb. in liberali cauſa.* Probationum
19 ſpecies ſunt † nouem, compræhenſæ in-
fraſcripto verſu.

*Aſpectus, c. poſuiſti c. cauſam hoc tit. Sculptum, gloſſ. in c. cum cauſam hoc tit. in verb. per libros antiquos in fine, Teſtis, titulo de teſt. Notoria* (ſcilicet facti) *c. euidentia de accuſ. Scriptum, infra tit. de fid. inſtrum.*

*Iurans infra tit de iureiur. Confeſſus, ſupra tit. de confeſſ. Præſumptio, infra de præſumpt. Fama,* (nempe conſentiens,) *probabunt, c. præterea de teſtib.*

20 Semiplenam † probationem faciunt
ſcriptura domeſtica, *l. inſtrumenta C. hoc tit.*
comparatio litterarum, *Auth. de fid. Inſtrum.
§. ſi vero omnes moriantur §. ſeqq. col.* 6. fuga rei,
*Bart. in l. admonendi n.* 35 *ff. de iureiur.* teſtis v-
nus, *c. licet vniuerſis de teſt. auth. iuriſiurandi c.
hoc tit. l.* 3. *§. cauſæ ff. de Carb. edict. c. ex inſinua-
tione de proc. gloſſ. pen. in d. l. admonendi gloſſ. in d.
l. in bonæ fidei,* quando directe deponit ſuper
ipſo facto, aut maleficio, ſi vero deponeret
ſuper aliquo indicio ad maleficium, non fa-
cit ſemiplenam probationem, ſed illud indi-
cium debet legitime probari per duos teſtes:
*l. inter omnes & ibi Bart. num.* 2. *& ſeqq. C. famil.
erciſcund.* De Stylo Rotæ non magis credi-
tur teſti vnico contra inducentem, quam
pro inducente: quia per inductionem cen-
ſetur approbata perſona teſtis, non dicitur:
*Card. Seraph. deciſ.* 1249. *num.* 4. *Greg. xv. deciſ.*
215. *num.* 4. *& ibi annot.* Fama: *Bart. in l. de mi-
nore §. plurimum numer.* 30. *ff. de quæſt. Franc.
in c. dilecti* 1. *num.* 6. *& ſeqq. late de appell. Mynſ.
obſ.* 46. *cent.* 5. Indicium non remotum, ſed
propinquum, probatum per duos teſtes, *l.
fin. & ibi Bart. num.* 6. *&* 7. *ff. de quæſt.* Plena † 21
probatio dicitur per duos teſtes: *l. vbi ff. de te-
ſtib.* Inſtrumentum publicum: *l. ſecunda l. in re
ff. de fid. Inſtrum.* per priuatum factum ab ali-
quo cõtra ſe cum cauſa, *l. cũ de indebito in fin. de
prob.* ſi modo confiteatur ſe feciſſe, vel ſi pro-
betur per dilationem iuramenti: *l.* 1. *&* 2. *ff.
de iureiur.* nec non quando facta eſt iudici
plena fides, hoc eſt, quando iudex per ea,
quæ ſibi ſunt oſtenſa, eſt adductus ad fidem
& credulitatem eius, quod intenditur: *l. pro-
curator C. de edend. l. ad fidem cum l. ſeq. ff. de te-
ſtib. Bart. in d. l. admonendi num.* 15. *& ſeqq. & ibi
DD. l.* 1. *poſt princip. verſ. ad tormenta ff. de quæſt. c.
cum cauſam & ibi DD. hoc tit.* etenim iudex
non debet ad vnam probationis ſpeciem
cognitionem ſuam allegare, *l.* 3. *§. idcoque ver.
hoc ergo ſolum ff. de teſtib. l. ſi ſtipulatus ff. de vſur.
l. inſtrumenta C. hoc tit.* nam probationes † 22
imperfectæ, ſiue ſint eiuſdem, ſiue diuerſi ge-
neris, quæ ſunt perfectæ in ſua ſpecie, *Bald. in
l. ſi quis §. quod num.* 23. *&* 4. *ff. de edend. pulchre*

Mynſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Mynſ.obſ.*100 *cent.*2. ac tendunt ad vnum,
ſunt commiſcibiles,& ſi ſunt ſufficientes ad
iudicis animum inducendum ad plenam
credulitatem,faciunt plenam probationem,
*d.l.*3.*§.*1.*verſ.eiuſdem quoque ff.de teſtib.l.qui ſen-
tentiam C.de pœn.c. cum cauſam hoc tit. & ibi
Can.l.*1.*C.eod.c.cauſam quæ de re iud.Bart.in l.*1.
*§.ijdem Cornelio ff.de quæſt.*in cauſa ciuili;ſecus
in cauſa criminali,etiam ciuiliter intentata;
*c.veniens el.*1.*& ibi gl.in verb.illorum de teſt.Imol.
nu.*7.*Dec nu.* 24. *& ſeqq. & Can.communiter,
Greg.xv.deciſ.*517.*n.*28.*& ſeqq.Marſ.in l.de mi-
nori §.plurimum nu.*55 *ff. de quæſt. Mynſ. obſ.*33.
*cent.*5.vt vnus teſtis cum fama;*c.*1.*de appell.* v-
nus teſtis & confeſſio facta abſente parte; *c.
fin.de ſucceſſ ab inteſt.* duæ præſumptiones &
alia indicia,*l* 1.*in princ.& ibi gl.in verb.legitimus
ff.de excuſ.tut.& DD.* vnus teſtis de viſu &
quælibet alia ſemiplena probatio; *Bald. in l.
Spadonem §.qui iura ff.de excuſ.tut Bart in l.ad-
monendi n.*48.*&* 49.vnus teſtis,qui de veri-
tate & fama & alius qui de fama tantum
deponant; *Iaſ.in d.l.admonendi n.*99.*& in re-
pet.eiuſdem leg.num.*257.*verſ.iſtam concluſionem
ff.de iureiur. Cap.itaq. deciſ.*383.*part.* 2.*Greg.xv.
deciſ.*22;.*in princ.& ibi annot.*teſtes duo de fa-
ma,& vnus qui deponit de veritate,*Rot. dec.*
319.*num.*1 *part.*1.*diuerſ.cont. Alex in l.gallus §.
fin.num.*13.*poſt Bald.ibi ff.de lib.& poſth.Caſ.de-
ciſ.*1.*num.*2.*de ſponſ.& mot.*teſtis vnus & præ-
ſumptio iuris,*c.omnes & ibi Archid.numer.*3.6.
*quæſt.*1.ac ſtante veriſimilitudine,& alijs ad-
miniculis datur fides probationi diminutæ:
*l.ſi duo in princ.ff.de iureiur.& ibi gloſſ. Iaſ. in l.ſi
extraneus num.*6.*& ſeqq.ff.de cond.ob cauſ.Greg.*
23 *xv.deciſ.*273.*num.* 4.*& ſeqq.* ſi vero † ten-
dunt ad diuerſa,non ſunt commiſcibiles: vt
in pluribus teſtibus ſingularibus; *c.cum di-
lectus de elect c.licet hoc tit.* ideo teſtis vnus de
mutuo,& alius teſtis de confeſſione mutui,
non coniunguntur ad faciendam plenam fi-
dem,quia mutuum & confeſſio mutui ſunt
diuerſa,neque tendunt ad faciendum vnum
totum,cum ſæpe ſit vnum ſine alio; *Pan.in d.
c cum cauſam num.*2.*hoc tit.& ibi Can. commu-
niter Bald.in l.ſi ex cautione in* 12.*quæſt.C de non
numer pecun.* ſecus in alijs contractibus , in
quibus confeſſio probat veram numeratio-
nem,*l.ſi ex pluribus ff.de ſolut. l. publia ff. depoſ.
Bald in l.ſi non ſortem §.indebitum poſt numer.* 5.
*verſ.quid in exceptione ſolutionis ficta ff.de cond.
indeb Dec.in d.c.cum cauſam num.*35. In omni
cauſa ciuili † requiritur probatio plena, 24
*l.iudices C.de iud.c.iudicantem* 30.*quæſt.*5.in cri-
minali pleniſſima,*l.fin.C.hoc tit.l.vbi C.de falſ.*
in cauſis ſummarijs, in † quibus verſatur 25
partis præiudicium,quod non poteſt per a-
liud iudicium reparari, niſi per appellatio-
nem,& alijs legitimis modis,in quibus pro-
ceditur ſummarie quoad ordinem iudicio-
rum,ab vtraque parte plenæ probationes
exiguntur, *l.de ſubmerſis C.de naufrag.libr. xj.
clem.ſæpe de verb. ſignif. clem. diſpendioſam de iu-
dic.* In cæteris cauſis † ſummarijs,quæ poſ- 26
ſunt per aliud iudicium reparari requiritur
plena probatio ex parte agentis,& dicuntur
ſummariæ, tum quia in eis non admittitur
reprobatio teſtium,*c.veniens el.*2.*& ibi gloſſ.
in verb.vellet & Ioan.And.& Can.de teſtib.* tum
reſpectu rei, cuius exceptiones requirentes
altiorem indaginem,differuntur,nec impe-
ditur actoris intentio:*Bart.in extrauag.ad re-
primendum ſub num. xj. Iaſon in l.in pecuniarijs
num.*4.*ff.de ferijs.*niſi ſint exceptiones rei fi-
nitæ,vel pares illi,*l.*3.*§.ibidem ff.ad exhib.* vel
ſint probationes in promptu.*gloſſ.*1.*in l.*2.*C.
de edict.D.Andr.toll.gloſſ.*2.*in l.ſi is à quo ff.vt in
poſſeſſ.legat.gloſſ.fin.in l.illi à quo §.ſi de teſtamen-
to ff.ad Trebell.& vtrobique DD.Bald.in d.§.ibi-
dem & in l.*1.*num.*4.*& ſeq.C.vt in poſſeſſ. legat.
&c.*vt in adipiſcendæ & retinendæ poſſeſſo-
rijs iudicijs: *l.*1.*C.quor.bonor.& ibi gloſſ. &*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*DD.Rot.deciſ.343.num.3.part.3.lib.3.gloſſ fin. in*
*fine in l.illo à quo §.ſi de teſtamento ff.ad Trebell.*
*& ibi Ang.in fin.& DD.Pan.in c.conſtitutũ num.*
*15.de appell.& ibi Can.* in remedio, *l.fin.C.de*
*elect. D. Adr.toll.* in quo probari debet teſta-
mentum, & poſſeſſio ſiue detentio defuncti
tempore mortis: *Bart.& DD.in d.l.fin.§.ſin*
*autem aliquis.* poſſeſſorio recuperandæ, quod
reſpuit omnem exceptionem, etiam incon-
tinenti probandam : *dictum eſt ſupra de reſt.*
*ſpoliat.l.ſi quis ad ſe fundum C.ad l.Iul.de vi.l.1. in*
*princ.ff.de vi & vi arm.licet gloſſ.contrarium no-*
*tet in l.ſi de vi ff. de iudic.* in ſecundo decreto
*Bart.in l.1.§.fin.ſub num.1.ff.de præt.ſtip.dictum*
*eſt ſupra tit. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei*
*ſer.licet Felin.in c.veniens num.14. de teſtib. dicat*
*non requiri plenam probationem.* Excipe cauſas
27 poſſeſſorias † fauorabiles, puta ventris, a-
limentorum, in quibus ſufficit ſemiplena vel
aliqualis probatio, *l.1.§.ſi ea & §§. ſeqq. de*
*vent.in poſſ.ff.mitt.l.ſi quis à liberis §. ſi qui ex*
*his & ibi Bart.& §.ſolent ff.de liber.agnoſc.l 3.§.*
*cauſæ ff.de Carbon.* manutentionis : *Caputaq.*
*dec.382.part 2.Curt.ſen.in l.admonendi nu.323.*
*verſ.ſecundo moueor ff. de iureiur. Menoch. remed.*
*fin.retin.num.34* & cauſas ſummarias modi-
ci, & quaſi nullius præiudicij : *l.Theſaurus ff.*
*ad exhib.l.in aquilia ſi deletum ff.ad l.aquil.* & in
primis decreto : *Auth.de exhiben.& introd.reis*
*§.ſuſcepti Bart.in d.l.1.§.fin.ſub num.1.ff de præt.*
*ſtipul.* in his tamen omnibus debet perſona
plene legitimari. *Bart.in l.2.in fine & ibi DD.*
*C.de edict.d.Ad.toll.Fel.in c.veniens elect.2.in fin.*
*numer.14.de teſtib. Bart. in extrauag. ad repri-*
*mend.in verb.& figura numer.7.Bald.in l.3.§.in*
*hac numer.5.& §.ibidem numer.3 ff.de exhibend.*
*Bald.in l.nec quicquam §.de plano numer.5.ff. de*
28 *offic. proconſ. & leg.* In extraordinarijs †
cognitionibus requiritur plena probatio,
ſed libellus non datur, vt in caſibus in quibus
lex dicit extra ordinem agi, *l. ſi quis ſepul-*
*chrum ff de relig.& ſumpt. fun. tot. tit.de var.&*
*extraord.cognit.* & vbicunque iudex ex ſuo
mero officio procedit conſtringendo ali-
quem ad aliquid faciendum vel dandum, *l.*
*ſi quis miſſus ff.ne vis fiat ei qui in poſſeſſ.&c. l.1.*
*ff.ſi vent.nom.mali in poſſeſſ.miſſa &c.* & in om-
nibus criminibus in quibus ſine accuſatore
proceditur, *l.2.§.1.& ibi gloſſ.in verb. ſine accu-*
*ſatore ff de adult gloſſ 2.in c vnic. vt eccleſ. benef.*
*ſine deminut.conſ.* In his quæ † de plano tra- 29
ctantur, plena cognitio & probatio requi-
ritur; non tamen libellus, in leuibus crimini-
bus *l.leuia ff.de accuſat.* aut cauſis vilibus, *Aut.*
*niſi breuiores C.de ſint ex breuil.recit.* in graui-
bus requiritur libellus *l. vnius facinoru §.fin.*
*in fine ff.de quæſt.c.notat.in fine de iud.* non eſt
neceſſe iudicem ſedere pro tribunali , ſed
in camera à iudice deambulante poſſunt ex-
pediri, *l 1.in fine princ.ff.de offic.præf. vrb.l.4.*
*§.fin.ff.de interrog.act. Bald. in d.§.de plano in*
*princ.Bartol.in extrauag.ad reprimendum in verb.*
*de plano.*

Probationes † factæ in iudicio ſumma- 30
rio non probant inter eaſdem perſonas ſu-
per eadem re in plenario & probationes fa-
ctæ ſuper exceptione non probant vbi per
viam actionis proceditur quia finis varia-
tur *gloſſ.in c.cum dilectus §.verum in verb.in mo-*
*dum exceptionis verſ.ſed quid ſi in modum exceptio-*
*nis &c.& ibi Butr.num.55.de ord.cogn.* ſiue at-
teſtationes ſint teſtium, *c.veniens el.2.de teſtib.*
ſiue productio ſit inſtrumentorum, *Butr. in*
*d.§.verum num.35.in fine allegat. Freder. conſ.*
*160.Felin.in c.cauſam quæ el.1.num.5 de teſt.&*
*ibi DD.* Limita primo, quando probationes
† in ſummario iudicio ſunt factæ plen- 31
rie, & quoad ſubſtantiam probationis , &
quoad modum procedendi ſuper eo quod
pertinet ad cauſam, ſecus ſi ſuper imperti-
nenti , quod nullo modo ad cauſam perti-
net, *Felin.in d.c.cauſam quæ num.6. Alex.in l.ſæ-*
*pe n.81.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pe n.8: .de re iud.& ibi DD. Alber.in l. ab hoſtibus §.ſed quod ſimpliciter num.18. verſ. primum credo verius ff.ex quib.cauſ maior.Rot.deciſ.35.n.3.4.& 5 part.2 diuerſ Bald.in l.ſi iudex n.5.& ſeq.ff. de his qui ſunt ſui vel alien.Greg.xv.dec.535.n.13.& ſeq. Limita ſecundo,quia teſtes recepti ab executore literarum apoſtolicarum, qui nõ recipit vt iudex,ſed vt ſimplex examinator, Clem.1.de off.deleg faciunt fidem coram quocunque iudice, Bald in d.l.fin.n.6.& ibi Salic. n.7.in fine C.de teſtib.Rot.d.deciſ.35.n.1.& 2.par. 2.diuerſ. Limita tertio, in probationibus receptis ſuper replicatione, Greg.xv.deciſ.535 n. 16.& ſeqq quæ eſt eiuſdem naturæ cuius eſt actio, l.quæſitum § fin.ff.de pecul.l.ſi pactum & ibi poſt gl.1.DD.C.de except.& finis agendi qui conſideratur ex parte actoris, l.ſi quis intentione ambigua ff.de iud.l.1.§.fin.ff.de tritic. non diuerſificatur ex perſona rei conuenti, l.1.§. 1.ff ſi pars her.pet.Contau.in l.vn.limit.2.§.4.n. 2.plures citans C.ſi de momen.poſſeſſ. prior. appell.

## De teſtibus & atteſtationibus,

## Titulus XX.

### SVMMARIA.

1 In Teſtem quilibet admittitur niſi prohibeatur.
2 Teſtimonium non poteſt quis dicere in propria Cauſa.
qua regula limitatur tribus modis.
3 Teſtis idoneus non eſt, de ſe confeſſus ſuper crimine aliorum.
4 Familiares & domeſtici non ſunt idonei teſtes, & qui ſint domeſtici & familiares.
5 Laicus contra clericum non poteſt dicere teſtimonium quando de crimine agitur criminaliter.
6 Clerus non dicit teſtimonium contra laicos quando de crimine agitur criminaliter in foro ſæculari.
7 Coram iudice eccleſiaſtico poteſt teſtificari in cauſa criminali.
In cauſa ciuili in vtroque foro, obtenta licentia ſui prælati.
8 Teſtis non tenetur reſpondere ad aliquod per quod ſua turpitudo detegatur, ad alia ipſum inhabilitantia ad teſtimonium tenetur reſpondere.
9 Producens teſtes non poteſt amplius productus reprobare ex defectu tunc exiſtente.
10 Dicta vero teſtium poteſt impugnare.
11 Is contra quem teſtes producuntur, poterit eos, & eorum dicta reprobare.
12 Exceptio contra teſtes obijcienda eſt dum producuntur, quæ ſtatim à iudice eſt admittenda, ſed eſt arbitrarium iudici recipere probationem exceptionis ſtatim, vel differre in tempus publicationis.
13 Sufficit teſti obijcere crimina in genere, niſi lex vel canon mandaret obiectus exprimi cum adiectione Verborum multiplicantium.
14 Poſt publicatas atteſtationes non eſt licitum apponere in perſonas teſtium, exceptis certis caſibus.
15 Teſtibus non creditur in fauorem eius qui contra eorum perſonas proteſtatus eſt.
16 Teſtificatio vt ſit legitima multa requiruntur, primo, non debent recipi ante litem conteſtatam.
17 Secundo, vt ſe non ingerant aut ſponte teſtificentur.
18 Tertio, iurent.
19 Quarto, vtraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente.
20 Quinto, quod ſigillatim ſecrete & Viua voce deponant.
21 Sexto, teſtificentur de viſu & auditu proprio.
22 Non interrogatus cauſam ſui dicti reddere non tenetur, niſi certis caſibus.
23 Septimo, quod contraria non deponant aut vacillent.

24 Octa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

24 Octauo, nihil taceant de contingentibus.
25 Nono, quod exprimant perſonas, locum, tempus, & modum rei.
26 Super quibus poſſunt dari interrogatoria.
27 Decimo, quod teſtificentur ſuper iuratis & non ſuper alijs.
28 Vndecimo, quod fiat atteſtationum publicatio.
29 Teſtes debent concordare in Re, perſona, gradu, loco & tempore, alias ſunt ſingulares.
30 Singularitas eſt triplex, obſtatiua quando ponitur de vno caſu tantum, & teſtes variant circa locum.
31 Diuerſificatiua quæ conſideratur in actu reiterabili.
32 Cumulatiua ſiue adminiculatiua quando ex teſtibus ſingularibus nulla reſultat diuerſitas factorum ſed omnes tendunt ad eundem finē.
33 Teſtes duo ſufficiunt vbi numerus teſtium definitus non eſt.
quæ regula limitatur tribus modis.
34 Productiones teſtium examinatione ſecuta, nedum intra vnam dilationem, ſed in tota cauſa non poſſunt fieri vltra tres, propter timorem ſubornationis.
35 Quarta productio per iudicem admittenda non eſt niſi ex cauſa & præſtito per producentem ſacramento Veritatis, quod non ſit percunctatus dicta teſtium per ſe vel alium.
36 Teſtes eidem an ſæpius examinari poßint in eadē vel diuerſa cauſa ſuper antiquis Capitulis.
37 Reprobare licet teſtes ſuper principali negocio productos, & reprobatorios iterum reprobabare, vlteriori reprobationi non eſt locus.
38 Teſtes producendi ſunt coram iudice, & ab eo recipiendi, & compelli poſſunt vt accedant iudices ad deponendum exceptis quatuor qualitatibus perſonarum, quæ ſunt in loco iudicis.
39 Clericus coram iudice ſæculari inductus in teſtem iurat & deponit coram epiſcopo.
40 Remißio fit ſiue decernantur literæ remiſſoriales quando teſtes ſunt abſentes in locis remotis in Cauſis ciuilibus, non etiam in cauſis criminalibus.
41 Iudex cui committitur remiſſoria debet eſſe qualificatus iuxta C. ſtatutum de reſcript. in 6.
42 Non poteſt ſubdelegare notario receptionem iuramenti teſtium.
43 Plures iudices remiſſoriales intelliguntur dati inſolidum.
44 In decernanda remiſſoria requiritur Cauſæ cognitio.
45 Remiſſoria quibus caſibus denegatur.
46 Caſus in quibus conceditur remiſſoria ſine retardatione proceſſus.
47 Datur cum retardatione proceſſus in Cauſis nullitatis profeſſionis, matrimonialibus, ſpiritualibus, prophanis in qualibet inſtantia.
48 In beneficialibus cauſis in tertia inſtātia datur. Ad probandum delictum remiſſoria denegatur.
49 Subornatio teſtium ſi timeatur, cum qua cautela decernatur remiſſoria.
50 De ſtylo ſemel datur, vnde ſi in prima inſtantia data fuerit, in ſecunda denegatur.
51 Limita in minore & eccleſia qui reſtituuntur aduerſus probationem omiſſam.
52 Poſt decretam remiſſoriam dantur quindecim dies ad illam expediendam.
53 Depoſitiones teſtium productorum in vim remiſſoriæ ante triginta vel quadraginta annos probant, quando producuntur ad effectū iuriū abſq; exhibitione proceſſus remiſſorialis
54 Contrarietates in depoſitionibus plurium teſtium ſiue inducti ab vna parte, ſiue hinc inde ab actore & reo producti ſibi contradicere videantur, quomodo concilientur.
55 Non fit talis concordantia quando contrarietas eſt inter dictum partis producentis & teſtes productos.
56 Subordinationis teſtium timor ex eo quod deponunt per eundem præmeditatum ſermonem

cadit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cadit in duobus teſtibus, non tribus aut pluribus, & excluditur, ex qualitate rei ſuper qua deponunt.*

57 *Publicatio atteſtationum excludit probationem per teſtes.*

58 *Limita primo, de ſtylo Rotæ datur ſummarium teſtium, licet teſtes non ſint publicati quo non obſtante teſtes poſſunt produci.*

59 *Quādo publicatio facta eſt in ſummario iudicio.*

60 *Aut in certis articulis & aliis pluribus caſibus hic annotatis.*

61 *Renunciatio facta teſtibus, concluſio in cauſa, quarta productio, excludunt probationem per teſtes.*

62 *Teſtes examinati & publicati faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdem partes ac etiam contra ſingularem ſucceſſorem.*

SPECIES probationum præcipuæ ſunt te-
ſtes, inſtrumenta, præſumptiones, & iuſ-
iurandum, de quibus tractat in ſequentibus
titulis. Probatio quæ fit per teſtes eſt effica-
cior aliis, cum fiat viua voce, *c. cum Ioannes de
fid. inſtr. cum ibi not.* teſtiumque officium eſt
quaſi publicum, & ad id inuiti compellun-
tur, *c. 1. & 2. de teſt. cog. l. 1. ff. hoc tit.* ideo præ-
mittit de teſtibus, & poſtea ſubnectit de a-
1 liis ſpeciebus. Quilibet in † teſtem admitti-
tur, niſi prohibeatur, eſt enim hoc edictum
prohibitorium certarum perſonarum, *l. 1. in
fine princ. l. 3. § 1. l. idonei l. nullus l. ex eo ff. hoc tit.*
aut excuſatorium certarum perſonarum, à
dicendo teſtimonio: *l. 5. l. inuitil. ff. hoc tit. d. l. 1.
in fine princ. ff. eod. dicetur tit. ſeq. de teſt. cog.* Con-
ſiderantur teſtes certis qualitatibus infra-
ſcriptis verſibus compræhenſis. Conditio *c.
forus § teſtes de verb. ſignif. c. quoniā liberi & auth.
ibi poſita C. hoc tit. l. quoniam C. de hæret. c. ſi hæ-
reticus 2. quæſt. 7.* (in monachis & aliis ſub o-
bedientia conſtitutis productis in teſtes, tu-
tius eſt adhibere licentiam eius, cui ſubſunt)
*Rot. deciſ. 177. num. 12. part. 2. diuerſ. Bald. in l.
quoniam § liberi nu. 4. C. hoc tit. Franc. Aret. in c.
cum nuncius num. xj. & ibi Fel. num. 3. de teſt.* Sex-
tus, *d. § teſtes & ibi gloſſ. in verb. non fœmina &
Can. l. ex eo & ibi DD. ff. hoc tit.* Ætas, *l. inuiti 1.
& 2. in fine & l. ſeq. ff. hoc tit. c. teſtes 4. quæſt. 3.*
(pupillus factus maior, teſtari poteſt de eo,
quod vidit in pupillari ætate, *c. relatum & ibi
gloſ. fin. 37. diſt. l. 2. § 1. verſ. lege Iulia. & ibi gloſ.
in verb. impubes ff. hoc tit. Fel. in cap. cum nobis,
numer. 9. & ſeqq. de præſcript.*) Diſcretio, *§ fu-
rioſus Inſtit. de inutil. ſtipul.* Fama, *c. in litteris hoc
tit. l. quæſitum cum ll. ſeqq. ff. eod. d. § teſtes in fine
c. præterea § huiuſmodi de teſt. cog. c. infames §
porro infamia 3. quæſt. 7.*

Et fortuna, *l. 3. in prin. ff. hoc tit. & ibi gloſſ. in
verb. egens c. ſi teſtes § item teſtium fides 4. quæſt.
3.* Fides, *l. quoniam C. de hæret. c. iudæi hoc tit.* In
teſtibus iſta requires.

His adde quaſdam regulas generales, 2
quarum prima eſt, quod in propria † cauſa
quis non poteſt dicere teſtimoniū, ſiue cauſa
propria ſit principaliter, ſiue ſecundario, *l.
nullus ff. hoc tit. l. omnibus C. eod. & ibi gl. fin.* ſiue
ſit communis, *c. ſi teſtes § item nullus & ibi glo.
in verb. in re ſua 4. quæſtion. 3.* ſiue agatur de e-
ius laude, aut vituperio, *c. ſtatutum 2. quæſt. 6.
Pan. in c. 1. num. 6. vt eccleſ. benef. ſine &c.* Ex-
ceptio primo, quia teſtis deponens de fa-
cto proprio facit plus quam ſemiplenam
probationem, *l. quæro verſ. fin. ff. de ædil. edict. l.
cum probatio ff. de prob. l. ſerui 1. reſp. ff. hoc tit.
Rot. diuerſ. deciſ. 521. in fine part. 1.* Secundo ex-
cipe cauſas collegiorum, & vniuerſitatum,
*c. 3. loco de prob. & ibi Can. c. ſuper & ibi glo. 1. 14.
quæſt. 2. Afflict. deciſ. 400. per totam.* & eccleſia-
rum, *c. cum nuncius c. in ſuper hoc tit.* in quibus
teſtimonium dicunt ſingulares de colle-
gio, vniuerſitate, eccleſia, qui cauſam vni-
uerſitatis vel eccleſiæ non procurant, *d. c. in-
ſuper hoc tit. l. fin. & ibi Alberi. ff. de teſtib.* quia

nemo debet habere duplex officium in cau-
ſa, *c.1.& 2. 4.quæſt.4.d.c.ſtatutum 2. quaſt. 6.*
*& ibi gloſſ.in verb.vel cognitor gloſſ.2 in c. ex li-*
*teris de tranſact.& ibi Can.* Excipe tertio quia
legatarij & fideicommiſſarii admittuntur
in teſtes, non quando agitur de legato, vel
fideicommiſſo, ſed cum quæritur cuius de-
beat eſſe hæreditas. *§.legatariis Inſtit. de te-*
3 *ſtam.ordin.* Secunda eſt, de ſe confeſſus † non
eſt idoneus teſtis, ſuper crimine aliorum ni-
ſi in atrocioribus, *c.1 de conf.ſſ & ibi gloſſ.pen.*
*ponit caſus exceptos l.fin.§.fin.& ibi gloſſ fin. po-*
*nit caſus exceptos C.de accuſ.& inſcript. c. negan-*
*da 1.3.quæſt.xj.c.veniens hoc tit.c.1.& ibi glo.1.*
4 *& fin.eod.in 6.& Can.* Tertia domeſtici † &
familiares, non ſunt idonei teſtes, & inter-
rogari non debent: *c in litteris hoc tit.l. pen.*
*ff.de teſtib.14.quæſt.2.in ſumma & ibi glo mag.*
*quæ ponit regul.& fall. & Can.* dominus pro
familiari & domeſtico poteſt teſtificari: *Fel.*
*in d.c.in literis num.12.* domeſtici ſunt quibus
imperari poteſt ratione patriæ, vel domini-
cæ poteſtatis, & indiſtincte repelluntur. *l.2.*
*C.h.t.l. teſtis ff.eod.§.pater Inſtit.de teſtam & ibi*
*gl. DD.* familiares ſunt conſanguinei coloni
aſſcriptitij, mercenarii, liberti, & omnes ha-
bitantes in domo: *l. ædiles § familiæ ff de ædil.*
*edict.:.quæſt 1.in ſumma d.cap. in litteris & i-*
*bi gloſſ.* ex quibus illi quibus imperari po-
teſt, omnino non admittuntur ad teſtimo-
nium, alii vero admittuntur, ſed iudex ſe-
cundum qualitatem familiaritatis arbitra-
bitur quanta fides illis adhibenda ſit, *:.q.5.in*
*ſumma & cap.1 & vtrobique gloſſ & DD.Pan.*
*in d.cap litteris num.5.Rot.deciſ.:37.n.1. part.1.*
*diuerſ.Caſ.deciſ.4.num.1 & deciſ.13.num. 1.&*
5 *2.hoc tit.* Quarta, laicus † contra clericum
non poteſt dicere teſtimonium, quando de
crimine agitur criminaliter; *c.de cætero hoc tit.*
*& ibi Can.* quia præſumitur ex odio teſtifi-
cari contra clericos, *c.laicos c.laici.2.quæſt.7.*

tum quia debet clericos reuereri tanquam
partes: *c.omnes c.ſacerdotes el.1.2.quæſt.7.* ſe-
cus ſi agatur de crimine ciuiliter, vel ad pri-
uationem beneficii, vel iuris ad id, vel in eo
quæſiti: *c.tam ex litteris & ibi Can. hoc tit. poſt*
*gl. in verb. fœminas.* Econtra † clericus non 6
dicit teſtimonium contra laicos, quando de
crimine agitur criminaliter in foro ſæculari,
*c teſtimonium xj.quæſt.1.* vt hinc inde in iudi-
ciis ſeruetur æqualitas. † coram eccleſiaſti- 7
co iudice poteſt teſtificari in cauſa crimina-
li: *c.1.6.quæſt.2.* in cauſa ciuili tam coram iu-
dice eccleſiaſtico, quam ſæculari: *c.ſuper in*
*fine & c.quanquam 14 quæſt.2.* obtenta licen-
tia ſui prælati, etiam inferioris ab epiſcopo,
*Franc.Marc.deciſ.568.circa finem part.2.Pan.in*
*c.1.in fin.de iuram.cal.* quod ſi de facto ſine li-
centia deponat, valet teſtimonium licet ma-
le fecerit, ſiue ſit clericus, *gl fin.in c.1 in fine de*
*iuram cal.& Can* ſiue monachus, *auth.de mo-*
*nachis §.cogitandum & ibi poſt glo.in verbo teſtes*
*DD.collat.1.Franc.Marc.d.deciſ.568.ſub num.2.*
*part.2.Guid.Pap.deciſ.65.* Teſtis non tenetur
† reſpondere ad aliquid, per quod ſua tur- 8
pitudo detegatur, vt eſt crimen, infamia, ex-
communicatio, vel ſimilia, etiamſi interro-
getur de crimine, quod dicatur eſſe publicũ,
vel manifeſtum, *c.cum cauſam el.1.& ibi gl.in*
*verbo de cauſis Imol.n.6.Felin.n.10 Pan.n.13.qui*
*recenſet ſex opiniones & Can.hoc tit.c.quærendum*
*& ibi gloſſ.& Can.2 quæſt.7.Bart.in l.ſi duo pa-*
*troni §.item Iulianus in fine ff.de iureiur.* ad alia
ipſum inhabilitantia à teſtimonio reſpon-
dere tenetur, vt eſt paupertas, conſanguini-
tas, ſeruilis conditio, inimicita, *Bald.in auth.*
*ſi teſtis productus n.6. hoc tit. & ibi DD. Felin.*
*in d.c.cum cauſam 1.num.10.* Illud notandum
eſt, quod ex ſola teſtificatione in contractu,
qui fit ſuper re teſtis, ſiue ſcienter ſiue igno-
ranter non fit teſti præiudicium, *l.ſi pater C.*
*de fideiuſſ l.Caius ff.de pign.act.& ibi Bart.num.*

3.Butr.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*I.Butr.in c.ex literis num.17. in fine de tranſact.* quia iniquum eſt, damnoſum cuiquam eſſe officium ſuum, *l.ſed ſi quis ff.quemadm.teſtam. aper.facit c.ſane dilecto & ibi gloſſ. pen. de renunciat.* ſed teſtificatio vna cum præſtatione auctoritatis, vt ſubſtantiam capiat contractus, teſti præiudicat, & cenſetur iuri ſuo renunciare, *l.ſi fideiuſſor §.pater ſeq.ff.de pignor. cap.ex literis de tranſact. & ibi gloſſ.in verbo teſtis inſcriptus & Can.* alii diſtinguunt, aut quis eſt præſens illi actui quem contradicendo poteſt impedire, & patientia habetur pro conſenſu, aut non poſſet impedire, & tunc eſt ſecus, *gloſſ.in d.§.pater Seq in verbo manifeſtum eſt gloſſ.fin.in d.l.Caius Seijus &c. tu autem dices &c.approbata ibidem per Bart.& DD.l. ſæpe §.1.ff.de re iud.*

9 Producens † teſtes non poteſt amplius reprobare productos ex cauſa vel defectu tunc exiſtente, *l.ſi quis C.hoc tit.& ibi gloſſ. & DD.c.teſtes § pen. 4.quæſt 3.Mynſing.obſ 3.cent. 4.* etiamſi eis vſus non fuerit, *Felin.in c.præſentium numer.7.hoc tit.* tam in eadem, quam alia cauſa, *d.l ſi quis teſtibus Rot.deciſ.140.part. 1.diuerſ.* niſi velit reprobare ex delicto, tunc ſibi verſimiliter incognito, *arg. c.nulli de elect.in 6.* aut ex cauſa procedente à producente illos in alia cauſa, vt induxi patrem tuum in teſtem, quæ erat inter me & Sempronium, nunc in cauſa quæ eſt inter me & te, ſi vis producere eum pro te, potero eum tanquam ſuſpectum repellere, *Pan.in c. præſentium nu.7. hoc tit.& ibi Can.* vel ex cauſis poſtea emergentibus: *d.l.ſi quis teſtibus d. cap.*
10 *nulli c.præterea de teſtib. cogn.* dicta teſtium † poteſt producens impugnare, quia reſpectu dictorum non potuit diuinare ſicut quis appellat à ſententia illius, quem in iudicem impetrauit, *c.cauſam de re iud.l.ex conſenſu ff.de*
11 *appell.* Is contra quem teſtes † producuntur, poterit eos & eorum dicta reprobare niſi aliquo modo eos approbauerit, vt ſi petijt eos inductos, ſuper peremptoria exceptione, cogi ad iurandum & deponendum ſuper tota cauſa, *c.de teſtibus & ibi Pan.num. 4.hoc tit.Mynſing.obſ.3. cent. 4.* Exceptio contra
perſonas teſtium † nec eſt dilatoria neque 12
peremptoria, *cap. præſentium & ibi Pan.num. 1.& Can.hoc tit.* obijcienda eſt dum producuntur, quæ ſtatim à iudice eſt admittenda, antequam dictum ſiue depoſitionem teſtis recipiat, alias eſt iuſta cauſa appellandi, *c.ex parte hoc tit.* ſed eſt arbitrarium iudici recipere probationẽ exceptionis ſtatim, vel differre in tempus publicationis: *d.c.ex parte & ibi Anchar.num.6.& 12.Pan.nu. 8.Fel. nu 12.qui ponunt aliquot fallent.gloſſ 1.in c.cum cauſam ponens duas fall. hoc tit.* hinc inoleuit mos in Rota quando fit inſtantia vt admittantur in teſtes, qui patiuntur exceptiones, quod admittantur & ponantur ad partem, quia poſſunt poſtea pro nihilo haberi, & nullum fit ei contra quem producũtur præiudicium, *Mohed.deciſ.2.in fine hoc tit.* Sufficit
obijcere teſti † crimina in genere, *c. præſen-* 13
*tium & ibi gloſſ 1 hoc tit. Anch.in cap.præſentium eod.in 6.* niſi lex aut canon mandaret obiectus exprimi, cum adiectione verborum multiplicantium, omnia & ſingula, ob quæ requiritur ſpecificatio indiuidua cum omnibus ſuis qualitatibus & circumſtantijs: *gl. not.in c.vt circa ſuper verbo omnia & ſingula de elect.in 6.& ibi Franc.& DD.* alias ſpecificatio fit poſt exceptiones propoſitas ante receptionem teſtium, in articulis ſuper eis formandis tempore probationis, *Franc.in d.cap. præſentium §.teſtes hoc tit.in 6.n.7.& ſeq.Anch. num.3.Ioan.Andr.num.17. & Can.communiter facit deciſ.Rotæ 1 de ſent excom in nou.* Poſt † 14
publicatas atteſtationes non eſt licitũ alicui opponere in perſonas teſtium; niſi iuramento affirmauerit, quod hoc ex malitia non pro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

procedit; aut forſan ante publicationem id
fuerit proteſtatus, vel oſtendere poterit,
quod poſt publicationē didicerit, quod ob-
ijcit in perſonas, *d.c.præſentium & ibi Fel.n.1.*
*ponit aliquot fall.* Nullo modo creditur teſti-
15 bus in fauorem † eius, qui contra eorum
perſonas proteſtatus eſt, quia à proteſtante
videntur aſſeri dicta teſtium ratione inhabi-
litatis perſonæ non vera, tum ne teſtes ipſi
forte timore impugnationis mentiantur, *d.*
*c.præſentium in fine & ibi gloſſ fin. Felin.num.14.*
*qui ponit tres fall. Pan.num.12. & Can. commu-*
*niter.* licet ſecus ſit, quando contra teſtes non
opponit crimen, ſed tantum quod erant
per partem informari, *Bald.in l.fin.ſub nu 14.*
*ff.de ferijs Mynſing.obſ.75.cent.3.* & per huiuſ-
modi impugnationem teſtes à iudice non
fuerunt reiecti, ita quod impugnatio non
habuerit effectum, *Achil.deciſ.2.de teſtib. Fel.*
*in c.capitulum ſub nu.10.verſ.6.limita & ſeq. &*
*n.13.de reſcript.* poteſt autem iudex ex officio
ſe fundare in depoſitionibus teſtium impu-
gnatorum tam ſuper connexis, quam diuiſis
capitulis, *pulchre Franc. Aretin.in d.c.præſentium*
*nu.24.verſ.propterea Innoc.Rot.deciſ.79. num.3.*
*part.1.diuerſ.* ſicut iudex ex officio ſe fundat
in inſtrumento per partem impugnato. *l.poſt*
*legatum & ibi Bart.numer.8.ff.de his quib.vt in-*
16 *dignis, &c.* Multa requiruntur † vt legitima
ſit teſtificatio primo, teſtes non debent reci-
pi ante litis conteſtationem niſi in caſibus
exceptis, *ſup.tit.vt lit.non conteſt. &c.* Secun-
17 do, vt † ſe non ingerant & ſponte teſtimo-
nium dicant, *l qua omnia §.1.& ibi glo.in verb.*
*ſuſpectus Bart.num.2.& DD.communiter de pro-*
*curat.l.poſt legatum § his vero & ibi Bart. diſtin-*
*guit ff.de his quib.vt indign.&c. Mynſ obſ. 3. cent.*
*4.* citatio neceſſaria non eſt, quando fuerūt
producti ex oblatione aduerſarii de ſtando
ſuis dictis, ſed tenentur iurare, *Caſ.deciſ 13.*
*numer,5 hoc titul. Iaſ.in l.apertiſſimi nu.24. C.de*
*iud.* aut quando teſtes non citati iurarunt in
præſentia ambarum partium, *Rot.deciſ.22.*
*hoc tit.in nou.arg.not.per Archid.in c.propoſuiſti*
*numer.482.diſt.* Tertio, vt † iurent, *c.nuper c.* 18
*tuis hoc tit.Gail.obſ.101.libro 1.Mynſ.obſ.3.cent.*
*2. & obſ.80.cent.3.& obſ.77.cent.4.* etiam illi
qui iterato examinantur, *gloſſ. in l.fin. in verbo*
*iterum & ibi Bald.n.10.& 11.limitat. & Doct.*
*communiter C.de teſtib.* tactis ſacroſanctis e-
uangeliis, *aut iuriſiurandi C.hoc tit c.hortamur*
*3.q.9.* Epiſcopi & ſacerdotes iurant propo-
ſitis, non tamen tactis euangelijs, *cap. fin.de*
*iurament.calumn.auth.ſed iudex C.de Epiſcop.&*
*Cleric.* cæteri clerici, ac etiam religioſi ta-
ctis ſcripturis, *c.nuper hoc tit.Pan.in c.1.n.21.de*
*iuram.Cal.Franciſc.Marc.deciſ.568 numer. 3.*
*part.2.* quod iuramentum teſtes præſtare
poſſunt per procuratorem: *Roman. ſing.8.*
*atteſtans ſic deciſum à Rota & reſpondet c.licet §.*
*teſtes in verbo proprio iuramento hoc tit.* forma
iuramenti traditur in gloſſ. fin. in c.fraterni-
tatis hoc tit. iuramentum teſtis non proba-
tur per verba enunciatiua notarij (teſtis iu-
ratus) quia, vti dictum eſt, teſtis debet iu-
rare tactis ſacroſanctis euangelijs, *c.vt circa*
*§.1.coram perſonis & ibi glo.in verbo corporali &*
*in verbo præſtito Archid. & Can. de elect. in 6.*
*Lanf.de Orians in repet. c. quoniam contra num.*
*254.& ſeqq.de prob.Bald.in repet.l.2.nu. 74.de*
*iureiur.c.hortamur 3.quæſt.9.Caputaq.deciſ.123.*
*part.2.Gregor.xv.deciſ.39.n.3.& ibi annot.ponit.*
*5 limit.* Quarto, quod † vtraq́, pars ſit præ- 19
ſens, vel altera ſpecialiter, & in indiuiduo
citata ad videndum iurare teſtes, contuma-
citer abſens in productione & iuramento
teſtium, *c.2.hoc tit.l ſi quando C.eod. Rot.deciſ.*
*15.hoc tit.in nou.Caputaq.deciſ. 274. num.3.*
*part.3.Greg.xv. deciſ.268.num.2.& ſeqq.& de-*
*ciſ.58.in princ.* etiam quando, ſciente parte,
eſt datus terminus alteri parti ad producen-
dum teſtes, *Felin.in c.2.nu.28.& ſeqq. hoc tit.*

Pro-

Producti & iurati, parte non citata, non probant contra, aut pro non citato, quia eorum receptio eſt ipſo iure nulla: *d.c. in nomine & ibi late Felin. Vital. in Clem. 3. n. 41. & ſeqq. & Achil. deciſ. 1. hoc tit. Gail. obſ. 102. lib. 1. in princ. & ibi limitat 2. mod.* citatio ad videndum iurare teſtes deſeruit pro toto termino, etiam prorogato; ſed ſecus eſt, quando terminus expirauit, & poſtea nouus conceditur, *Gregor. xv. deciſ. 429 ſub num. 5. & deciſ. 43. num.*
20 *2. & 3.* Quinto, quod † ſigillatim ſecrete, *c. venerabili glo. in c. 2 in verbo audire hoc tit. l. nullum C. eod. c. inquiſitionis §. 1. de accuſ. gl. in c. inprimis in verbo ſiceo præſente 2. quæſt. 1.* & viua voce deponant, non in ſcripto, *c. teſtes & ibi gloſſ. in verb. quæ nouerint 3. quæſt. 9. c. à nobis qui mat. accuſ. & c. l. 3. §. idemq; & §. idem diuus ff. hoc tit. c. tua nos verſ. ſi vero publicum de cohab. Cleric.*
21 *& mulier.* Sexto, quod teſtificentur † de auditu & viſu proprio, non alieno: *l. teſtium C. hoc tit. & ibi glo. in verbo præſto & DD. communiter d. c. teſtes §. de his & ibi gloſſ. 3. quæſt. 9. cap. 2. de conſuetud.* officium teſtis eſt proprie dicere veritatem, de his quæ percipit quinq; ſenſibus corporis, ita vt neceſſario concludat, *d. c. teſtes 3 quæſt. 9. & ibi gloſſ. in verbo quæ nouerunt &c. & ibi Can. Iaſ. in l. non hoc nu. 14. & 15. C. vnde legit. qui ponit. 10 fall. Innoc. in cap. cum cauſam numer. 3. hoc tit.* & deponere de his quæ ſunt facti, non iuris. *l. qui teſtamento 2. §. fin. ff. de teſtam. l. 1. in princ. ff. de his quæ in teſta. del.* alias enim eſſet magis iudicare quam te-
22 ſtificari: Non interrogatus † cauſam ſui dicti reddere non tenetur, *l. ſolam & ibi gloſſ. C. hoc tit. d. c. cum cauſam & ibi glo. in verbo de cauſis & Felin. nu. 2. qui ponit limit.* quia non debet eſſe verboſus, niſi deponeret ſuper his, quæ cadunt ſub iudicio, intellectus: exemplum, teſtis dicit, quod Titius eſt dominus talis fundi, niſi reddat rationem, nihil probat, debet ergo dicere quia vidi quod ipſe emit, vel vidi eum poſſidere à tempore dictæ emptionis per decem annos, &c. *Innoc. in d. c. cum cauſam ſub n. 3. Fel. ſub. n. 3. verſ. fallit ſecundo & ibi Can. Bart. in d. l. ſolam & ibi DD. Bald. in l. cum hi §. nihil autem ſub n. 1. & 2. ff. de tranſact. Put. dec. 275. lib. 1. Bald. conſ. 286. num. 3. lib. 2.* Aut teſtificetur negatiuam, quia oportet quod aſſignet cauſam non interrogatus, exemplum, teſtis deponit quod Titius non vulnerauit Seium, non ſufficit hoc ſimpliciter dicere, ſed debet reddere rationem hoc modo, quia interfui, eo loco & tẽpore, quod dicitur percuſſiſſe, & non vidi eum percutere, nec potuiſſet percutere quin vidiſſem, *gl. in l. 1. in verb. an non in fin. ff. de itin. actuq; priuat. Bald. in d. l. cum hi §. nihil autem ſub nu. 2.* Interrogatus de cauſa nullam rationem aſſignans ſui dicti, aut inutilem, nedum ſimplicem probationem facit, ſed etiam nullam præſumptionem inducit: *c. cum cauſam & ibi gl. in verb. de cauſis & Pan. num. 6. & Can. hoc tit.* Quando teſtis deponit de ſua præſentia, videtur deponere de ſcientia & ſenſu, qui in tali actu requiritur, licet non ſpecificet de ipſis; *l. teſtium C. de teſtib. l. idem proferre §. coram ff. de arbit.* ſecus ſi deponat de præſentia tertij, *l. 1. §. tutor. ſi inuitus & ibi Bart. in princ. ff. de auct. tut. l. coram ff. de verb. ſignif. d. l. diem proferre §. coram Salic. in l. teſtium ſub n. 6. & 7. C. hoc tit. & ibi DD.* Septimo quod con-
traria † non proferant, *c. licet cauſam de pro-* 23
*bat. l. qui falſo ff. hoc tit. Mynſ. obſ. 86. cent. 2.* Dictum enim teſtis non reducitur ad concordiam de ſeipſo ad ſeipſum, *c. in noſtra & ibi gl. 1. in princ. hoc tit. c. cum tu eod. & ibi Can.* nec cum dicto partis producentis, *Bart. in d. l. 2. §. creditum num. 8. ff. ſi cert. pet. Felin. in c. cum ta num. 1. 2. & 3. & 9. hoc tit. Bart. in l. eos numer. 7 ff. de falſ. Anch. in c. cum expediat in princ. de elect.* & ſi ex interuallo in diuerſis Iudiciis deponat contrarium, ſtatur primo dicto, non

 vltimo,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

vltimo, *c.preterea in fine de teſt.cog.* Rot.*deciſ.*19.
*hoc tit.in nou.*Clar.*pract.crimin.quæſt.* 53 *Mynſ.*
*d.obſ.*86.*cent*.2 *plures cumulans*, aut vacillent,
quia dictum teſtis dubium, contra eum qui
produxit, eſt interpretandum, *c.in præſentia*
*& ibi gl.mag.& Can hoc tit.* niſi recipiat de-
clarationem ab articulis, §.*preterea inutilis in*
*fine Inſt.de inutil.ſtipul.*Rot.*deciſ.* 311. *num.* 6.
*part.*2.*diuerſ.* Ex inſtrumentis productis *Creſ.*
*deciſ.*2.*de iud.c.cum Ioan.*§. *adhæc autem & ibi*
Pan. *numer.*6. *& Can. de fid. Inſtrum.* dictis
ſuis præmiſſis, *Fel.in c.cum tu num.* 3. *vbi ad-*
*ducit plura exempla hoc tit.* Bart.*in l. labeo num.*
8.*ff de ſuppl leg.* Rot.*diuerſ.deciſ.*241.*num.* 9.*&*
10 *part.*2. Confeſſione partis aduerſæ, *Pan.*
*in c.cum Ioannes nu.ſeptimo, de fid.Inſtrum.*

24 Octauo quod nihil † taceant de contin-
gentibus ſuper quibus interrogantur, vt ex-
primant quod facit pro aliquo, & quæ con-
tra eum eſſent, taceant, *c.cum dilecti de accuſ.*
Bal.*in l.*2 *num.*4.*& ibi Dec.numer.* 43. *& DD.*
*communiter* C.*de edendo*, Nono quod expri-
25 mant † perſonas à quibus & contra quos
inducuntur quæ debent eſſe notæ teſtibus,
*c.cum cauſam & ibi gl.in ver.de cauſis verſ.prete-*
*rea teſtes* Butr.*nu.*21.Pan.*num.*16. *latius diſtin-*
*guit & Can communiter hoc tit.l.*3.§.1.*& ibi glo.*
*in verb.quanta fides* Bart.*num.*3.*Bald.& DD.ff.*
*de teſtib.* locum, tempus, & modum rei. Vn-
de verſus, Auditus, viſus, perſona, ſcientia,
cauſa, Fama, locus, tempus, ac certum, cre-
dulitasque, Dum teſtes recipit, iudex hæc
cuncta notabit: *c.cum cauſam & ibi gl.in verb.*
*tempore* Pan.*n.*10.*& Can.hoc tit.* Super quibus
26 † in cauſa ciuili ac criminali poſſunt dari in-
terrogatoria teſtibus, ab eo, contra quem
producuntur, quæ iudex non debet oſten-
dere parti aduerſæ, *c.in primis* §.*quia igitur &*
*ibi gloſſ.in verb.ſi eo præſente* 2.*quæſt.*1. Rom.*ſing.*
266.*& ibi addit.Gail.obſeru.*95.*lib.*1. Quædam
interrogationes ſunt ſubſtantiales, de eo
quod eſt ſubſtantialiter probandum, ſiue
per modum dicti, ſiue cauſæ ſcientiæ, Quæ-
dam cohærentiales, quæ conſiſtunt in tri-
bus, in loco, & tempore, & conteſtib. Quæ-
dam ad cautelam, quæ tantum fiunt ſuſpe-
ctis teſtibus, puta de veſtibus, aëre, & quod
teſtis erat ibi, & ſimilibus inſidiationibus; *l.*
*teſtium & ibi gl.in verb.præſto* Bald.*num.* 16.*&*
*ſeqq.hoc tit.d.c.cum cauſam & ibi gl.in verb.tem-*
*pore c.iudicantem* 30.*qu.*5.*c.graue* 35.*quæſt.*9.*c.*
*accedit & ibi gloſ.fin.*23.*q.*8. ſi pars produxit in-
terrogatoria, & iudex omittit interrogare
teſtes ſuper illa, per hoc non inualidatur ex-
amen, ſed remanet facultas parti, vt poſtu-
let repeti teſtes ad interrogatoria etiam poſt
publicationem examinis, *Innoc. in c. per tuas*
*& c.cum cauſam & ibi Fel.de teſtib.Mynſing. obſ.*
32.*cent.*1.*Greg.xv.deciſ.*331.*num.*17.*& ibi annot.*
& ſecundo loco repetiti, poterunt ſe referre
ad primum examen, vel petere ſibi exhiberi
teſtificationes priores, *Bart.in l.eos num.*6.*&*
7.*ff ad l.Corn.de falſ.& ibi DD.Alex.in l.legata*
*inutiliter num.*7.*& ibi DD.ff.de leg.*1. *Greg.xv.*
*deciſ.*331.*num.*15. *& ibi annot. Bal. in l. fin.*
*num.*12.C *hoc tit.Mynſ.obſ.*64. *cent.*3. Stylus
adhibendi interpretem ſolum viget in Cu-
ria Romana, & ſine eo examen factum eſt
validum, *Scacc.de iud.lib.*2,*cap.*8.*n.*925. *Greg.*
*xv.deciſ.*331.*& ibi annot.num.*23. ac in Came-
ra Imperiali quando Commiſſarius datus ad
examinandum teſtes alicuius teſtis idioma
neſciat, *Mynſ.obſ.*45.*cent.*5. Nullitates exami-
nis teſtium ſanantur per commiſſionem ar-
bitrio Rotæ, quando teſtes fuerunt exami-
nati iuxta data interrogatoria, *Put. dec.*300.
*lib.*3.*Caputaq.deciſ.*149 *part.*1.*Creſc. deciſ.* 1.
*nic.de ferijs & deciſ.*4.*de teſt.Greg.xv. deciſ.* 331.
*nu.*15.*& ibi annot.ampliat* 2.*mod.* item quan-
do teſtes non fuerunt examinati iuxta inter-
rogatoria & principale fundamentum cau-
ſæ, non eſt in depoſitionibus horum teſtiũ,
ſed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed in ſcripturis, aut teſtium depoſitiones
recipiunt aliunde robur, *Gabr. conſ.118. n.
77.& ſeqq.vol.2.Greg.xv.deciſ. 366. num. 3.*
27 *& ſeq.* Decimo quod † ſolum teſtificentur
ſuper iuratis.& non ſuper aliis: *l. ſi quis liber-
tatem §.fin.ff de petit.hæred.l.ſi duo §.item in fi-
ne ff.de iureiur.l.fin.& ibi glo.fin.C.qui legit.perſ.
ſtandi,&c.* Inducti ſuper dilatoria non poſ-
ſunt principali teſtimonium perhibere,nec
ad id cogi poſſunt, quando exceptio dila-
toria propoſita eſt ante litem conteſtatam,
inducti ſuper exceptione peremptoria, ad-
uerſa parte petente ſuper toto negocio iu-
rare, & veritatem perhibere compellun-
tur, *cap.de teſtib.iuncta gloſſ hoc tit.* Vndecimo
28 vrbat † atteſtationum publicatio per pro-
nunciationem iudicis, *l.geſta & ibi Bart.num.
3.C.de re iud.Gail.obſ.105 lib.1.* Sed ſententia
definitiua ob intermiſſam publicationem
atteſtationum non eſt ipſo iure nulla cum
ea ſit de Iuſtitia & non de ſubſtantia ordi-
nis iudiciarij, *c.cum I.& A.de re iud.& ibi Can.
Pan.in l.prolatam num.5.C.de ſentent.& inter-
locut.&c.Mynſ.obſ.52.cent.4.* Teſtes debent
29 concordare † in his,quæ ſequenti verſiculo
continentur: *Res perſona gradus,locus hæc ſunt
conſona, tempus:* alias non ſunt conteſtes,ſed
ſingulares, *c.bonæ el.1.c. cum dilectus de elect.c.
cum dilectus in fine de accuſ.c.licet cauſam de prob.*
& ibi non eſt numerus teſtium,ſed ſuper eo
quod deponunt, quilibet eſt vnus ſolus, &
tantum probant mille, quantum vnus, *c.tam
litteris & ibi gloſſ in verb.ſoli,hoc tit c. nihilomi-
nus 3.quæſt.9.& ibi glo.fin.c.de parentela 2. 35.
quæſt. 6.Bald.in l.iuriſiurandi num.9.C. hoc tit.*
30 Singularitas † eſt triplex, obſtatiua,quando
ponitur de vno actu tantum , in quo teſtes
variant circa locum, vt in teſtibus Suſannæ,
aut tempus, vel alias qualitates, quæ indu-
cunt alterationem ſubiecti, & nihil probãt,
*l.ob carmen §.fin,& ibi gl.& DD.ff.hoc tit.Bald.
in d.l.quibus num.119.& ſeqq. ponit exempla in
ſingulis prædicamentis Ariſtotelis ff. de legib.&c.*
Diuerſificatiua,† quæ conſideratur in a- 31
ctu reiterabili,& in ea neceſſario inducitur
diuerſitas factorum,vt actor proponit mu-
tuum decem ſcutorum,vnus teſtis deponit,
quod vidit numerari decem in platea Ba-
rionis,alter in vico Mineruæ vel vnus dicit
quod vidit numerari decem de menſe Maij,
alter de menſe Auguſti:iſti teſtes ſunt ſingu-
lares in loco & tempore,non tamen contra-
rii: quia agitur de mutuo reiterabili & mi-
nus probant mille quam vnus,& ſe elidunt:
quia quod mutuum ex illis, de quibus teſtes
deponunt,ſit in iudicium deductum, iudex
ignorat. *c.teſtes verſ.fin. c.nihilominus & ibi
gloſſ.fin.3.q.9.Salic.in l.teſtium in 8.quæſt. C.hoc
titul.& alii ſupra allegatis Fel. in c.cum tu ſub
nu.xj.de teſt.& Cau.Greg.xv.deciſ 390. num.3.
& 4.Specul.de teſte §.6. iam de interrogatorijs
num,16.* Cumulatiua † ſiue adminiculati- 32
ua eſt, quando ex ſingularibus teſtibus
nulla reſultat diuerſitas factorum, ſed om-
nes tendunt ad eundem rei finem , licet per
diuerſa media, vt quando agitur ad proban-
dam poſſeſſionem, & vnus teſtis dicit, quod
vidit arari alter quod vidit ſeminari , alius
quod vidit meſſes colligi, alius arbores pu-
tari; iſti teſtes licet ſint ſingulares in actibus
poſſeſſionum,tamen poſſeſſionem probãt:
*Bald.in rub.de controu.inueſt.num.2 & in d. l.de
quibus numer.123.ff.de legib.Salic.in l.teſtium in
9.quæſt.C.hoc tit. Crauet.pulchre conſ.267.num.
3.Mynſ. obſ. 20.cent.2.* vel quando agitur
de probando aliquid in genere: *Bald.in l. a-
ctor C.de probat nu.17.& in l.vnic. C.qui num.
tut.Dec.conſ 650.num xj.Corn conſ.91.num 13.
vol.1.Mynſ.obſ.76.cent 3.* in dubio teſtes præ-
ſumuntur conteſtes, & ſingularitas non
præſumitur niſi probetur, *Rot.deciſ.196.n 1.
& deciſ.191.num.4 part.1. diuerſ. Iaſ.in l. 2.*
*ſub*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſub numer.14.verſ.ex hac deciſ.& num.205.ſeqq.*
*C.de bonor.poſſeſ.ſecund.tab.plures citans pul.hre*
*Grauett.conſ.78.num.9.Greg. xv. deciſ. 390.*
33 *numer.9.& ſeq.* Teſtes duo † ſufficiunt, vbi
numerus teſtium definitus non eſt, *l. vbi nu-*
*merus ff.hoc tit.* Limita 1. quia ſtatur vnico te-
ſti in quacunque materia, quando cum di-
cto vnius teſtis concurrunt coniecturæ, &
præſumptiones, ex circumſtantiis facti, *Io.*
*Andr.in c.fin.numer.4.de ſucceſſ.ab inteſt.dictum*
*eſt ſupra tit. de probat.* ſecundo quando ex ne-
gotij ſeu criminis natura non poteſt haberi
legitima probatio, admittitur probatio
minus legitima, & alias inſufficiens, *c.præ-*
*terea hoc tit.c.cum dilectus & ibi gloß.in verb.& ſi*
*tres de elect.& Can.c.fin.& ibi Pan.in 2.not. de*
*teſtib.cog.Mynſ.obſ.16.cent.3.* Fallit tertio quã-
do vtraque pars in vnum teſtem conſentit,
*Pan.in c.licet in fin.hoc tit.Mynſ.obſ.26. cent.5.*
Diximus ſupra titulo de dilationibus, tam
in cauſis ciuilibus, quam eccleſiaſticis vnam
dare dilationem probatoriam, & ſecundam
ex cauſa impedimenti in prima: *l.oratione l.*
*fin.ff.de ferijs cap.2.de dilat.& ibi gl.fin. & Can.*
*pulchre Gail.obſ.91.num.4.& num.5. & ſeqq.*
*libr.1.Mynſ.obſ.71.cent.1.* nunquam concedi-
tur primæ dilationis prorogatio, quia ſuper-
eſt ſecunda, tertia, imo quarta, quando de
iuſto impedimento conſtat; quia dilationes
ſunt amputandæ, *l.2.in princ.C.de temp.appell.*
*gloſſ.1.in l.fin.ff.de ferijs Gail.obſ.91. num.2.&*
34 *num.16.limitat lib.1.* Productiones † teſtium
cum effectu, & ſecuto examine, nedum in-
tra vnam dilationem, ſed etiam in tota cau-
ſa, non poſſunt fieri vltra tres; quia ex ite-
rata toties productione, & ſubſecuta teſti-
um examinatione, eſt præſumptio, quod
producens fuerit percunctatus dicta teſtiũ,
& quia forte illi non probabant, eſt indu-
ctus ad aliorum productionem, illos prius
35 ſubornando: ideo quarta † productio per
iudicem admittenda non eſt, niſi ex cauſa,
quia primitus illos teſtes producere non po-
tuit, *c.vltra in fine & Innoc.in c.in cauſis hoc tit.*
*Bart.in auth.at qui ſemel num.10 C. de probat.*
& niſi Sacramento non calumniæ ſed veri-
tatis, *d.c.vltra & ibi gloſſ.2.hoc tit.* prius à pro-
ducente præſtito, dictæ præſumptionis pur-
gatiuo, quod neq; ſubtraxerit, neque per-
cunctatus eſt ipſe teſtificationes, vel aliquis
aduocatorum eius, nec alius pro eo agens,
nec per dolum, nec per machinationem, vel
artem, quartam productionem teſtium pe-
tat fieri: *d.c.vltra & ibi gl.& DD.d.c. in cauſis*
*& ibi Pan.nu.1.Fel.num.2.hoc tit.d.auth. at qui*
*ſemel & ibi Bart.num.8.C.de prob.Gail.obſ. 91.*
*nu.2.in fine & num.3.& ſeqq.vbi limitat.4.mo-*
*dis & per tot.lib.1.* & ſi iſtis concurrentibus
denegetur quarta teſtium productio, ceſ-
ſante effrænata multitudine, appellatio pro-
pter hoc emiſſa tenet: *c.ſignificauerunt hoc tit.*
Prorogatio quartæ dilationis cum eadem
ſolemnitate iuris conceditur, *Caſtr.in l.ora-*
*tione n.3.ff.de fer.Alex.in l.fin.num. 23.ff.de ferijs*
*Gail.obſ.91.num.16.& ſeqq.libr.1.Mynſ.obſ.72.*
*& ſeq.ponit vnam limit.* ac requiritur ſpeciale
mandatum non ſolum ad petendam quar-
tam dilationem, ſeu eius prorogationem,
ſed etiam ad iurandum; *Gail.d.obſ.91. Mynſ.*
*obſ.70.cent.1.* ſi teſtes ſunt producti, & non
examinati, ceſſat ratio dictorum iurium:
etenim non eſt timor, ne quis didicerit te-
ſtificata, quando depoſitiones non ſunt re-
ceptæ: ſi intra vnam dilationem, producit
quis primo aliquos teſtes, qui ſunt examina-
ti, 2.& 3. alios ſecuta examinatione, non ad-
mittitur quarta productio, propter timorẽ
ſubornationis: idem obtinet ſi hoc fecerit
inter plures dilationes, quia ſecunda dilatio
fuit data ex cauſa, 3. Similiter ex cauſa, non
enim attenditur pluralitas dilationum, vt
vult gloſſ. in c. in cauſis hoc tit, Sed plurali-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas productionum examinatione ſecuta; tunc enim ſubeſt timor ſubornationis, *Pulchre Pan. in d. c. in cauſis num.* 1. Atteſtationes receptæ in 4. productione data ſine dicta ſolemnitate, ſi non fuit contradictum, & appellatum valent; videtur enim ab illo termino excluſiue receſſum, ſicut etiam valet teſtium receptio poſt concluſionem in cauſa, ſi non fuerit contradictum, *Pan. in d. c. in cauſis n. 3. in fin. Felin. nu. 4. & 5. & Can. communiter Rot. deciſ. 1. & 2. hoc titul. in nou.* Iidem
36 vero teſtes ſæpius † induci poſſunt in eadem cauſa ante aperturam atteſtationum ac etiam ſuper antiquis capitulis, quando prima receptio & examinatio ex aliquo defectu eſt nulla & pars aduerſa eorum depoſitiones ratas habere noluerit, *c. conſtitutis 2. c. cum cauſam & ibi glo. fin. & Can. hoc tit.* ſed quando teſtes coram Iudice ordinario examinati fuerunt ſolemniter, iterato produci non poſſunt in eadem cauſa ſuper eiſdem antiquis capitulis inter eaſdem perſonas etiam antè aperturam, *l. produci & ibi poſt glo. Bart. ff. hoc tit. l. fin. ibi & non opponi eis quod iam teſtimonium ſuum dederint gl. & DD. C. hoc tit. c. conſtitutis el. 2. & ibi poſt gl. fin.* Panor. *num. 2. &* Can. *hoc tit. Gregor xv. deciſ. 497. num. 5.* quia fidem faciunt in alio iudicio inter eaſdem perſonas abſque eo quod reexaminentur, *Iaſ. in l. properandum §. fin. n. 9. C. de iud. & ibi Alex. & DD. communiter reprobata glo. ibidem in verbo vigorem affirmante quod in teſtibus examinatis ab ordinario iudice diſtinctio l. fin. C. hoc tit. & c. præſentata hoc tit. locum obtineat.* & ſi non fuerint publicati poteſt peti à Iudice alterius inſtantiæ circa eandem cauſam vt illa dicta publicet, *Bart. in l. 2. num. 5. ff. iudicatum ſolui & ibi* DD. In alia vero inſtantia diuerſa vel ratione cauſæ, rei aut perſonæ aut quæ tendat ad diuerſum finem ita quod nõ obſtet exceptio rei iudicatæ ſuper eiſdem antiquis Capitulis poſſunt examinari etiam poſt aperturam, *Bart. in auth. at qui ſemel num. 130. & ſeqq.* C. *de probat. per l. quæritur & ll. ſeqq. ff. de except. rei iud. Bart. in l. 2. §. 1. n. 6 ff. vi bo. rapt. c. veniens & ibi gl. in verb. vtraque pars hoc tit. c. cum in tua eod. tit. & ibi gloſſ. in verb. ob aliud &* Can. In cauſa appellationis ſeruandum eſt, *c. fraternitatis hoc tit. de quo infra dicam in fine* §. Eadem ratione teſtes ſuper principali † negotio productos reprobare licet, & 7
reprobatorios iterum reprobare, vlteriori reprobationi non eſt locus; *c. licet dilectus hoc tit. c. præſentium eod. in 6.* [illegible] eſt quælibet partium habet vnam probatoriam in principali, & duas reprobatorias; vt ſi vtraque pars produxit teſtes, ſuper principali, poterit vtraque pars, ſi vult, reprobare teſtes contra ſe inductos, & hæc eſt ſecunda productio teſtiũ, item poteſt vtraque pars reprobare teſtes, illos ſecundo loco inductos, quæ erat tertia productio ad reprobationẽ teſtium ſecundo loco inductorum; ad 4. reprobationem aſpirare non licet propter infinitatem euitandam, & quia odia ſunt reſtringenda; *gl. in d. c. licet dilectus & ibi Pan & Can.* vterque enim tam actor, quam reus duas tantum debent habere reprobationes, quando vterque produxit teſtes ſuper principali negotio, tam circa perſonas teſtium, quam dicta eorum, *Pan. in d. c. licet dilectus n. 7. &* Can. *communiter Franc. in d. c. præſentium § fin. in fine & ibi Gemin. nu. 6.* Ad reprobandas perſonas teſtium iudex poteſt præfigere terminum ante aperturam teſtium, & poſt aperturam ſiue publicationem teſtium: *c. præſentium hoc tit. d. c. præſentium §. fin. & ibi Gemin. numer. 5 Franc. num. 4. hoc tit. in 6.* ad reprobandum dicta teſtium non poteſt ſtatuere terminum poſt publicationem atteſtationum, Clem. *2. & c. fraternitatis hoc tit.* niſi quando pars aduerſa non potuit

ante publicationem atteſtationum inſtrui
ſuper directa vel indirecta probatione con-
traria, quia articuli aduerſarii erant imper-
fecte ſpecificati: *c. ſeries & ibi Pan. in 9. lect. c.
ex tenore & ibi Fel. num. 4. c. cum in tua & ibi gl.
fin. hoc tit.* Quod ſi pars quæ non potuit in-
ſtrui obtinuit facultatem producendi teſtes,
poteſt alia pars producere reprobatorios i-
ſtorum reprobatoriorum, *d. c. ex tenore & ibi
gl. mar. ad gl. fin. & Fel. ſub n. 4. verſ. nota gloſſam
ſing. approbatam Bald. in c. licet 2. in fin. hoc tit.* Si
ſolus actor produxit teſtes in principali, e-
tiam ſeruatur æqualitas reſpectu facultatis
reprobandi, quia quælibet pars habet vnam
tantum reprobatoriam: idem obtinet in
reo, quando ipſe ſolus produxit teſtes ſuper
ſua exceptione, actor enim habebit ſolum
vnam productionem reprobatoriorum, &
reus habebit duas productiones nempe
probatoriorum, & reprobatoriorum, *gl. fin.
in d. c. licet dilectus & ibi Pan. num. 1. Fel. ponens
duas fallentias & Can communiter d. cap. præſen-
tium hoc tit. in 6. & ibi Can.* Teſtes producen-
38 di † ſunt coram iudice, & ab eo recipiendi,
& compelli poſſunt, vt accedant iudicem
ad deponendum *c. hortamur 3. quæſt. 9. l. 3. §. 1.
ff. hoc tit. c. ſi qui teſtium & ibi Pan. num. 1. eod. d.
c. præſentium §. ſi vero & ibi Franc. Gemin. &
Can. eod. in 6.* etiam in cauſa ciuili, *l. curent &
ibi gl. ff. hoc tit. Fel. in c. cum cauſam num. 26. vbi
ponit 3. fall. hoc tit.* expenſis producentis, *Ioan.
And. in c. 2. ſub nu. 2. in verb. præ ſ eteru de teſt. cog.
cap. ſi teſtes circa finem § item liberi teſtes verſ. ven-
turu 49. quæſt. 3. c. ſtatutum § proferendo §. inſu-
per & vtrobique gloſſ. Anch. & Can. de reſcript. in
6. l. quoniam liberi C. de teſt. l. eos. § ſi quid autem
in fine C. de appel. late Gail. obſ. 99. lib. 1.* Ab
hac communi regula excipiuntur quatuor
qualitates perſonarum, quæ ſunt in loco
iudicis, & excuſantur, ne veniant ad
præſentiam iudicis, videlicet valetudinarij,
ſenes, debiles, pauperes non ſimpliciter, ſed
ſi tales ſint, quod ad præſentiam iudicis
commode accedere non poſſint, *d. c. ſi qui
teſtium & ibi Pan. n. 1. & Can. comm.* & perſonæ
egregiæ, *l. ad perſonas ff. de iureiur. & ibi gl. &
DD.* ad quorum receptionem in cauſa ciui-
li, non criminali, *gloſſ. fin. in c. 1 de teſt. cog. & i-
bi Can* Iudex prius examinatis capitulis, &
interrogatoriis, mittit perſonam idoneam
& diſcretam, quæ nullam habet iuriſdictio-
nem, ſed nudum miniſterium, *c. 2. de iud. in
6 clem. vnic. & ibi gloſſ. 1. de offic. deleg. c. 1. de
teſt. cog. Rot. diuerſ. deciſ. 630. num. 1. & 2. part.
1. Mohed. deciſ. 4. num. 1 2. & 4. hoc tit.* Sumpti-
bus producentis, aduerſario citato, vt va-
dat ad domum illorum, ad videndum illos
iurare: *c. 2. de iud. in 6. d. c. ſi qui teſtium & ibi
Pan num. 2. Bart. in d. l. ad perſonas num. 2* Præ-
terea excipiuntur mulieres, quas vagari non
conuenit, nec virorum cætibus ſe immiſce-
re, *c. mulieres de iud. in 6.* Clericus coram † iu- 39
dice ſæculari in teſtem productus non iurat
coram eo ſed coram Epiſcopo, & coram E-
piſcopo, vel alio, cui Epiſcopus commiſit,
debet deponere, *cap. quanquam 14. quæſt. 2.
Franc. Marc. deciſ. 568. part. 2.* Differentia eſt
inter receptionem, & examinationem te-
ſtium, & terminus ſuper vno non includit
reliquum; *d. c. præſentium §. ſi vero & ibi Franc.
n. 2. Gem. & Can. hoc tit. in 6.* ideo termino aſ-
ſignato ad probandum ſufficit quod teſtes
recipiantur ad iuramentum, & poſt termi-
num poterunt examinari etiam die feriata
ob neceſſitatem hominum, *Bart. in l. 1. §. nun-
ciatio n. 20 ff. de nou. oper. nunciat.* Secus ſi ter-
minus eſſet aſſignatus ad probandum, &
probatum habendum, quia tūc examinatio
poſt terminum fieri non poteſt, licet in ter-
mino teſtes eſſent recepti, *c. pia §. ſi quis el. 2.
& ibi Gemin. n. 2. Franc. nu. 7. & Can. communi-
ter de except. Fel. in c. licet cauſam numer. 19. &
ſeqq.*

*ſeqq. & ibi Dec.nu.139 & ſeq. de prob.c.ſcriptum*
*& ibi Pan.in fine num .1.de elect.* Quando te-
40 ſtes ſunt † abſentes in locis remotis fit re-
miſſio, ſiue decernuntur litteræ remiſſoria-
les, in quibus iudex coram quo lis pendet,
committit examinationem abſentium teſti-
um iudici illius territorii, vbi teſtes degunt,
vt atteſtationes clauſas remittat, & mandat
litigatoribus, vt ibi compareant, *c.conſtitutus*
*de fideiuſſ.§.& quoniam ſcimus verſ.multæ auth.*
*de teſt.l.iudices & auth ibi poſita C. de fid. In-*
*ſtrum.l.3.§.1.verſ.idem Diuus Adrianus ff.hoc tit.*
*Gail.obſ.96 lib.1.* in cauſis ciuilibus, ſpiritua-
libus, & matrimonialibus. *Clem. vnic.de offic.*
*deleg.& ibi gloſſ.in verb.ciuili & Can.c.1. & ibi*
*gloſſ fin.& Pan.num.1.de teſt.cog.* in quibus nul-
lo modo euocantur teſtes, niſi hoc habet
conſuetudo, *l.3.§ fin.ff hoc tit.* quibus tunc
impendia per producentem ſunt facien-
da, *l.eos § 1.in fine C.de appell cap.quoniam hoc*
*tit.Gail. obſ.99.lib.1.* non etiam in cauſis cri-
minalibus, in quibus teſtes omnino ſunt e-
uocandi, & apud iudicem repræſentandi,
*Auth.apud eloquentiſſimum C.de fid.inſtrumen.l.*
*3.§.1.verſ.idem Diuus Adrianus Fel.in c.cum cau-*
*ſam num.21.vbi ponit quinque fall hoc tit. Mynſ.*
*obſ.40.cent. 3. dicens quod in cauſa fractæ pacis*
*detur commiſſio,* vt non ſolum ex dictis, ſed et-
iam ex geſtis iudex informet motum animi
ſui, *d.l.3.§.1.verſ.idem Diuus Adrianus.* Quan-
do deputatur Commiſſarius ab inferiore
iudice ad examinandum teſtes, ſi in numero
teſtium aliquis ſit im̃ediate ſubiectus ſum-
mo Pontifici, aut imperatori, qui citatus
comparere nolit; Commiſſarius non poteſt
teſtem ad perhibendum teſtimonium com-
pellere propter defectum iuriſdictionis,
*l.fin. C.de iuriſd. omn. iud.* Quare tali caſu
Commiſſarius, vel ipſa pars producens te-
ſtes, ſummum Pontificem vel Imperatorem
adire debet, & per viam ſupplicationis mã-
datum pœnale contra talem teſtem ad teſti-
ficandum petere & obtinere, *Gail.obſ.98.lib.*
*1.* Iudex cui † committitur remiſſoria, debet 41
eſſe qualificatus iuxta c.ſtatutum de reſcript.
in 6. alias examen teſtium eſt nullum: *d.c.ſta-*
*tutum §.in nullo & ibi gl.in verb. deſignatis Mo-*
*h.d.deciſ.6. ſub num.1 hoc tit.* Sententia la-
ta per probationes receptas à non qualifi-
cato eſt iniuſta, niſi in ſententia fuerit facta
relatio ad probationes receptas per modũ
cauſæ, *Fel.in c.inter cæteras nu.2.& 4. de re iud.*
*& ibi Can.Mohed. d.deciſ. 6.* Poteſt recuſari
in partibus, licet Procurator conſenſerit in
curia in iudicem, quia cauſas ſuſpicionum
concurrentes in iudicem idem Procurator
ignorauit: *c.vt circa verſ. alioquin de elect. in*
*6.cap.inſinuante & Mohed.deciſ.1.de off.deleg.* ad
recuſandum Notarium ſufficit allegatio ſuſ-
picionis, quæ probatur iuramento: *§. &*
*quod & ibi gloſſ.in verb.artificis auth.de triente &*
*ſemiſſe Bald.in c.ſuper quæſtionum ſub num. 2. de*
*offic. deleg. Franc. in c.cum ſpeciali num. 41.*
*& ſeqq.de appell Caputaq.dec. 64.part.3.* iuriſ-
dictionem habet tam reſpectu teſtium, tunc
nominatorum, quam nominandorum, *Mo-*
*hed.deciſ.6.n 1.hoc tit.l.ſi quando & auth.ibi po-*
*ſita C.hoc tit.l.iudices C. de fid.Inſtrum.cap.cum*
*cauſam hoc tit.* citat teſtes, citat eum contra
quem producuntur, ad videndum eos iura-
re, iuxta formam præſcriptam in remiſſoria,
*Greg.xv.deciſ.518.in princ.* audit exceptiones,
recipit iuramenta teſtium in loco aſſignato
in remiſſoria, examen autem, cum ſit meri
facti, in alio loco & extra iudicium expedi-
ri poteſt, *c.ſtatutum § in nullo quoque de reſcript.*
*in 6.Rot.deciſ.15.de off.deleg.in nou.Greg. xv.de-*
*ciſ.518.num.10.& ibi annot.* refrænat multi-
tudinem teſtium, examinat interrogatoria,
datus à principe ſubdelegat, *Clem.vna de of-*
*fic.deleg.& ibi gloſſ.1.Pan.in c.1.n.1.de teſt.cog.&*
*ibi Can.late Gail. obſ.97.lib.1,* recipit con-

feſſiones partium ſuper poſitionibus hinc-
inde exhibitis, *Franc. in c. præſentium §. teſtes
nu. 5. hoc tit. in 6. & ibi Can. Rot. Biſig deciſ. hoc
tit.* Punit teſtem, qui aures eius offendit, *l.
nullum C. hoc tit.* Datus ab auditore Rotæ e-
42 tiam de conſenſu † partium, non poteſt ſub-
delegare: *Rot. deciſ 8. de offi. deleg. in nou. Paul. de
Caſtr. in l. iudices n. 5. de fid. inſtr. Gail. obſ. 97. lib.*
1. aut committere Notario receptionem iu-
ramenti teſtium, quia eſt actus iuriſdictio-
nis & de conſenſu partium, *c. cum Bertholdus
& ibi Pan. n. 27. Fel. ſub num. 17. verſ. multa &
optima & nu. 18. de re iud. Bellam. deciſ. 81. Greg.
xv. deciſ. 368. num. 3. & ſeq. & ibi annot. Rot.
deciſ. 27. de probat. in antiq.* Quod ſi facta
fuerit ab eo receptionis iuramenti teſtium
ſubdelegatio Notario de conſenſu partium,
tunc ſolet à practicis obtineri à Papa com-
miſſio, ſanans iſtum defunctum arbitrio
Rotæ: quia Papa, ſtante conſenſu, totum iu-
ramentum teſtium poteſt remittere; *Creſc.
deciſ. 4. hoc tit. c. tuis hoc tit. Iaſ. in l. 1. num. xj. &
ſeqq. ff. de feriis Fel. in c. cum cauſam num. 19. &
20. hoc tit. Iaſ. in repet. l. admonendi num. 219. &
43 ſeqq. de iureiur.* Plures iudices † remiſſoria-
les intelliguntur dati in ſolidum, & vno im-
pedito, mortuo, aut nolente, alter poteſt ex-
equi, *Rot. deciſ. 573. numer. 1. part. 1. diuerſ. Ca-
putaq. deciſ. 69 part. 3. Bald. in l. 1. num. 13. ff. de of-
fic. conſ. Bart. in l. ſi vnus ex pluribus nume. 5. ff. de
re iud. & vtrobique DD.* & auditores Rotæ
poſſunt eis dare formam quam volunt, *l. iu-
dicium ſoluitur ff. de iud. Bald. in l. 1. ſub num. 13.
verſ. 15. quæritur ff. de off. conſ. c. ſuper quæſtionum
de off. deleg.*

44 In decernenda remiſſoria † requiritur
cauſæ cognitio à iudice ordinario, & dele-
gato à Papa, *Pan. in c. conſtitutus n. 5. & 6. de fi-
deiuſſ. & ibi Zab. & Can.* ſedente pro tribuna-
li, *l. à præcedente C. de dilat.* die iuridico, *Creſc.
deciſ. 1. de feriis l. 1. 2. & l. omnes dies §. & dies ſolis
C. de ferijs.* viſa releuantia, ac facto ſufficienti
fumo, *Caſſad. d. deciſ. 3. n. 3. de dilat. Greg. xv. de-
ciſ. 163. n. 1. & n. 9. & ibi annot. l. 2. & ibi Bart. ff.
de re iud. c. præterea & ibi gloſſ. fin. de dilat. & ibi
Pan. n. 14. & Can.* & dato dubio, *Caputaq. dec.
55. & 57 & 66. part. 3. c. conſtitutus verſ. fin. de fi-
deiuſſ.* quia eſt remedium extraordinarium
commiſſum arbitrio iudicis, *l. iudices cum
auth. ibi poſita C. de fid. Inſtrum. Gemin. in c. præ-
ſentium, n. 26. poſt Archid. de teſtib. in 6.* tum quia
dilationes omnes probatoriæ ſunt arbitra-
riæ, etiam reſpectu termini, & loci infra
quem, & in quo fieri debent; *c. præterea de di-
lat. & ibi gl. fin. verſ. item dantur dilationes & ibi
Can. Bart. in l. 2. nu. 10. de re iud. Caſſad. deciſ. 3.
in fine de dilat.* Quandoque omnino dene-
gatur, quandoque datur ſine retardatione
proceſſus regulariter conceditur cum retar-
datione proceſſus præſtito per petentem re-
miſſionem iuramento calumniæ, *l. de die §.
iubetur & ibi Caſtr. in §. tutor vel curator num. 6.
ff. qui ſatiſd. cog.* & ſiue pars ſiue integra dila-
tio fuerit data, eouſque iudicis officium con-
quieſcit, donec petiti temporis defluxe-
runt curricula, *l. ſiue pars C. de dilat. gloſſ. 2. in
c. 2. eod.* de quibus ordine videamus. Dene-
gatur pro exceptionibus † dilatoriis pro- 45
bandis, aut aliis præambulis, vel incidenti-
bus, vel emergentibus in cauſa: *Ioan. Andr. in
c. 1. num. 2. & 3. de appell. Rot. dec. 6. de prob. in nou.*
ſuper articulis ſuper quibus in partibus fue-
runt teſtes examinati, *Gregor. xv, deciſ. 414. v-
bi plures cumulat.* ac ſuper negocio princi-
pali, ei, qui potuit teſtes examinare lite pen-
dente, vel in partibus coram iudice primæ
inſtantiæ, vel in loco vbi nunc pendet iu-
dicium, & non examinauit per negligen-
tiam, *d. l. de die §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & c. & ibi
Caſtr. in §. tutor nu. 7. Afflict. deciſ. 137. numer. 4.
Caputaq. deciſ. 63. part. 3.* & petens remiſſori-
am indigebat probatione articulorum cum

cauſa pendebat in partibus, ſuper quibus nunc petit remiſſoriam; nam ſi tunc non indigebat, & non indiget, decernenda eſt remiſſoria, *Greg xv deciſ. 174. nu. 5. & 6. Iudices circa finem C. de fid. inſtr. l. pen. §. his præſentibus C. de reb. cred.* aut obtinuerit ſententiam fauorabilem in prima inſtantia, quia tunc ceſſat non ſolum negligentia, & culpa, ſed etiam omnis præſumptio calumniæ: *Greg xv. deciſ. 276. nu. 3. & ibi annot. d. l. Iudices d. l. pen. §. his de præſentibus,* quando vna pars onus probationis ſubiuit apud ſedem apoſtolicam, alteri concedi ſolent induciæ, vt apud eandem ſedem probet quæ velit, *c. cum olim el. 1. §. te igitur de priuil & exceſſ. b priuil. Franc. in c. præſentium §. teſtes num 1 poſt gloſſ. ſentit. quod poſſit fieri remiſſio.* item denegatur ſpoliatori, quando ex aduerſo facta eſt aliqua probatio de ſpolio, licet non plena, *l. auxilium §. fin. in fine ff. de min. Caſſad. deciſ. 2. de dilat. Caputaq. deciſ. 63. part. 3.* in iudicio attentatorum ad probandum attentata, quorum admittitur probatio in curia, *Caſſad. deciſ 4. de dil. c. ſignificante de appell. & ibi Can. c. non ſolum & ibi Can. eod. tit in 6. Rot. deciſ. 2. & 35. de prob. in antiq. & deciſ. 4. vt lit. pend. in nou. in addit.* ad excuſandum ſpolium datur remiſſoria, *Caſſad. d. deciſ 4. l. 3. §. ſi quis cum minore verſ. idem tamen confitetur ff. de minor. l. 1. §. pregnantem verſ. ſed etſi incertum ff. de vent. in poſſeſſ. mitt.* ad excuſandum attentata non datur remiſſoria, quando agitur vt ſuper eis pronuncietur definitiue, niſi ſtante maximo fumo, ſecus ſi agatur ſuper eis via executiua, vt declaretur deliquiſſe, & ad incurſum cenſurarum, & pœnarum, quia datur remiſſoria ad excuſandum attentata etiamſi non extaret aliquis fumus; quia materia eſt prophana, & quia per huiuſmodi declarationem, quæ habet vim trium ſententiarum, deuenitur ad executionem, *Put. deciſ. 112. libro 1. l. 1. C. de re iud. l. 1. C. de execut. rei iud.* quando articuli ſunt irreleuantes, *l. ad probationem 1. in fine C. de prob. & ibi gloſſ. fin & DD. Caputaq. deciſ. 66. part. 3. Gregor. xv. deciſ. 81. in princ.* quando adeſt vehemens ſuſpicio calumniæ, *Card. Seraph. deciſ. 1364. l. ad probationē in fin. C. de prob. c. iudicantem 30. quæſt. fin. Pan. in c. conſtitutus num. 8. & 9. vbi tradit 3 remedia de fideiuſſ. c. cum olim de priuil. Zab. in cap. conſtitutus in 4. oppoſ. de fideiuſſ. Gregor. xv deciſ. 81. poſt num. 3. & nu. 4. & deciſ. 44. numer. 8. & ibi annot.* vt ſi conſtet per ſcripturas de contrario eius, quod probari prætenditur, *Card. Seraph. deciſ. 1460 Clem. vt calumniis de re iud. c. 1. de offic. Vicar. & ibi Innoc. & Can.* aut ſi probatio habetur, vel faciliter haberi poteſt per ſcripturas: *Bellam. deciſ. 9 l. ſatis aperte C. de falſ. c. poſt electionem & ibi Innocent. ſub numer. 3 in glo. ſuper verbo inſtitutio de conceſſ præb. Greg. xv. deciſ. 253 & ibi annot. Felin. in d. c. de cætero num. 12. de re iud.* quando conſtat de non iure petentis, *l. ſi pupilli §. videamus & ibi Bart. numer. 1. & 8. ff. de neg. geſt. poſt gloſſ* ad reprobationem teſtium propter timorem ſubornationis, *Salic. in l. ſi quis teſtibus num. 9. C. de teſt. c. cum olim eſſemus de priuil. Caputaq. deciſ. 54. part. 3. Gregor. xv. deciſ. 414. num. 10.* ad probandum nullitatem penſionis, quando adeſt commiſſio ſine retardatione ſolutionis, penſionis, *Caputaq. deciſ. 55. part. 3. Put. deciſ. 32. libro 1. Rot. diuerſ. deciſ 182. part. 8. lib. 2. Sarnen. in compend. vtriuſque ſign. n. 57.* quia dicta clauſula ſuſpendit & limitat iuriſdictionem, *l. cum te ibi ſine vlla ludificatione C. de pact. inter. empt. & vend. & c. l. qui contra in fine C. de inteſt. & inutil. nupt. Put. deciſ. 32. lib. 1. Caſ. deciſ 8. de re iud.* & dictio, ſine, eſt priuatiua, negatiua, & excluſiua, *l. 1. & ibi gloſſ. fin. ff. de pign act.* in iudicio ſpolij, in quo ſuſpenſum eſt petitorium: *Card. Seraph. deciſ. 117. l ſi quis conductionis C. de loc. & conduct.* ad impediendam immiſſionem, *ex l. fin. C.*

de edict.d. Adr.toll Card. Seraph. deciſ. 1364. in
princ.l.fin.ibi teſtatoris mortis tempore fuerunt C.
de edict.d. Adr.toll.Gregor.xv.deciſ. 367. & ibi
annot. vel ad impediendam immiſſionem il-
lius, qui agit remedio adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis: l. quamuis C.de edict.d. Adr. toll & ibi
notat per gl.1.& DD.Put.deciſ.7.de cauſ. poſſeſſ.
& prop.Rot.Farin.deciſ.212.p.1. quando tendit
ad impugnandam rem indicatam; Iaſ. in l.
patre furioſo num.21.& 22. ff. de his qui ſui vel
alien.iur.&c. Caputaq.deciſ.81. part. Greg.xv.
deciſ.184.& deciſ.211 in vltimis audientiis;
quia videtur peti ad differendam expeditio-
nem cauſæ, Card.Seraph.deciſ.1450.in princ. l.
iudices ibi & hoc ſi iuſte peti iudex inuenerit C. de
46 fid.inſtrum. ſine retardatione proceſſus †
conceditur, quando pro parte illam peten-
tis nulla adeſt ſuſpicio calumniæ, Caputaq.
deciſ.58.in princ.part.3. Put.deciſ.297 lib. 2. d.l.
iudices in princ.l.pen. §. his de præſentibus circa
fin.C.de reb.cred. ne auferatur facultas pro-
bādi, ſi in partibus tantum probati poſſent,
quæ non eſt coarctanda ſed amplianda, l.
generaliter in princ.C.de reb.cred c.fin.de teſt.cog.
ob ſenium & inualetudinem teſtium, ſpeci-
ficatis teſtium nominibus in actis, ne ſit in
eius poteſtate alios examinare, Put.d.deciſ.
297.in princ.libr.2.atteſtans de Stylo Curiæ cap.
quoniam frequenter in princip.vt lit. non conteſt.
&c.l.curent & ibi gl.& DD.ff de teſt.§. fin. auth.
de teſt. quia volens teſtes producere, eorum
nomina edere tenetur ante productionem:
glo.Mag.in fin.in l.1.§.editiones ff.de edend. Bald.
in l.fin.num 16.C.eod.Dec.in c.1.num. 156. de
prob. in omnibus cauſis poſſeſſoriis, etiamſi
adſit fumus, quia in iſtis non admittuntur
exceptiones percutientes petitorium, re-
quirentes altiorem indaginem, Card.Seraph.
deciſ.294.Bartol.in l.ſi quis liberis §. ſi quis ex
his ff.de lib.agnoſc.Bart.in extrauag.ad reprimen-
dum in verb.ſummarie num.4.per l.ille à quo §.ſi
de teſtamento ff.ad Trebell.l.3.§.ibidem ff. ad ex-
hib. in quibus datur interdum cum retar-
datione proceſſus, quando exceptio reſpi-
cit poſſeſſorium, non petitorium, Rot deciſ.
fin de reſtit.ſpoliat.in nou. Put.deciſ. 405.lib.2.
Card.Seraph. in vtramque partem deciſ. 298.
Datur cum † retardatione proceſſus in cau- 47
ſis, vnionis beneficii in proprietatem, Grego.
xv.deciſ.562.& ibi annot.c.ad quæſtion.& ibi poſt
glo fin. DD.de rerum perm. nullitatis profeſſio-
nis, matrimonialibus, decimarum, Put.deciſ.
324.in fin.lib.2 Greg.xv.deciſ. 174. & ibi late
annot.& deciſ.403.& 415. & aliis ſpirituali-
bus, & prophanis tanquam in cauſis graui-
bus in prima, Mohed.deciſ.5.de prob.l.iudices &
auth.ibi poſita C.de fid Inſtrum.c. conſtitutus in
fin.de fideiuſſ. ac etiam in qualibet inſtantia,
etiamſi non adſit fumus, Caputaq. deciſ. 68.
part.3.Rot.deciſ.102.n.1.part.1.diuerſ.l.1.ibi ſcri-
bi res poſtulat ff.de teſtib.Gregor.xv.deciſ. 62.& i-
bi annot. non obſtante præſumpta calumnia,
Gregor.xv dec.523.Put.deciſ.6.de dilat. etiam ad
probandam conſuetudinem Eccleſiæ dam-
noſam; videlicet, quod res eccleſiæ datæ in
emphyteuſim debeant iterum locari proxi-
mioribus emphyteutæ finita locatione, Ca-
putaq.deciſ.61.part.3.auth. ſed etſi quis in princ.
C.de teſt. l. in exceptionibus in fine ibi ſiue in
alea geſtum eſſe ff.de prob. Ac ſigna & ſigil-
la notariorum: Rot.dec.6.de prob.in nou.l. iube-
mus ibi niſi ipſi aſtrinxerint C.de prob.l.ſed ſi quis
ex ſignatoribus & ibi gl.fin.ff.quando teſtam.ape-
rian. Ac ad probandum exceptionem per-
emptoriam: & in omni caſu in quo agitur de
graui præiudicio: Mulis in repertorio verſ. remiſ-
ſio ad partes non eſt danda &c. Caputaq. deciſ.
59.parte tertia c.conſtitutus de fideiuſ. c. ex parte
A & C de teſtibus, Sufficitque quod vnus ex
articulis pluribus ſit pertinens & releuans:
Greg.xv.dec.124. numer.3. ad probandam
enormiſſimam læſionem factæ tranſactio-
nis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis non datur, niſi reſtitutis acceptis, ex ipſa tranſactione *l. ſi diuerſa C. de tranſact. & ibi DD. l. ſi non fuerit & ibi gl. 1. in fine ff. de iureiur. l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Bald. in l. ſi traditio in 3. quæſt. C. eod. Rot. diuerſ. deciſ. 440. in fine n. 1. part. 1.*

48 In cauſis beneficialibus † remiſſoria conceditur in tertia inſtantia, *Card. Seraph. deciſ. 500. num. 2. Card. Zabarel. in clem. ſæpe §. & quia numer. 7. de verb. ſignif.* quia ſunt ſummariæ, in quibus dilationum materia amputatur, *Clem. ſæpe de verb. ſignif. Pan. in c. 1. ſub nu. 7. de dilat. Bart. in l. 2. num. 10. ff. de re iud.* in prima & ſecunda inſtantia non datur. *Put. deciſ. 40. lib. 1. & deciſ. 297. n. 4. lib. 2. atteſtans de ſtylo Curiæ Clem. ſæpe ibi amputet dilationum materiam de verb. ſignif.* niſi cauſa in prima aut ſecunda inſtantia ſit commiſſa appellatione remota, *Gregor. xv. deciſ. 562. num. 5. & ibi annot. l. 1. §. 1. ff. à quib. app. non licet c. paſtoralis de appell.* quia alias ex denegatione remiſſoriæ ſequeretur damnum irreparabile, aut ſi ſit ſimpliciter commiſſa, niſi probato fumo & facta obligatione de ſtando primæ ſententiæ contra vnicæ obtinentem remiſſoriam ferendæ; quia ex ea non probauit in tentionem ſuam, ſecus ſi dicta prima ſententia profertur pro obtinere remiſſoriam; *Put. deciſ. 52. lib. 1. Achil. deciſ. 4. de dilat. Caputaq. deciſ. 56. 57. & 630. num. 6. part. 3. c. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif.* ſi vero is qui poſſidet beneficium petat remiſſoriam, præter obligationem de ſtando vnicæ, debet conſentire ſequeſtro: *Greg. xv. deciſ. 44. & ibi annot.* ac conceditur etiamſi petatur ad probandum obiectus, puta malam expreſſionem fructuum in gratia. *Caputaq. deciſ. 60. part. 5. l. iudices ibi ſi hoc perſpexerint cum auth. ſeq. C. de fid. inſtrum.* vel conſuetudinem immemorabilem, vt permutationes quadrangulares fieri poſſunt, & factæ ſortiantur effectum. *Caputaq. deciſ. 56. part. 3. l. circa eum verſ. ſi quis autem & l. ſeq. ff. de prob.* Idem obtinet in cauſa canonizationis, regreſſus, propter non ſolutam penſionem, *Achil. deciſ. 6. de dilat. Clem. ſæpe de verb. ſignif. & ibi Can.* quia eſt beneficialis, *Rot. deciſ. 766. part. 3. lib. 3. Achil. deciſ. 5. in princ. & num. 6. de penſ. arg. c. ex geſtu c. relatum c. ex tua & c. fin. de cleric. non reſid.* ac in lite inter præſentatum à patrono & prouiſum apoſtolicum, in qua in tertia inſtantia datur remiſſoria ad probandum ius patronatus, in quarta & ſecunda non datur ex eadem ratione, & quia de iurepatronatus agitur incidenter, niſi dato fumo, facta dicta obligatione, & appoſito ſequeſtro: *Card. Seraph. deciſ. 555. num. 3. & 4. Achil. deciſ. 4. de dilat. Rot. diu. deciſ. 269. num. 3. part. 2. & deciſ. 873. part. 3. lib. 3. c. dilectus & ibi glo. & Can. de off. leg. c. cum dilectus & ibi gl. in verb. præſentare & Can. de iurep.* imo is qui obtinuit remiſſoriam non poteſt remiſſoria relata vti, niſi prius plene ſatisfacto prædictis obligationibus. *Caſ. deciſ. 3. de dilat. Bald. in l. vniuerſa ſub num. 2. verſ. conclude C. de precib. imper. offer. & ibi DD.* Inſtructus petens remiſſoriam debet conſentire ſequeſtro; non poſſidens petens remiſſoriam debet ſequeſtro renunciare, ſi habuerit ſententiam pro ſe. *Rot. diuerſ. deciſ. 919. part. 3. lib. 3. arg. not. per Pan. in c. 1. ſub nu. 7. de dilat. & Bart. in l. 2. num. 10. ff. de re iud. l. teſtium §. 1. verſ. quæ argumenta ff. de teſtib.* Ad probandum delictum remiſſoria aliquando conceſſa fuit, *Creſc. deciſ. 8. de prob. Caputaq. deciſ. 67. part. 3. Bald. in auth. apud eloquentiſſimum numer. 2. & ſeq. de fid. inſtrum.* quia iure canonico cauſæ meri imperii poſſunt delegari; *c. quod ſedem de offic. ordin.* quando conſtat de magno fumo; *Caputaq. deciſ. 62. part. 3. Caſſad. deciſ. 4. nu. 2. de dilat. auth. apud eloquentiſſimum in fin. C. de fid. inſtr. l. teſtium §. 1. verſ. noſti ff. de teſt. clem. iudices*

*& ibi*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*& ibi gl. in verb. ciuili de offic. deleg.* regulariter
denegatur, *auth. apud eloquentiſsimum C. de fid.*
*inſtrum. Creſc. deciſ. 19. numer. 5. de prob.*
*Caputaq. deciſ. 63. num. 3. part. 3. Fel. in cap. cum*
*cauſam numer. 21. & num. ſeqq. vbi ponit. 3. fall.*
*de teſtib.* ac ſemper denegatur probata bona
fama inquiſiti, ac cauſa non amoris, vel quia
reſuſcitatur proceſſus, à quo inquiſitus fuit
purgatus, *Rot. deciſ. 773. nu. 5. part. 1. diuerſ. l. ſi*
*cui crimen § 1. ff. de accuſ. & inſcript. c. de his de*
*accuſ & c. l. licet § fin. in fine ff. nautæ caup. ſtab.*
49 *&c.* Quod ſi † timeatur ſubornatio teſti-
um, conceditur remiſſoria cum hoc reme-
dio, quod eam obtinens hic Romæ de-
beat nominare tres teſtes bonæ famæ, &
conditionis, in quibus non cadit ſuborna-
tionis ſuſpicio, quos examinare faciat, ex
quorum dictis Rota iudicabit dicta alio-
rum & poterit videre ſi alij fuerint ſubor-
nati: *Caputaq. deciſ. 70. part. 3. arg. l. alij ff. de ac-*
*cuſ. & l. 1. in fin. ff. de iurepat. c. 2. in fin. de teſtib.*
*num. 6. & ibi* Can. *poſt gloſſ. pen.* & vbi eſt ti-
mor potentiæ alicuius domini temporalis,
extra illius loca datur remiſſoria. *Caputaq. de-*
*ciſ 53. parte 3. arg. c. ſignificante in fine qui mat.*
*accuſ. vel cont. illud teſtar. & c. l. in fundo verſ. neque*
*malitiis ff de rei vend & ibi gl. in verb. indulgendum*
*alleg. concor.* Hæc remiſſio in curia fit ſolum
poſt litem conteſtatam, ante litem conte-
ſtatam ſuper dilatorijs, vel etiam peremp-
toriis, quæ tunc proſequi poſſunt, non fit, li-
cet ex cauſa fieri poſſet, *Card. Zab. in Clem.*
*ſæpe §. & quia in 13. not. de verb. ſignif.* & de ſtylo
50 † datur ſemel tantum; vnde ſi in prima in-
ſtantia data fuerit remiſſio ad partes pro te-
ſtibus producendis, in ſecunda inſtantia, li-
cet noui articuli dentur, & admiſſibiles, qui
ſunt de iure dantis, non eſt iterato extra cu-
riam concedenda, *Rot. deciſ. 16. hoc tit. in nou.*
*Clem. teſtibus c. fraternitatis hoc tit. c. finem liti-*
*bus de dol. & cont. Greg. xv. deciſ. 367. & ibi an-*
*not. limitat. 2. mod.* Limita in minore & Eccle-
ſia, quibus † datur ſecunda remiſſoria, quia 51
de iure reſtituuntur aduerſus probationem
omiſſam, *l. minor. 25. annis omiſſam ff. de minor.*
*& c. c. auditis & ibi Pan. n. 16. poſt Innoc. & c. ſuſ-*
*citata & ibi Can. de in integr. reſtit. Bart. & DD.*
*in l. nam & poſtea § ſi minor ff. de iureiur. Afflict.*
*deciſ. 216.* indifferenter, quando probare
volunt id ſuper quo nullas induxerunt pro-
bationes, aut quando induxerunt proba-
tionem, ſed non timetur aliqua ſubornatio
in teſtibus: *c. cum veniſſent c. coram de in in-*
*teg. reſtit.* ſi petunt reſtitutionem, vt poſſint
probare ſuper articulis antiquis, in quibus
facta eſt publicatio, denegatur eis reſtitu-
tio, & ſecunda remiſſio ob timorem ſubor-
nationis teſtium: *c. conſtitutus c. fraternitatis &*
*Clem. 2. hoc tit. Caputaq. deciſ. 50. part. 3.* niſi di-
ligenti inquiſitione per iudicem præmiſſa,
appareat, quod omiſerint probationem
ex ſui facilitate, ita quod excludatur præſūp-
tio doli, & ſubornationis, *c. auditis & ibi In-*
*noc. nu. 2. & 3. Pan. num. 16. & Can. communiter*
*de in integr. reſtit. Bart. & DD. in l. 1. § nunciatio*
*nu. 33. ff. de nou. oper. nunc. & ibi DD. Bellam. de-*
*ciſ. 38.* Poſt decretam † remiſſionem dantur 52
ei, qui illam obtinuit, decem vel quinde-
cim dies ad eam expediendam, *Achil. deciſ. 5.*
*de dilat. l. 1. & 2. C. ſi tut. vel cur. non geſſ. l. ab ho-*
*ſtibus §. fin. cum l. ſeqq. ff. ex quib. cauſ. maior.* Et
ſi pluries interpellatus eam expedire diſtu-
lerit, non eſt ei vlterius concedenda, vel eſt
concedenda ſine retardatione proceſſus,
etiamſi ſit reus, & actoris intentio non ſit
probata, *l. non ignores C. de fruct. & lit. expenſ.*
*& ibi not. Caputaq. dec. 38. numer. 3. & ſeqq. part.*
*3.* In cauſa prophana datur primo actori ter-
minus ad ponendum, & articulandum, nec
reus compellitur terminum actori datum
recipere, ſed poteſt petere alium terminum
ad probandum exceptiones, & defenſiones

ſuas,

ſuas, ratio eſt quia actore probante intentionem ſuam, reo incumbit probatio exceptionis ſuæ, & non antea: *l. ſiquidem C. de except. iuncto cap. de teſtibus hoc tit.* in cauſis beneficialibus alijſque ſummarijs iudex vtrique inſimul poteſt præfigere terminum ad parendum & articulandum, *gloſſ. in Clem. ſæpe in verb. partes & verb poſt dationem de verb. ſignif. Rot. deciſ. 25. de iud. in antiq. dictum eſt ſupra tit. de confeſſ.* ac etiam in cauſis prophanis, quando reus ſponte petijſſet remiſſoriam antequam actor probaſſet. *gloſſ. in l. fin. in verb. ſcripturam C. de falſ. gl. in cap. ex inſinuatione in verb. probare de procurat.* Aut rei contumacia, cui iudex præfixit terminum ad probandum ex cauſa, *l. à quo ff. de damno infect. Alex. in l. ſi finita § Iulianus n. 114 & DD. ff. eod.* & qualitas negotij id expoſcit, *l. ſed etſi per prætorem §. ait prætor in fine ſi. ex quib. cauſ. maior. &c. Caputaq. d. deciſ. 58. part. 3.*
53 Dicta & depoſitiones † teſtium productorum in vim remiſſoriæ Rotalis ante triginta vel quadraginta annos probans quando producuntur ad effectum iurium abſque exhibitione proceſſus remiſſorialis propter antiquitatem temporis, & ſi aduerſarius volet impugnare examen ſub prætextu nullitatis ex defectu citationis, iuramenti, vel alterius ſolemnitatis, ipſe habebit exhibere proceſſum remiſſorialem, *Bart. in l. admonendi nu. 42. & ſeqq. Iaſ. numer. 219. & ſeqq ff. de iureiur. Caſſad. deciſ. 3. de procur. Greg xv. deciſ. 535. n. 6. & ſeqq.* Contrarietates in depoſitionibus plurium teſtium, ſiue inducti ab vna parte, ſiue hinc inde ab actore & reo producti ſibi contradicere videantur, quam maxime fieri poteſt ſunt conciliandæ, & ad concordantias reuocandæ, non ſolum vt euitent periurium, ſed etiam vt probent, *l. 2. & 3. ff. hoc tit. c. in noſtra & ibi Felin. hoc tit. Mynſ obſ. 38 cent. 4.* quando ſuper quolibet actu remanet integra probatio: *gl. in c. cum in noſtra & ibi Can. c. cum tu & ibi Pan. n. 2. & 5. hoc tit*, per actus ſucceſſiuitatem, & permanentiam, vt depoſitiones teſtium de actu, quem aliqui dicunt geſtum ante nuptias, alij poſt nuptias, intelliguntur poſt nuptias contractas, & ante nuptias finitas: *l. apud antiquos C. de furt. Bart. in l. 2. §. creditum num. 6 & ibi DD. ff ſi cert. pet.* Per præſumptionem multiplicati actus; vt depoſitiones teſtium de excommunicatione lata ante appellationem, & aliorum de excommunicatione lata poſt appellationem, intelliguntur de lata poſt primam, & ante ſecundam appellationem: *c. cum tu hoc tit.* tacitam repetitionem; vt locus & tempus expreſſa in dicto, cenſentur repetita in ratione per teſtes reddita: *Bartol. in l. labeo num 8. ff. de ſuppl. leg.* benignam interpretationem, vt vnius verba proprie accipiantur, alterius improprie, vt ſi vnus dicat poſſidere alius tenere: *l ſtipulatio rota habere &c. §. hæc quoque ff de verb. oblig. l. ſed etſi poſſeſſori §. item ſi iurauero ff. de iureiur.* aut vnius depoſitio intelligatur ſecundum opinionem, alterius ſecundum veritatem: *l ſeruo manumiſſ. & ibi Iaſon. poſt num 2. & DD. ff. de cond. indeb.* & generaliter quocunque modo leges diſcordantes ad concordiam reuocantur, ſic & teſtes, *Butr. in d. c. cum tu ſub. n. 4. verſ. reducuntur ergo ad concordiam & ibi Fel. ſub n. xj. verſ. modo iſtis diſcuſſis & Can. communiter DD. in d. l. 7. creditum ff. ſi cert. pet.* diuerſo modo narrantes factum dummodo eadem dicant, probant, *c. nihil & ibi gloſſ. fin. de verb. ſignif. Caputaq. deciſ. 270. n. 3 part. 3.*

Contrarietas † enim in teſtibus conſi- 54
deratur in facto principali, non in acceſſorijs, *Bart. in l. eos num. 5. ff. de falſ. Dec. in l. 2 §. creditum n. 7. ff. ſi cert. pet. Iaſon. in l. 1. num. 45. ff. de offic. eius cui mand eſt iuriſd. Innoc. in c. fraternitatis in princ de hæret. Cæſ. deciſ. 6. numer. 8. hoc tit.* Si manifeſta ſit contrarietas, valet teſtimo-

nium plurium, niſi ex altera, parte tanta ſit
dignitas, vt merito debeat numero præiu-
dicare, *c. in noſtra hoc tit. & ibi pulchre Felin. l. ob
carmen §. fin. ff. eod.* vel niſi veriſimiliora lo-
quantur, *c. licet verſ. fin. de prob. pulchre Mynſ.
obſ. 53. cent. 1.* Si teſtes pro vtraque parte ſint
pares, pro reo fertur ſententia, *c. ex literis de
prob. c. inter dilectos in fine de fid. Inſtrum.* niſi in
quatuor caſibus, matrimoniali, liberali, do-
te, & teſtamento, *l. inter partes ff. de re iud. c. fin.
eod. d. c. ex literis.* ſi vnus contra dicit pluribus,
non obſtat contrarietas, quia dictum vnius
teſtis non probat: *c. admonere 33. quæſt. 2 c. ve-
niens c. licet hoc tit.* in dubio contrarietas non
præſumitur, *Bald. in c. cum tu num. 2. hoc tit.* &
interpretatio ſumenda eſt ſecundum veriſi-
milem mentem, & intentionem teſtium, *l.
quod ſi nepotes ff. de teſtam. tut. & ibi gloſſ. 1. l. quo-
ties C. de famil. erciſc. & ibi gloſſ. in verbo diuidit
& vtrobique DD. Rot. diuerſ. deciſ. 8. num. 2. part.
2. Prob. ad Monach. num. 30. & ſeqq. in c. præſen-
tium hoc tit. in 6.*

55 Non fit † talis concordantia, quando
contrarietas eſt inter dictum partis produ-
centis & teſtes productos, *Bart. in l. 2. §. cre-
ditum num. 8. ff. ſi cert. pet. Anch. in c. cum expe-
diat in princ. de elect. in 6. Felin. in c. cum contingat
num. 6 vbi declarat 2. mod. de offic. deleg.* quia di-
ctum partis nihil probat pro eo, *l. exemplo C.
de prob. Pan. in c. cum tu ſub nu. 4. in fin. de teſtib.*
ſed depoſitio teſtium bene clarificatur ex
confeſſione alterius partis, quæ valet contra
eam: *Pan in c. cum Ioannes n. 7. de fid. Inſtrum. &
ibi Can.* ac ipſamet dicta partium apparenter
repugnantia concordari poſſunt, *Felin. in c.
cum contingat ſub n. 6. verſ. ſecundo declara de off.
deleg. Salic. in l. eum precum in fine C. de lib. cauſ.*

56 Timor † ſubornationis teſtium ex eo, quod
deponant per eadem verba, vel per eundem
præmeditatum ſermonem, cadit in duobus
teſtibus, non autem in tribus, quatuor, aut
pluribus, quia quod deficit in fide, ſupplet
numerus, *l. 3. §. 1. & ibi gloſſ. in verbo numerus &
Iac. Butrig. de teſt. Alex. conſ. 149 ſub num. 6. vol.
5. Rol. conſ. 72. num. 6. lib. 2. Gegor. xv. deciſ. 252.
num. 1.* & excluditur ex qualitate rei ſuper
qua deponunt vt cum deponunt de verbis,
in quibus conſiſtunt ius matrimonij, *Caſ. de
graſſ. deciſ 13. num. 14. de teſtib. c. tuæ fraternitati
de ſponſal. & ibi Can.* aut de præſcriptione in
cuius probatione, cum omnia requiſita de-
beant formaliter, & punctualiter probari,
eſt quaſi neceſſe, quod omnes in eadem ver-
ba incidant, *Greg. xv. deciſ. 252 num. 3. Franc. in
c. 1. n. 1. de præſcript. in 6. & ibi Can. c. veniens c.
auditis de præſcript.* vel de probanda conſue-
tudine, *c. cum dilectus de conſuetud.* & relinqui-
tur arbitrio iudicis, an teſtes deponentes
per eundem præmeditatum ſermonem,
probent vel non, *l. 3. §. ideoque in verbo tu ma-
gis ſcire debes ff. de teſtib. Bald. in l. teſtium n. 6. C.
de teſt. Greg. xv. deciſ. 252. n. 2. & ibi annot.* Ex-
cludit † probationem per teſtes publica- 57
tio atteſtationum ſolemnis, deliberata,
de mandato iudicis facta, partibus
præſentibus, vel altera contumaciter abſen-
te, *c. fraternitatis & ibi Butr. nu. 7. verſ. ſecundus
terminus & ibi Can. hoc tit. c. intimauit & ibi gl.
c. cum veniſſent eod. Bald. in l. per hanc num. 16. C.
de temp. appell. Gail. obſ. 305. libro 1. vbi limitat
13. mod.* ac tertius oppoſitor ad coadiuuan-
dum non poteſt poſt publicationem, teſtes
producere; quia debet aſſumere litem in eo
ſtatu quo erat, *Bart. in l. ſi proluſorio ff. de appell.
Pan in c. veniens el. 2. num. 7. Felin. n. 18. de teſtib.
Couar. pract. quæſt. c. 18. nu. 1. & 2.* Limita pri-
mo, quia † de ſtylo Rotæ datur ſumma- 58
rium teſtium, licet teſtes non ſunt publicati,
*Caſ. deciſ. 1. hoc tit. atteſtans de ſtylo Curis Pan. in
c. 1. ſub n. 7. verſ. prima ſi conſuetudo fori hoc de-
beat de dilat.* quale decretum non ſolet anno-
tari, & annotatum non habet vim publica-
tionis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionis teſtium, & eo non obſtante poſſunt li-
tigatores libere iterum, & toties quoties ſi-
bi de iure licuerit, teſtes de nouo examinare,
Ceſ.d.ciſ.xj. hoc tit. atteſtans de ſtylo Curiæ Pan.
in cap. 1. ſub n. 7. verſ. prima ſi conſuetudo fori hoc
habeat de dilat. Greg. xv. deciſ. 583. num. 1. quia
non dicitur quis percunctatus dicta teſtium,
niſi percunctatus ſit originale, l. ſi duobus &
ibi Angel. Peruſ. in princ. ff. quomod. teſtam. aper.
Felin. in c. conſtitutis el. 2. nu. 2. hoc tit. Secundo,
59 publicatio † teſtium in ſummario iudicio,
non impedit productionem eorundem, vel
aliorum teſtium in plenario ſuper eiſdem,
vel directo contrarijs articulis, c. veniens el. 2.
& ibi Felin. in princ. & num. 19. & c. cum in tua
hoc tit. Bart. in l. Iulianus num. 3. ff. de cond. indeb.
Rot. deciſ. 23. hoc tit. in nou. Gail. obſ. 103. numer. 3.
libro 1. quia plenarium non tendit ad eun-
dem ſed ad diuerſum finem à ſummario;
Tertio, publicatio vel renunciatio facta in
60 certis articulis † non præiudicat volenti
teſtes producere in alijs, c. cauſam quæ c. cum
veniſſet hoc tit. Greg. xv. deciſ. 191. num. 3. Quar-
to, quando dolo vel negligentia examina-
toris teſtes ſuper omnibus articulis non fue-
runt examinati, c. per tuas hoc tit. Mynſing. obſ.
31. in fin cent. 1. Quinto, teſtes poſſunt repeti
in eadem inſtantia, abſque nouo iuramen-
to, Bald. in l. fin. nu. 10. & 11 C. de teſtib. & DD.
poſt gloſſ. addit. in verbo iterum. quando in prio-
re examine obſcure depoſuerunt, c. cum
clamor. hoc tit. quia in ambigua oratione ſpe-
ctatur ſententia eius, qui eam protulit, l. in
ambiguis ff. de reg. iur. Sexto, quando materia
antiqui capituli repetitur aliquo addito,
quod ſubijcitur neceſſitati probandi, vt cum
eſſet res vendita pro decem, agiturque ad
reſcindendam venditionem ob læſionem
vltra dimidium iuſti pretij, ac teſtes exami-
nati deponunt quod res valebat multo plus
de viginti, ſed non taxant quanto plus de vi-
ginti, publicatis atteſtationibus actor poteſt
illud plus probare: c. cum cauſa hoc tit. quia a-
liud eſt probare deceptionis exceſſum, & a-
liud probare quantitatem valoris. Septimo
in cauſa appellationis de iure canonico ſu-
per nouis capitulis, orientibus ex primis, te-
ſtes noui, & veteres producuntur, non au-
tem ſuper eiſdem vel directo contrarijs arti-
culis; Clem. teſtibus c. fraternitatis hoc tit. Fel.
in c. cum Ioannes num 17. de fid. inſtrum. Afflict.
deciſ. 216. qui multis modis limitat & ibi add.
Mynſ. obſ. cent. 1. quia non minus in appella-
tionibus, quam in principali cauſa ſuborna-
tio eſt timenda; ſed de iure ciuili recipi poſ-
ſunt, ſuper eiſdem articulis, & directo con-
trarijs: l. eos §. 1. C. de appell. l. per hanc C. de ap-
pell. quas leges canoniſtæ dicunt, procedere
in veteribus capitulis, nullo modo proba-
tis aliter quam per teſtes, ſuper quibus in
appellationis cauſa bene licet producere te-
ſtes, gloſſ. fin. in d. Clem. teſtibus & ibi Can. O-
ctauo quando ſententia lata eſt ipſo iure
nulla, Rot. deciſ. 1. hoc tit in antiq. Clem. de teſti-
bus & ibi gloſſ. in verb. rite & Can. hoc tit. l. non
putauit verſ. non quæuis ff. de bonor. poſſ. ſ. cont. tab.
l. 2. & ibi gloſſ. in verb. recte & DD. ff. de inoff. te-
ſtam. Aut ad inſtantiam partium, atte-
ſtationes non rite receptæ, ſunt publicatæ,
Rot. deciſ. xı. de prob. in nou. c. cum cauſam &
ibi gloſſ. fin. in fine & Can. hoc titul. Aut pu-
blicatio eſt nulliter facta, poſſunt produ-
ci teſtes ſuper eiſdem, & directo contra-
rijs articulis, Rot. deciſ. 13. hoc titul. in nou. clem.
teſtibus & ibi poſt gloſſ. in verb. rite & Can. hoc
tit. quia quod nullum eſt, non præſtat impe-
dimentum, c. non præſtat de reg. iur in 6. Nono
poteſt iudex teſtes recipere ex officio parte
abſente, licet non compellatur, quia in eo
non timetur ſubornatio, Iaſ. in l. vbi pactum n.
14. C. de tranſact. Dec. in rub. de prob. numer. 47.
Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltro 2 3. & 8. ff. de quæſt.

Puta ſuper inhabilitate impetrantis, *Rot. deciſ. 2. in princ. hoc tit. in nou. clem. iudices & ibi gloſ. in verb. repererint & Can. de offic. deleg. clem. vnic. & ibi poſt gloſſ. Can. de conceſſ. præb arg. c. paſtoralis §. niſi & §. fin. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Pan. in c. cum dilectus num. 3. de fid. inſtrum.* Decimo ſi quis dedit interrogatoria pro examinatione teſtium partis aduerſæ, habita publicatione, non impeditur dare articulos continentes id, quod interrogatoria, & ſuper illis teſtes inducere, *Put. deciſ. 251. lib. 2. Fel. in c. cum Ioannes ſub num. 54 verſ. etſi diceretur de fid. inſtrum.* quia d. c. fraternitatis tantum habet locum in capitulis. Vndecimo in criminalibus non obſtat publicatio productioni teſtium ad defenſam rei ſuper iiſdem, & contrarijs articulis: *l. vnius § cognit. verum ff. de quæſt. Mynſ. obſer. 13 cent. 5.* Secus ſi producuntur contra ipſum reum & ad offenſam, *Salic. in l. fin. nu. 10. C. de quæſt. Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltronum. 4. 5. & 6 ff. eod.* Duodecimo in omni cauſa in qua vertitur periculum animæ, *c. ſeries & ibi gloſſ fin. in fine hoc tit & ibi Can. c. intrauit & ibi Pan. num. 6. & Can. de prob. Fel. in c. lator num. 3. de re iud.* quia periculum animarum præponderat ſuſpicioni ſubornationis teſtium. Decimo tertio poſſunt produci teſtes, ad coadiuuationem inſtrumenti poſt publicationem teſtium producti, *Franc. Aret. in l. certi conditio §. quoniam num. 18 ff. ſi cert. pet.* ad recognitionem ſigillorum, & notariorũ, inſtrumentorum poſt publicationem productorum, *Rot. deciſ 3 de prob. in antiquior. Rot. deciſ. 2. in fine hoc tit. in nou. c. 2. & ibi gl. in verb. quinque & Can. c. tua de cleric. peregr. l. Lucius & ibi Bart. de fide inſtru. Bart. in l. ad teſtium ff. de teſtam. Can. in c. poſt ceſſionem de probat.* Et nota quod ſententia lata, omiſſa publicatione, non eſt ipſo iure nulla, niſi ex Stylo Rotæ, quando publicatio fuit petita, *Fel. in c. 1. & A. n. 1. & ſeqq. de re iudicat.* Item excludunt productionem † teſtium renunciatio fa- 61
cta teſtibus, *c. intimauit & c. cum veniſſet hoc tit.* etiamſi renuncians nondum didicit teſtificata, *Panor. in c. conſtitutis el. 1. numer. 4. hoc tit.* concluſio in cauſa, *c. cum dilectus & ibi late Fel. de eius effectibus de fid. Inſtrum. & Pan. numer. 4. Capell. Tholoſ. queſt. 14.* quarta productio, *Auth. qui ſemel C. de probat. & ibi Bart.* numerus eſt renatus, *c. ſignificauerunt c. cum cauſam hoc tit. l. 1. §. fin. in fin ff. eod.* lapſus termini ad probandum, *c. licet cauſam de prob. Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou.* percunctatio & cognitio teſtificatorum, *Bald. in auth. at qui ſemel n. 2. vbi diſtinguit & ponit plures fall. C. de prob quibus quatuor alias addit Rom. in rub. de arbit nu. 36. Greg. xv. deciſ. 497. & ibi annot. & deciſ. 583. nu. 1.* etiamſi non fuerit facta ſolemnis publicatio, *Bart. in d. auth. at qui ſemel n. 18. & ſeqq. Greg xv. deciſ. 583. nu. 2. & ſeqq.* Teſtes autem † exa- 62
minati & publicati faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdem perſonas, *c. cauſam el. 1. de teſtib. l iubemus C. de liber. cauſ. Bart. in l. 2. ſub n. 5. & 6 ff. iud ſolui Iaſ. in l. 2. num. 22 C. de edend. ponens quinque limitat.* imo ex Stylo Rotæ Romanæ & ſupremorum Tribunalium etiam non publicati, *Greg xv. deciſ. 5. 5. num. 11. Guid. Pap. quæſt 586 circa fin* ac contra ſingularem ſucceſſorem ſi fuerint prius recepti quam fieret in eo tranſactio iuris, *l. ſi mater §. ſi. verſ. Item ſi rem ff. de excep. rei iud & ibi Bart. & DD. Franc. Aret. conſ. 36. ſub num. 3. l. ſi ſuperatus ff de pign. & hypoth. Greg. xv. deciſ. 535. num. 1. & ſeqq.*

## De teſtibus cogendis.

## Titulus XXI.

### SVMMARIA.

1 *Teſtes nominati ab alterutra parte & requiſiti ſi nolunt teſtari compelluntur in cauſa ciuili & ſpirituali.*

2 *Quod*

2 *Quod ſi de facto impedimentum non poteſt ceſſare habetur teſtis pro producto in cauſa ciuili quando impedimentum eſt ſucceſſiuum.*

3 *Excipe à dicta regula clericos qui in cauſis laicorum non poſſunt cogi niſi cum aliæ probationes haberi non poſſunt.*

4 *Priuilegiatos ne cogantur ferre teſtimonium, vel vt inuiti non dicant teſtimonium.*

5 *In criminalibus iure ciuili omnes coguntur ad teſtificandum, ſed iure Canonico nemo cogitur teſtificari in criminalibus, niſi aliunde veritas haberi non poſſit.*

6 *Et quando conſtiterit iudici nominatos in teſtes timore aduerſæ partis à ferendo teſtimonio ſe ſubtrahere.*

7 *Fallit dicta regula iuris canonici ſeptem caſibus hic annotatis.*

DICTVM eſt ſuperiori titulo officium teſtium eſſe quaſi publicum, & edictum de teſtibus eſſe prohibitorium, & excuſatorium certarum perſonarum, *l. 1. in fin. princ. ff. de teſtib.* Ideo addit de teſtibus cogendis,
1 Regulariter † ſi nominati ab alterutra parte, & requiſiti nolunt teſtificari, compelluntur in cauſa ciuili, *c. dilectorum & ibi gl. 1. mag. & DD. hoc tit. Gail. obſ. 100. lib. 1.* cauſa iniuriarum ciuiliter intentata, *c. peruenit el. 2. & ibi gloſſ. fin. hoc tit.* ſpirituali, *c. cæterum hoc tit.* & matrimoniali, *c. 1. hoc tit.* ſeruato moderamine, *l. ſi quando C. de teſtib.* omnes tam laici, quam clerici, *c. 1. c. cæterum hoc tit.* etiamſi per alios fides fieri poſſit, *Pan. poſt Hoſt. in d. c. 1. n. 4. hoc tit. & ibi Ioan. Andr. n. 5. & Can.* à iudice ſæculari, qui ſunt de iuriſdictione ſæculari, non autem illi qui ſunt de iuriſdictione eccleſiæ; quia non ſuperior non ſubditum coercere non poteſt *c. at ſi clerici de iud. c. vt animarum de Conſtit. in 6.* clerici à iudice eccleſiaſtico, *c. quanquam in fine 14. quæſt. 2.* per ſuſpenſionem ab officio vel beneficio, *c. 2. hoc tit.* ac etiam laici in cauſis ſpectantibus ad iuriſdictionem eccleſiaſticam, *c. peruenit el. 2. hoc tit. & ibi Pan. notat. ſub ſecundo notab. d. c. cæterum.* mulcta indicta, captis pignoribus, *l. curent ff. de teſtib.* diſtrictione eccleſiaſtica, *c. 1. in fine hoc tit.* deficientibus iuris remedijs, per cenſuras eccleſiaſticas, quæ ex conſtitutione Concilij Trid. ſunt mere ſubſidiariæ, *c. quamuis excommunicationis ſeſſ. 25. dixi ſupra tit. vt lit. non conteſt.* & ita intelligenda ſunt capitula huius tituli loquentia de compulſione per cenſuras, quia eo ipſo quod moniti nolunt in cauſa ciuili teſtificari, præſumitur contra ipſos, quod non bono animo hoc faciant: *gloſſ pen in c ſuper eo c. 1. & ibi gloſſ. in verbo timore & ibi Imol. in gloſſ. 2. Pan. num. 5. & 6. Felin. numer. 9. hoc tit.* quod ſi de facto impedimentum † non poteſt ceſſare, habetur 2
teſtes pro producto in ciuili, non criminali, ne in crimine procedatur ex præſumptione quia præſumitur quod pars faciat vel conſentiat, quando impedimentum eſt ſucceſſiuum, & habet cauſam permanentem, *pulchre Pan. in c. cum cauſam n. 18. de teſtib.* Excipe
† ab hac regula clericos, qui in cauſis lai- 3
corum non poſſunt cogi, niſi cum aliæ probationes haberi non poſſunt, *c. quanquam 14. quæſt. 2.* mediatores, qui non compelluntur niſi de conſenſu vtriuſque partis, *auth. de teſtibus §. quoniam c. dilectorum & ibi poſt gloſſ. Pan. Felin. & Can. hoc tit.* priuilegiatos ne cogantur, ferre teſtimonium; vt parentes, & liberi inuicem, & aduerſus ſe nec volentes ad teſtimonium admittuntur, *l. parentes C. de teſtib.* liberti aduerſus patronos, non modo ſponte ſed nec vocati teſtificari coguntur, *l. libertorum C. de teſtib.* Inuiti † teſti- 4
monium non dicunt ſenes, maiores 70. annis, valetudinarij, milites, illi qui cum magiſtratu publice abſunt, vel quibus venire non licet, vt ignominioſe malitia miſſi, publicani,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cani, is qui non detractandi teſtimonij cau-
ſa aberit , is qui exercitui præbendum con-
duxit, niſi veritas aliter haberi non poſſit,
volentes autem admittuntur, *l. inuita la. 2. &*
*ibi gloſſ fin. &* DD. *& l. inuita la. 2. ff. de teſtib.*
*Felin in c. 1 num. 8. hoc tit.* & producens eos,
debet probare, quod veritas aliter haberi
non poſſit, *Imol in c ſuper eo hoc tit. & ibi Felin.*
*n. 9. & Can. Alex. conſ. 64. n. 4. & 6. libr. 1.* Item
inuitus non dicit quis teſtimonium , aduer-
ſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum,
ſobrinum, ſobrinamue, ſobri noue natum,
eoſue qui priori gradu nati ſunt, nec patroni
patronæue aduerſus libertos, tam in ciuili
quam criminali cauſa; ſed nec pro eis poſ-
ſunt ferre teſtimonium, quia ſi valeret , pro
vtroque parte, valeret, *l. lege Iulia & ibigl. 1. &*
*DD. & l. ſeq. ff. de teſtib. c. ſi teſtes § . item l. Iulia.*
*& §§. ſeqq. 4. quaeſt.* 3. inter ſe teſtificantur
conſanguinei, ſi voluerint & inuicem con-
ſenſerint, *c. 1. & ibi mag. 1. quaeſt. 5.* In crimina-
5 libus † iure ciuili omnes cogi poſſunt ad te-
ſtificandum, *l. 1. ff. de teſtib. Pan in c. ſuper eo*
*num. 3. hoc tit* quia publice intereſt delicta
puniri; *l. ſi ita vulneratus verſ. quod ſi quis abſ r*
*de & ibi gloſſ. in verb. impunita ff ad l. aquil. l. lici-*
*tatio § . quod illicite ff. de publican.* exceptis cle-
ricis, ac laicis cupientibus clericari , quia in
cauſa ſanguinis non poſſunt ferre teſtimo-
nium, propter timorem irregularitatis, *c. ſen-*
*tentiam ſanguinis ne clerici vel monach.* & alijs
perſonis legitima ratione excuſatis; *d. l. 1. in*
*fine d. l. Iulia. & d. l. inuiti 1 & 2. ff. de teſtib.* iure
canonico in criminalibus nemo inuitus co-
gitur teſtificari, etiamſi de crimine agitur
per viam exceptionis , & ita ſeruat Curia
Romana indifferenter, vnde nec in reſcrip-
to tunc ponit clauſulam de teſtibus com-
pellendis, *Imol. poſt Hoſt. & alios in c. dilectorum*
*in fine hoc tit. Franc. Marc. quaeſt. 567. part. 1. nu.*
*2. & 4.* quia ex teſtimonio in cauſa capitali
contrahitur inimicitia capitalis , *c. cum P. de*
*accuſ.* quam inimicitiam vnuſquiſque ſapiens
euitat, nec debet ſe exponere periculo pro
cauſa aliena: *l. ſi quando C. de teſtib. l. ſed ſi quis*
*ex ſignatoribus ff. quemadm. teſtam. aper.* verum
ne crimina multa remaneant, cogitur quis
teſtificari inuitus, ſi aliunde veritas haberi
non poſſit; *c. 1. c. fin. & c. dilectorum & ibi gloſſ.*
*mag. & Pan. poſt recenſitas Hoſtien. Cald. & alio-*
*rum opiniones circa finem verſ. vnde puto de iure*
*canonico ſic dicendum &c hoc tit.* ſed non præ-
ſumitur malitia in nominato in teſtem, &
requiſito ſi teſtificari recuſat, *Pan. in c. 1. num.*
*5. & 6.* niſi aliter probetur per producen-
tem, *Pan. in c. ſuper eo num 4. hoc tit.* quod ad-
uerſa pars malitioſe ſubtraxerit teſtes, *c. per-*
*uenit el. 1. hoc tit.* vel ipſi teſtes non amore ſed
timore aduerſæ † partis ſe ſubtrahant, *d. c.* 6
*ſuper eo hoc tit.* quo caſu fit compulſio , licet
veritas haberi aliter poſſit, *d. c. ſuper eo & ibi*
*Pan. n. 2. Pan. in d. c. dilectorum in fine.* Fallit di-
cta regula † iuris canonici in crimine fal- 7
ſi. *c. cum contra hoc tit.* Secundo in promotio-
ne ad prælaturas, ne indignus præficiatur. *c.*
*ſuper his hoc tit.* Tertio quando proceditur in
modum inquiſitionis , *c. licet Heli de ſimon.*
Quarto quando delictum fuit commiſſum
lite pendente, ne iudicum iuriſdictio elida-
tur. *Pan. in d. c. ſuper his verſ. tertius.* Quinto
quando teſtimonium requiritur ad liberan-
dum hominem ab iniuſta morte , vel pœna
quacunque, vel à falſa infamia, vet etiam ab
aliquo damno, tenetur quis ad teſtifican-
dum, etiamſi teſtimonium eius non requi-
ratur, tenetur facere quod in ſe eſt, vt verita-
tem denunciet alicui, qui ad hoc poſſit pro-
deſſe iuxta pſalmum, erige pauperem & e-
genum de manu peccatorum. *numeri cap. 24.*
*eripe eos qui ducuntur ad mortem c. ſicut dignum*
*§ . illi etiam de homicid. & ibi gloſſ in verb. potuit.*
Sexto ad detegendam coniurationem, *c. fin.*
*hoc*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*hoc tit.* Septimo quando teſtis pretio inductus retrahit ſe à teſtificando, poteſt iudex contra eum procedere tanquam falſarium, & cogere ad teſtificandum. *l. 1. in princ. ff. de falſ. & ibi Bartol. Felin. in d. c. dilectorum num. 4. hoc tit. Bart. in d. l. diuus Adrianus ſub num. 7. ff. de re iudic.*

## De fide inſtrumentorum.

## Titulus XXII.

### SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum eſt ſcriptura facta ad alicuius probationem in poſterum faciendam, & aliud eſt publicum aliud priuatum.*

2 *Publicum eſt quod confectum eſt per manum tabellionis creati ab habente poteſtatem cum ſolemnitatibus requiſitis.*

3 *Solemnitates publici inſtrumenti ſunt duodecim, quæ hic ordinate explicantur.*

4 *Notarius creatus à Papa ſeu Imperatore vbique locorum inſtrumenta conficere poteſt, ab inferiore creatus in loco ſubiecto ipſi creanti.*

5 *Notarius rogari poteſt de his quæ ipſe facit aut percipit aliquo ſenſu, vel facit pars quæ rogat, aut faciunt ambæ partes, & non de his quæ facit tertius.*

6 *Notarius ſi de eadem re plures habet matrices, cui nam ſtandum ſit.*

7 *Priuatum inſtrumentum, aliud eſt authenticum, aliud non authenticum, & recenſentur authentica inſtrumenta.*

8 *Non authentica inſtrumenta recenſentur.*

9 *Solemnitates requiſitæ in inſtrumento publico non ſunt neceſſariæ in priuata ſcriptura quæ regula limitatur quatuor modis.*

10 *Inſtrumenta produci poſſunt ab vtraque parte in iudicio poſt publicatas atteſtationes vſque ad concluſionem in cauſa, & poſt eam produci non poſſunt in cauſa prophana, ſecus in cauſa beneficiali.*

11 *Aduerſario citato ad dicendum contra ea, vel præſente, ac data ei copia cum termino ad opponendum.*

12 *Reſcripta & literæ ſummi Pontificis edendæ ſunt integraliter cum die & anno, reliqua inſtrumenta debent edi ſine die & anno, quo conſcripta ſunt.*

13 *Fallit vltima pars regulæ quinque caſibus.*

14 *Inſtrumenta producens non poteſt reuocari productionem ipſorum quando pars eſt citata ad dicendum contra.*

15 *Citato ad videndum produci iura ſufficit opponere generalia contra productionem, & admiſſionem iurium.*

16 *Inſtrumentorum receptio poteſt ex cauſa committi iudici alterius territorij, & de ſtylo curiæ decernuntur compulſoriales generales, item ſpeciales.*

17 *Generales decernuntur citata vel non citata parte aduerſa, diriguntur ſimplicibus clericis.*

18 *Speciales decernuntur parte citata, cauſa cognita.*

19 *Et in eis iudex compulſorialis debet eſſe qualificatus* iuxta c. ſtatutum de reſcript. in 6.

20 *Regularis Canonicus non poteſt eſſe iudex compulſorialis ſine conſenſu ſui ſuperioris.*

21 *Notarius, locus & iudex compulſorialis poſſunt recuſari.*

22 *In extractione inſtrumentorum & iurium in vim compulſorialium requiritur citatio.*

23 *Quando extrahuntur inſtrumenta per alium notarium, qui de illis non fuit rogatus, ſecus ſi per illum eundem notarium qui ſcripſit originale extrahantur.*

24 *Producens inſtrumentum parte citata ad dicendum contra id, vel ſi inſtrumentum perſeuerauerit in iudicio aduerſario ſciente, videtur fateri contenta in inſtrumento contra ſe.*

25 *Niſi illud producat impugnatiue, aut cum proteſtatione in quantum facit pro ſe.*

26 *Item non approbat, enunciata in eo.*
*Fallit tribus caſibus hic notatis.*

27 *Inſtrumentum ſi producatur in actis quod incipit ſic & finit ſic, tunc tenor inſtrumenti non eſt de actis, ſed ipſa productio & appellatur verbalis.*

28 *Differentia inter realem inſtrumentorum productionem, & verbalem.*

29 *Inſtrumento quæ opponi poſſunt.*

30 *Duo teſtes reprobant inſtrumentum, quando ad probandum intentionem vna exhibentur inſtrumentum & teſtes, qui examinati repugnant inſtrumento.*

31 *Si de falſitate inſtrumenti principaliter tractetur, hoc caſu paribus teſtibus præfertur ſcriptura.*

32 *Confeßio reſultans ex productione vel impugnatione inſtrumenti præiudicat in eodem iudicio & inſtantia, & cum eodem aduerſario.*

33 *Productio inſtrumenti quoad vnum finem facta, non obſtat producenti quoad alium.*

34 *Comparatio literarum eſt ſubſidiaria probatio. ex ſcripturarum collatione procedens.*

35 *Fit per iudicem adhibitis peritis.*

36 *Ex ſcripturis hic deſignatis.*

37 *Ad ſcripturas eiuſdem vel alterius generis.*

38 *Facit ſemiplenam probationem.*

39 *De ſtylo Curiæ recognitio publici inſtrumenti fit per duos teſtes.*

40 *In antiquißimis quæ excedunt centum annos, ſufficit inſtrumenta publica eſſe in forma probanti.*

41 *In recognitione inſtrumenti vel regiſtri antiqui, ſufficit quod teſtes habeant notam manum notarij.*

42 *In recognitione ſcripturarum priuatarum, quæ ſolent fieri abſente parte, ſufficit, quod teſtes deponant, habere notam manum quia viderunt ſæpius ſcribere.*

43 *In recognitione apochæ priuatæ quæ fit à præſente præſenti, teſtes debent deponere fuiſſe præſentes.*

44 *Scriptura priuata trino teſte notata non indiget recognitione.*

45 *Scripturarum quædam facit mentionem de alia, & vocatur memoria ſiue mentio.*

46 *Scripturarum quædam ſumitur de alia, & illa habet quatuor nomina ſumptum, exemplum ſiue exemplatum, Copia, & index, illa vero ſcriptura vnde ſumitur habet tria nomina, originale, exemplar, & Authenticum, practici vocant protocollum.*

47 *Notarius non poteſt alterius notarij notas, imbreuiaturas, ſeu prothocollum in publicam formam redigere, niſi ſeptem concurrentibus hic annotatis.*

48 *Limita vt non procedat in ſucceſſore vno, vel pluribus in officio.*

49 *Publicatio ab exemplatione quomodo differat, & quænam ſcripturæ publicari poſſunt.*

50 *Exemplantur inſtrumenta publica, in qua exēplatione quinque requiruntur hic notata.*

SECVNDA & præcipua ſpecies probationis eſt, quæ fit per inſtrumenta, *c. teſtes §. ſi debitum 3. quæſt 9.* Inſtrumentum † eſt 1
ſcriptura facta ad alicuius probationem, inpoſterum faciendam; *l. contrahitur ff. de pignor. & hypoth. l. ſi quis legatum ff. de falſ.* Aliud eſt publicum, aliud priuatum, Publicum † eſt, 2
quod confectum eſt per manum tabellionis creati ab habente poteſtatem; *c. 2. hoc tit. l. 2. ff. rem pupill ſaluam fore §. cum autem Inſtit. de adopt.* cum ſolemnitatibus requiſitis, quæ plurimæ † ſunt. Prima inuocatio nomi- 3
nis domini, Secunda annus domini, Tertia nomen Papæ, Imperatoris, vel Regis loci; & annus papatus, imperij, ſeu regni, Quarta nomen conſulis illius anni, quod de conſuetudine non ſeruatur; Quinta indictio, Sexta

mensis

menſis & dies inſtrumenti. auth. vt proponatur nomen imperatoris in princ. & §. 1. & ibi glo. in verb. auctore, c. inter dilectos & ibi gloſſ. in verb. indictionis quæ etiam explicat quid ſit indictio & ibi Can. hoc tit. l. generalem & ibi gl. 1. C. de tab. lib. 10. Pan. in c. 1. num. 3. & ibi But. & Fel. hoc tit. Bald. in §. actor & §. die lunæ de pace conſtan. Septima locus generalis, & ſpecialis, puta locus loci. l. optimam & ibi gloſſ. in verb. ineo & Bald. num. 10. & DD. C. de contrah. & commit. ſtipul. Angel. in d. auth. vt proponatur nomen imperatoris in princ. & in auth. quib. mod. not. effic. legit. ſub num. xj. in fin. Rot. deciſ. 5. hoc titu. in antiq. Caſ. dec. 1. n. 7. & ſeqq. de dol. & contum. reprobata opinione Baldi ibidem allegata Caputaq. dec. 98 part. 2. Octaua ſeries facti, d. l. generali & ibi gl. 1. & alijs ſupra allegatis iuribus l. Iuriſgentium §. quod fere ff. de pact. & aliæ ſunt negotii, aliæ inſtrumenti qualitates, l. 1. §. editiones & ibi gl. mag. in fi. ff. de edend. & ibi DD. Nona teſtes, Bald. in l. præpoſteri in fi. C. de teſta. & in l. hac conſultiſſimam n. 3. C. qui teſta. fac. poſſ. idem de pace Conſtantia in glo. ſuper verb. die lunæ Dies, conſules, qui eſſe deſierunt, locus, & teſtes inſtrumentarii, qui cenſentur à partibus approbati, etiamſi alias eſſent inhabiles, auth. de teſtib. §. licet circa finem iuncta gloſſ. in verbo & ſupplicijs Io. de Imol. in l. ad teſtium §. ad conditionem ſub num. 4. ff. de teſtam. ord. Iaſ. in l. 1. num. 13. ff. de ferijs. appoſiti in primo inſtrumento, in ſubſequenti, quod illis caret, intelliguntur repetiti: Iaſ. in l. ſi quis argentarius §. ſi initium num. 6. ff. de edendo. ſufficitque in notario & teſtibus, cognitio illa quæ reſultat per aſpectum teſtatoris, vel contrahentium in ipſo actu teſtandi vel contrahendi, l. ſi non ſpeciali C. de teſtam. Bart. in l. 2. §. item labeo num. 4. ff. de acq. pluu. arc. Rot. diuerſ. deciſ. 434 part. 1. Si notarius dicat interfuiſſe, & non addit cum teſtibus, tamen hoc debet intelligi fauore validitatis actus, Caſ. dec. 1. n. 20. & 21. de reb. eccl. non alien. Felin. in c. poſt ceſſionem nu. 15. verſ. fallit. 7. de prob. per c. inter dilectos hoc tit. Decima rogatus notarij, l. diuus Traianus & ibi per illum text. notat Bart. in fine ff. de milit. teſtam. & DD. authent. de Trebel. poſt princ. verſ. nos autem credimus & ibi gloſſ. in verb. iniungatur & DD. c. inter dilectos & ibi gloſſ. in verb. profiteretur hoc tit. c. cum olim. de priuileg. factus à partibus, vel à teſtatore, l. 1. & ibi Bart. ff. de hæred. inſtit. Alex. in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita ſub num. 3. ff. de verb. obl. Bart. in l. ſciendum num. 15. & ſeqq. de verb. oblig. qui præſumitur ex verbis expreſſis, videlicet, publicaui rogatus, ſcripſi teſtibus adhibitis, &c. Bart. in l. ſciendum num. xj. ff. de verb. oblig. & ex conſenſu partium vndecunque collecto: fuſè Rot. diuerſ. deciſ. 248. 252. 253. part. 1. per l. hac conſultiſſima §. ſed licet C. de teſtam. & c. l. qui patitur ff. mand. & ibi gloſſ. & DD. Vndecima ſubſcriptio notarii, ſi vero totum ſit ſcriptum manu alterius, recipit auctoritatem à ſubſcriptione notarii, Bald. in l. diſtantibus num. 6. C. de teſtam. Greg xv. deciſ. 454. & ibi annot. Natt. conſ. 287. num. 4. Deſcriptio notarii in matricula non reſpicit ſolemnitatem actus, neque etiam ſolemnitatem publici inſtrumenti, ſed facit præſumptionem tabellionatus, & eſt neceſſaria ad hoc, vt notarius dicatur eſſe de collegio, l. ſcriniarios C. de teſtam. milit. & ibi Bald. & DD. Dec. in cap. 1. nu. 18. de fide Inſtrum. Iaſ. in l. barbarius nu. 56. ff. de off. præt. Rot. diuerſ. deciſ. 103. ſub numer. 32. part. 2. Duodecima quod inſtrumentum legatur partibus, Inſt. de empt. & vend. in princ. & ibi gloſſ. in verb. abſoluta l. fideicommiſſa in princ. verſ. quoties ff. de leg. 3. l. ſi quis l. ex ea ſcriptura ff. de teſtam. quia notarius non adhibetur ad ſolemnizandum actum ab alio diſpoſitum, vt voluit Bartol. in l. cunctos populos num. 41. in fine C. de ſumma Trinit. ſed ad ſolemnizandum publicum inſtrumentum, conti-

nens actum ab alio diſpoſitum, *Can. in cap.*
*1. hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 103. à n. 29. vſque ad nu.*
*33. part. 2.*
4 Creatus † à Papa, ſiue Imperatore vel ab
aliis Apoſtolicam ſiue Imperialem auctori-
tatem habentibus, vbique locorum inſtru-
menta conficere poteſt, ab inferiore creatus
non poteſt conficere inſtrumenta niſi in lo-
co ſubiecto ipſi creanti, & inſtrumenta in
illo loco facta vbique valent, *Imol. in c. cum*
*P. tabellio n. 4. & 5. & ibi Felin. num. 17. & 18. &*
*Can. & Rot. deciſ. 5. hoc tit. in nou. & diuerſ. deciſ.*
*103. n. 1. part. 2. Bart. in l. 1. num. 2. ff de offic. pro-*
*conſ. & leg Butr. in c. per venerabilem n. 22. & ſeq.*
*qui fil. ſint legit. Franc. Aretin. in cap. cum cauſam*
5 *num. 13. & ſeq. de prob.* Poteſt † rogari de his
quæ ipſe facit, aut percipit aliquo ſenſu, *Bal.*
*in rub. C. huius tit. num. 3. & ſeqq. Bald. in auth.*
*ſed nouo nu. 12. C. ſi cert. pet.* vel facit pars, quæ
rogat, vel faciunt ambæ partes; & verba no-
tarij prolata in perſonas contrahentium
videntur ab ipſis contrahentibus prolata,
*l. cum oſtendimus § fin. ff. de fideiuſſ. & c. tut. vel*
*curat. & ibi poſt gloſſ. DD. Bald. in l. mater tua*
*num. 5. C. de rei vend. l. optimam C. de contr. vel*
*committ. ſtipul. Bald. in l. 2. num. 8 in fin. C. de*
*execut. rei iud. Bart. in l. ſi dari ff. de verb. obl. & ibi*
*DD. Greg. xv. deciſ. 1. num. 3. & 4.* & non de his
quæ facit tertius: *Bart. in auth. ſi quis in aliquo*
*numer. 8. & 9. C. de edend. & ibi DD. Achil. deciſ.*
*4. & Bald. in rub C. hoc tit. num. 12. & ſeq & n.*
*33. Bald. in l. fin. num 13. C. de prob.* nam inſtru-
mentum non probat delictum, *l. 3. §. 1. verſ.*
6 *idem Diuus Adrianus ff. de teſtib.* Si de eadem †
re plures habet originales ſcripturas, ſiue
matrices, ſi eſt in eis repugnantia, neutra va-
let: ſi in vna eſt plus, quam in altera, ſiqui-
dem illud plus poteſt reduci ad minus, vt in
ſummis, valet de minori ſumma: *arg. l. ſi*
*diem § ſi plures ff de arbitr.* Si non poteſt redu-
ci, vt quia vna ſcriptura eſt plenior quam al-
tera, quia continet plura capitula pleniori
ſtatur: *arg. l. ſi ita ſcriptum fuerit Titius ff de ha-*
*red. inſtit. Bald. in l. imperator 1. n. 26. & 27. ff. de*
*ſtat. homin. Rot. diuerſ. deciſ. 671. num. 3. & ſeqq.*
*part. 1* Ego Notarius ſcripſi cum expreſſione
nominis, cognominis & cuius auctoritate
ſit Notarius, *l. 2. C. de conn. fiſc. debit. lib. 10. In-*
*ſtit. de empt. & vendit. in princ. in verb. niſi & com-*
*pletiones &c l. ad teſtium §. ſi quis ff. de teſtam.*
*auth. de tabell. in princ. Specul. tit. de inſt. edit §. 2.*
*breuiter num. xj. & 15.* cum impreſſione ſoliti
ſigni, *Specul. §. breuiter n. 15. d. l. teſtium §. ſig-*
*num ff. de teſtam. Bald. in 1 conſtit. conſ. n. 20. Bal.*
*in l. comparationes num. 31. C. hoc tit. Franc. in cap.*
*ſignificauit per illum text. de appell l. fin. C. de aſ-*
*ſeſſ.* quod ex opinione Rotæ non eſt de ſub-
ſtantia, *Greg. xv. dec. 454. nu. 3. & ibi annot.* e-
tiamſi totum inſtrumentum ſit ſcriptum
manu Notarii, *Caſtr. in l. cum antiquitas num.*
*7 ff de teſtam. Bald. in l. 2. n. xj. in fine C. quand.*
*fiſc. vel priu.* Eſt autem publicum inſtrumen-
tum probatio probata, & facit rem certam,
& manifeſtam, *l. intereſt & ibi Bal. & l. pecu-*
*nia & ibi Bald. numer. 5. C. de ſolut. l. ad proba-*
*tionem C. de prob. § item verborum obligatio In-*
*ſtit. de inutil. ſtipul. l. optimam C. de contrah. &*
*commit. ſtipul. Greg. xv. dec. 409.* Priuatum † 7
aliud eſt authenticum, aliud non authenti-
cum, *Pan. in c. 1. n. 2 hoc tit.* Authentica ſunt
inſtrumentum actorum confectum à duo-
bus idoneis viris, loco tabellionis, in iudi-
cio aſſumptis, etiam ſine præſentia teſtium,
& forenſis dici poteſt, *c. quoniam contra de pro-*
*bat.* Scriptura quæ habet authenticum ſigil-
lum Epiſcopi, inferioris Prælati, *c. 2. & ibi gl.*
*in verb. ſigilla allegat. concordant. & Can. de ſolut.*
*Franc. Marc. dec. 1078. num. 2. & ſeq. part. 1.* Ca-
pituli, vel alicuius Principis ſæcularis, *c. 2. &*
*ibi glo. fin. c. cum dilectus hoc tit. c. poſt ceſſionem de*
*probat. c. cura xj. quæſt. 3. & ibi gloſſ. 1.* Conuen-
tus, *cap. tertio loco de probat.* cuiuslibet
cor-

corporis, & Collegii, *c. dilecta & ibi gloſſ. fin. & Can. de exceſſ. prælat. Bald. in l. ſi qua per calumniam num. 8. C. de epiſc. & cleric.* ac alterius cuiuſq; de his quæ facere poteſt, vel debet ratione officij ſui, *Specul. de prob. § 3. videndum num. 15. Pan in d. c. poſt ceſſionem num. 1. de prob. Franc. Marc. quæſt. 1078. ſub nu. 4. part. 1.* Cautio priuata iam trino teſte, maſculo, *l. ſcripturas in fine C. qui pot. in pign. hab Fel. in c. 2. num. 4. hoc tit.* Probatæ atque integræ opinionis, quæ qualitates teſtium articulandæ, & probandæ ſunt, *Angel. Peruſin. in l. 2 § diem ſub n. 4. verſ. & notandum eſt diligenter ff. quem. adm. teſtam. aper.* notata, hoc ius eſt nacta, quod cautio publice facta: ita quod plene probet, tam contra ſcribentem, quam quẽlibet alium, *l. ſcripturas C qui pot. in pign. hab.* tam in perſonali, quam reali actione, *c. 2. & ibi gloſſ. in verb. authentic. hoc tit.* Sumptũ manu publici notarij, qui de inſtrumento non fuit rogatus, *l. vnum teſtamentum ff. de teſtam. auth. ſi quis in aliquo & ibi Bart. num. 3. & 15. C. de edend. & ibidem* DD. cum decreto iudicis & cauſa cognita, vocatis his quorum intereſt: *c. fin. hoc tit. c. cum dilecta de confirm. vtil. vel inutil. c. ex parte abbatiſſæ de priuil. c. Albericus & ibi Pan. num. 5. & ſeqq. de teſt. &c. auth. ſi quis in aliquo & ibi Bart. numer. 4. & 17. C. de edend. de quo inferius dicetur,* Exemplum vero ab huiuſmodi ſumpto extractum cum eadem ſolemnitate, fidem non meretur: *l. 3. C. de diuerſ. reſcript. Caputaq. deciſ. 234. part. 3. Greg. xv. deciſ. 432. & ibi annot. & dec. 469. & dec. 550.* & licet exemplum in actis regiſtratum probet in alio iudicio, quando ipſum exemplũ regiſtratum producetur apud acta alterius iudicis. ſecus tamen eſt in exemplo ab eo exemplato, *Greg. xv. dec. 550. num. 3. & 4. Paul. de Caſt. in l. 3. n. 3. & 4. Bald. n. 2. C. de diuerſ. reſcript. &c. Caputaq. dec. 234. part. 3. Couarr. pract. q. c. 21, Dec. in Auth. ſi quis in aliquo n. 30. C. de edendo,* Charta quæ profertur ex archiuio publico, *Auth. ad hæc C. hoc tit. c. peruenit 30. q. 1. cap. ad audientiam de reſcript. late Franc. Aretin. in c. cum cauſam numer. 4. & plurib. ſeqq. & ibi Can. de prob. l. exemplo & ibi late Bald. & DD. C. de prob.* quod habet cuſtodem deputatum de publico, & charta ſit poſita inter ſcripturas publicas, *Felin. in c. cum cauſam num. 7. de prob. & ibi Pan. ſub num. 1. & Can. Fel. in c. ad audientiam nu. xj. & numer. ſeqq. vbi ponit. 10. concl. de præſcript. & ibi Can. Franc. Marc. dec. 298. part. 1.* & fidem facit inter ſubditos etiam extra territorium: *Fel in d. c. ad audientiam ſub n. 12. circa finem.* contra non ſubditos non probat extra territorium, *Fel. in d. cap. ad audientiam n. 12. Franc. Marc. q. 438. nu. 4. part. 1. & quæſt. 334. n. 2. part. 2.*
Non authenticum † eſt char- 8
ta priuata, ſcriptura quælibet carens ſubſcriptione teſtium, quæ generaliter fidem non facit, niſi contra ſcribentem, eiuſque hæredem, *l. inſtrumenta l. rationes l. exemplo C. de prob. Greg. xv. deciſ. 159. numer. 2. & 3. Iaſ. in l. admonendi numer. 77. & ſeqq. ff. de iureiur.* contra tertium alicuius roboris firmitatem non habet niſi vetus ſit & mentionem faciat de facto antiquo, *c. 2. & ibi Pan. n. 11. Felin in princ. & Can. hoc tit. Mynſ. obſ. 79. cent. 5. dicens tempus dici vetus arbitrio Iudicis Iaſ. in l. admonendi num. 9. ff. de iureiurando,* Triplex eſt, quædam Apodiſſa, ſiue Apocha, quæ datur à parte parti, & proprie eſt ſcriptura creditoris profitentis ſibi ſolutum à debitore, *l. Lucius Titius l. 2. § tutelæ ff. de adminiſt. tut. l. ſi acceptilatum verſ. fin. ff de acceptil. l. qui tabulas, verſ. apocha ff. de furt.* Antapocha eſt ſcriptura, quam facit debitor creditori, in qua debitor fatetur ſe ſoluiſſe penſionẽ, cenſus vel vſuras, *l. plures C. hoc tit.* ne occultando aut intricando Apocham poſſit ius creditoris facere vacillare, *glo. in d. l. plures in verb. apochis & DD l. fin. § Titius & ibi gl. in verb.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

apocha ff.de cond.indeb.Franc. Marc. dec. 370.
part.1. Quædam eſt ratio, quam ſibi quis
conficit, vt ſunt computus tutorum, merca-
torum, campſorum noſtri temporis, l.inſtru-
menta l.rationes l.exemplo C.de probat.Greg.xv.
dec.79.Gail.obſ.20.lib.2.quæ inter ſocios ple-
ne probant, Menoch.de arbitr.iud.cent.1. lib. 2.
caſu 42. Rot. Ianuenſ.dec.173.numer.5. Rip.in
l.admonendi num.129 & ibi DD. ff. de iureiur.
Rot.Farin.dec.641.num.5.part.1. ac generali-
um adminiſtratorum & officialium publi-
corum, qui tenentur libros rationum confi-
cere, alij autem adminiſtratores particulares
non tenentur, Greg.xv.dec.274.& ibi annot.
Quædam eſt epiſtola, quam quis mittit al-
teri, Bart.in l.nuda ratio à num. 5.vſque ad fin.
ff.de donat.idem in auth.etſi contractus num.6.&
ſeqq.C.hoc tit.c.2.& ibi Pan.numer. 1.in fin. &
num.ſeqq.& ibi Fel.numer. 2.& ſeqq. & Can.
eod.Bald.in rub.C.huius tit.num.56.& ſeqq.So-
9 lemnitates † requiſitæ in inſtrumento pu-
blico non ſunt neceſſariæ in ſcriptura priua-
ta, l.cum tabernam §.idem quæſijt ff. de pignor.
Bald.in 1.conſtit.Cod.§.quibus num.21.l.in com-
modato §.ſicut verſ.ergo ſi pupillares ff.commod.
Limita 1.in ſcriptura priuata teſtamenti e-
tiam inter liberos, in quo debet bene appa-
rere de die, & anno, Auth.quod ſine C.de teſta.
quia pluries & fieri, & mutari poteſt, & id
eſt ratum quod vltimum comprobatur, l.o-
mnium C. de teſtam.l.2.§.diem ff.quemad.teſtam.
aper. Secundo quando ſcriptura priuata di-
recto conficitur ſuper tempore, l ſi alterius C.
ſi minor ſe maior.d.exer.l.2. C. de ijs qui veniam
ætat.impet. Tertio quando ſubſtantia actus
poteſt infringi ex tempore, vt in mandato
procuratoris dato per priuatam ſcripturam,
quia ſi non apparet de tempore tunc iudici-
um quaſi ſine mandato factum poteſt in-
fringi, Bald.in 1.conſtit.C.n 23. Quarto quoad
probandam prioritatem & poſterioritatem,
l.ſcripturas & auth.ibi poſita C.qui pot.in pign.
hab. Angel.de Peruſ.in §.ſi quis auth.de inſtrum.
caut.& fide n.4.nam cum prioritas conſiſtit in
tempore, non poteſt probari, ſi tempus non
adeſt, l.prior C.qui pot.in pign.hab.

Inſtrumenta produci † poſſunt ab vtraq; 10
parte in iudicio: (producta cum libello non
probant niſi poſt litem conteſtatam repro-
ducantur, gl.in c.cum dilectus in verbo in modum
exceptionis, & ibi Can.de Ord.cogn.Mathaſ.ſing.
40.& ibi late add.Mynſing.Obſ.53.Cent.2. co-
ram iudice præſente, Felin.cont.Pan.in c.quo-
niam contra num.38.& 39.& ibi Hoſt.Butr.Im-
mol.de probat.Bald.in l.2.ſub numer.2. C. de
Edend. allegans plures textus. vel coram Nota-
rio à Iudice ſpecialiter deputato, ad reci-
piendam productionem ſcripturarum, Fe-
lin.in d.c.quoniam contra ſub n.40.verſic.ſecun-
do limita & nu.41.de probat. vt ibidem Hoſt. &
Butr.) poſt publicatas atteſtationes vſque
ad concluſionem, id eſt renunciationem al-
legationum, & omnium aliarum probatio-
num, c.cum dilectus & ibi Felin.ponit 4.ampl.&
12.limit.& Can.hoc tit.c.paſtoralis §.ſi vero re-
nunciatum de cauſ.poſſeß.& prop. cap. auditis de
procur. & poſt eam produci non poſſunt in
cauſa prophana, Rot.deciſ.1.de prob.in antiq.c.
cum dilectus de fid.Inſtrum.Innoc.in cap.paſtoralis
nu.1.de cauſ.poſſeß.& prop.Rot.deciſ.1.de teſt.in
nou.& ibi add.Mynſ.obſeru.53.cent.2. niſi pro-
ducens iuret per ſe aut procuratorem ha-
bentem ad id ſpeciale mandatum nouiſſi-
me illa fuiſſe reperta, Iaſ.poſt Bart.in repet. l.
admonendi nu.58.ff.de Iureiur.& ibi Rip.n.48.&
DD.Fel.in c.paſtoralis n.9.de except. Mynſ. obſ.
53.cent.2. ſecus in cauſa beneficiali, niſi ex-
preſſe eſſet dictum, quod poſt terminum,
nec per inſtrumenta, nec alias probari poſ-
ſit, Rot.d.deciſ.1.& dec.2.de prob.in antiq.Clem.
ſæpe & ibi gloſſ.in verb.non obſtante de verb.ſignif.
& ibi Can, aduerſario citato † ad dicendum 11
contra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contra ea, alias non dicuntur de actis, *Felin.*
*in c.quoniam contra nu.4.de prob.Caputaq.deciſ.*
*99.part.2.Greg.xv.deciſ.* 110. *num.* 5. *Sarnen.*
*in reg.de annali quæſt.* 4. *num.* 8. *&* 41. vel
præſente, *c.charta 3.quæſt.1.l.iudices & ibi Bald.*
*in 4.not.C hoc tit.* ac data ei copia, cum ter-
mino ad opponendum, *l. cum quidam in*
*princ.C.hoc tit.Bart.in extrauag.ad reprimendum*
*in verbo de plano n.3.in fine quom.in crimin. læſ.*
*maieſt.proced. Angel, Aretin.in §.appellatur in fine*
*de inſt.except.* ita quod ſi ſuper vno tantum
capitulo inſtrumenti, vel priuilegii quæſtio
fuerit, totum inſtrumentum ſeu priuilegi-
um, præſente iudice, aut aliquibus pruden-
tibus viris deputatis ab ipſo, audiente parte
contraria recitetur, vel potius tradatur ad
legendum aduerſario integraliter, *c.cum per-*
*ſonæ in princ.de prud.in 6. Felin.in c. contingit. n.*
*1.hoc tit.& ibi DD.* & capitulum controuer-
ſum ſolummodo deſcribatur, & aduerſæ
parti copia eius fiat, *c.contingit hoc tit.l.argen-*
*tarius §. eli ff. de edend.* Inſtrumentum ro-
gatum in officio notarii cauſæ, ad effectum,
vt ſit de actis, requiritur quod ſit repeti-
tum cum partis citatione, ad dicendum
contra id, & oblata copia, *Sarn.in reg.de ann.*
*quæſt.4 n.11.Greg.xv.deciſ.508.nu.8. & ibi an-*
12 *not.* Reſcripta & literæ ſummi † pontificis
edenda ſunt integraliter cum die & anno, *c.*
*eam te & ibi gloſſ.in verbo datam literarum &*
*Can.de reſcript.* reliqua inſtrumenta debent
edi ſine die & anno, quo conſcripta ſunt, ne
quid excogitetur, aut prolato die fiat, *l.1.§.*
*editiones ff.de edend.* ſed cum nominibus te-
ſtium Tabellioni & loci. *gloſſ.in d. §.editiones*
13 *in verbo die & conſule in fin* Fallit in † rationi-
bus quæ debent edi cum die & anno, *l.1.§.*
*rationes ff.de edend.* quoniam accepta & data
non alias poſſunt apparere, Secundo quan-
do dies ſolutionis vel ſummæ non poteſt
eſſe clara ſine die inſtrumenti, vt quia in-
ſtrumentum dicit, promiſit hinc ad men-
ſem, *Bald.in l 1.§.editiones in fine ff. de edend.*
Tertio, ad inſtruendam falſi accuſationem
contra producentem de vſu vel de fabrica, ſi
petens edi diem, offerat ſe paratum inſcri-
bere ad pœnam talionis, *l.fin.C.hoc tit.Bald.*
*in c.1.n.8.de prob.* debet edi integri originale
coram iudice in loco congruo, & ſecuro &
paucorum comitantium numero, *c. accepi-*
*mus hoc tit.* præſtito per petentem illud exhi-
beri, ſi ſemel inſtrumento fides fuerit impo-
ſita, iuramento ſe credere poſſe probare il-
lud eſſe falſum, *l.fin.C.hoc tit.* interim vero
ſtatur inſtrumento, & ſententia illius vigore
lata eſt inuiolabiliter obſeruanda, *d.c.accepi-*
*mus.* Quarto, in inſtrumentis communibus
factis pro cautione plurium, *l fin ff.hoc tit. l.*
*ſi quæ ſint cãtiones ff famil.erciſcund.* ac in actis,
iudicialibus, ſiue forenſibus, etiam de ijs,
quæ ſunt voluntariæ iuriſdictiodis, *l.* 2.*C.de*
*edend.Bald.in l.1.§.editiones n.20.in fine ff. eod.*
*Innoc.in c.1.n.1.2.& 3.de prob.Lanf.dec.247.cent.*
3 Quinto, in inſtrumento, quo quis vtitur
extra iudicium, vt in proteſtationibus, *l.ſi*
*quis inficiatus ff.depoſ.Bald.in c.cauſam te nu.9.*
*de reſcript.* Producens † iura non poteſt re- 14
uocare productionem ipſorum, quandò
pars eſt citata ad dicendum contra, ex quo
per citationem ſunt effecta communia, *Put.*
*deciſ.262 lib.2.contra Paulum de Caſtro in auth.*
*iubemus numer.5.C.de iud.* ſufficit citato † ad 15
videndum produci iura, opponere genera-
lia, *Fel.in c.fi.ſub n.7.verſ.2.fallit hoc t.Put. dec.*
*155.ſub nu.1.libro 1.Rot.elec.2.hoc tit.in not:*con-
tra productionem & admiſſionem iurium
ex aduerſo productorum, ac ſtante tali op-
poſitione poteſt opponere contra admiſſio-
nem iurium ex diuerſis cauſis; vel quia ob-
ſtat producenti res iudicata, vel quia iura
non ſunt releuantia, vel non ſunt in forma
probanti, vel quia reſpiciunt petitorium,

ſed ſi contra inſtrumenta producta diceret
generalia, oppoſitio huiuſmodi reſpicit tan-
tum inſtrumenta producta, & non reſpicit
eorum admiſſionem, ideo ſi ex illorum pro-
ductione & admiſſione deprehenderetur
iniquitas rei iudicatæ, nec appellaret ab ad-
miſſione dictorum inſtrumentorum, vide-
tur renunciaſſe rei iudicatæ, *Caputaq. deciſ.
323. part. 1. Paul. de Caſtro in l. titiæ textores ff. de
leg. 1. & ibi DD. Caputaq. deciſ. 278. & dec. 279.
part. 2. l. ſi aduerſarius C de fid. Inſtrum.* quod
ſi pars citata ad videndum produci &c. non
oppoſuit contra ea in termino, an ante ſen-
tentiam poſſit opponere & excipere contra
ea? Rota ſeruat diſtinctionem Decij, *in auth.
ſi quis in aliquo num 27. C. de edend.* quod poſſit
opponere, quando iudex ea ex officio reie-
cit, ſecus vero, quando iudex non reiecit,
nec pars oppoſuit, videtur enim illis acqui-
eſcere ex tacito conſenſu, *arg. l. optimam C. de
contrah. & committ. Socin ſen in d. auth. ſi quis in
aliquo num. 17. & 18. Put. deciſ. 116. lib. 2. Iaſ. in
l. Titiæ textores num. 15. ff. de leg. 1.* defenſiones
enim reorum incipiunt ab excipiendo, *Bal.
in l. per hanc ſub numer. xi. C. de temp. appell. per l.*
16 *ſi vnus § pactus ff. de pact.* Inſtrumentorum †
receptio poteſt ex cauſa committi iudici al-
terius territorii, citata & monita parte ad-
uerſa, vt iſti compareat, & poſtquam in locis
oportunis fides inſtrumento data vel mi-
nus data fuerit, referatur negotium ad prio-
rem iudicem; *l. iudices & ibi DD. C. hoc tit. cap.
peruenit in princip. & c. conſtitutus in fine de fide-
iuſſ. c. cum olim § interim de priuil. Gail. obſ. 134.
lib. 1. l. ſed ſi quis ex ſignator. & ibi gl. fin. ff. quem-
admodum teſtam. aper. inſpiciantur & deſcrib.*
quia originalia ſine periculo transferri non
poſſunt ad alia loca. De Stylo Curiæ de-
cernuntur compulſoriales generales, item
ſpeciales pro extrahendo aliquo inſtrumen-
17 to. Generales decernuntur † citata vel non

citata parte aduerſa, *Rot. deciſ. 42. & 43. de
prob. in antiq. Rot. deciſ. 4. hoc tit. in antiq. c. penul.
in hoc tit.* diriguntur ſimplicibus clericis, &
compulſor aſſumptus illarum vigore non
debet eſſe qualificatus *iuxta c. ſtatutum de re-
ſcript. in 6. Achil. dec. 3. de offic. deleg. add. ad deciſ.
30. de reſcript. in nou. c. ſtatutum & ibi glo. in verb.
cauſa Franc. & Can. de reſcript. in 6.* decernun-
tur tempore feriarum generalium in diebus
iuridicis, *Rot. diuerſ. deciſ. 758. in fine &
deciſ. 759. part 3. lib. 3. l. oratione iuncta l. ſolet
ibi & ſi qua ſimiles ſunt ff. de fer. & dilat.* non
impediunt proceſſus vlteriorem, *l. pen. § his
de præſentibus circa fin. C de reb. cred. l. 2. §. fin.
verſ ſin autem C. de iureiur. propter calum. dan.*
Poſſunt exequi per diuerſos iudices, & pro-
ceſſus inchoatus per vnum iudicem poteſt
finiri per alium, ob clauſulam in compul-
ſorialibus generalibus poſitam, vnus ve-
ſtrum alium non expectet, nec vnus pro alio
ſe excuſet, ob quam ceſſat *c. ſi plures de offic.
deleg. in 6. Put. dec. 381. lib. 2. faciant not. per Bart.
in l. ſi quis 2. C de aquaduct. lib. xj. Veſt. in praxi
libr. 6. cap. 1. num. 12. & ſeqq. xv. deciſ. 218.* Spe-
ciales † dantur parte citata, cauſa cognita, 18
dato dubio, ac decreta compulſione, ſi fe-
riæ ſuperueniunt, poterit iudex partes cita-
re & cogere in ipſis feriis ad concordan-
dum de loco & iudice compulſore; quia hæc
pertinent ad abſolutionem negotij prius in
iudicio explicati, *c. fin. de iud. Bell. dec. 657. au-
ditor & deciſ. 658.* retardant proceſſum cauſæ
ſicut remiſſoriæ, & dantur prorogationes ad
illas expediendas, ſicut dantur pro expedi-
tione & executione remiſſoriæ; *Caputaq. de-
ciſ. 171. part. 1. atteſtans de Stylo Rot. l. ſiue pars C.
de dilect. gloſſ. 2. in fine in c. 2. & ibi Can. de dilat.
Veſt. in praxi lib. 6. cap. 1. num. 12. in fin.* debet-
que † iudex compulſorialis eſſe qualifi 19
catus ex generali regula *cap. ſtatutum §. in
nullo. de reſcript. in 6.* & compulſio extra locũ
depu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deputatum facta eſt nulla; *cap. ſtatutum §. in*
*nullo & ibi Franc.nu.* 4.*& Can.de reſcript.in* 6.
*Card.Seraph.deciſ.*90.*&* 94. non poteſt ſub-
delegare, etiamſi datus eſt de conſenſu par-
tium, *Pulchre Rot.deciſ.8.de offic. deleg. in nou.*
*c.cum cauſam in fine de appell. & ibi poſt gloſſ.*
*Can.la iudice C.de iud.c.paſtoralis §.ſi vero de of-*
*fic.deleg.& vtrobique* DD. ideo ipſe debet re-
cipere iuramenta teſtium, & deinde poteſt
ſubdelegare examen, quia receptio iuramē
ti eſt actus iuriſdictionis; *c. cum cauſam & ibi*
*Franc.in* 4 *&* 7 *quaſt. & ibidem Prepoſ.&* Can.
*de appell.Caputaq.deciſ.*167.*&* 173 *part.* 1, *Rot.*
*deciſ.3.ad teſt.in nou.* circa ferias debet ſerua-
re formam traditam, ab eo qui litigatores
remiſit, ſi nulla ſit forma tradita, ſeruabit le-
gem illius loci, in quo compulſionem exe-
quitur, *arg.l.ſed etſi per prætorem § pen ff ex quib.*
*cauſ.maior.l.miles §.quidam verſic. ſexaginta ff.*
*de adult.fere.ſenecol.de remiſſ.litig.cap.*33.
20 Regularis canonicus non † poteſt eſſe iu-
dex compulſorialis, ſine conſenſu ſuperio-
ris, & ſi compulſet, acta ſunt nulla, etiamſi
pars aduerſa fuiſſet præſens, & nihil oppo-
ſuiſſet, *Caputaq. deciſ.*174.*part.* 1. *Rom.ſing.*
245.*religioſus Clem.religioſus & ibi annot. de*
*procurat.* quia religioſus non poteſt ſe inter-
mittere in iudicialibus ſine conſenſu ſupe-
rioris, *Clem.religioſus de procur.l.pedius §.in ſer-*
*uum ff.de arbitr.* aut etiam extraiudicialibus,
cum non habeat velle aut nolle, *c. religioſus*
*de teſtam.in 6.c.non dicatur* 12.*q.*1. *Clem.vnic.de*
21 *teſtam.* Notarius locus, & iudex † compul-
ſoriales poſſunt recuſari, notarius & locus
ſolo iuramento abſque expreſſione cauſæ,
*Bald.in c.ſuper quæſtionum ſub num.2.de offic.de-*
*leg.Franc.in c cum ſpeciali n.*41.*& ſeqq.de appel.*
*Caputaq.dec.*64 *part.*3 *Rot.diuerſ.dec.*93. *nu.* 3.
*part.*1. iudex de ſtylo in curia non poteſt re-
cuſari ſuſpectus à procuratore, niſi habeat
ſpeciale mandatum, *Caputaq.dec,*168.*part,*1,
*l.ſi procurator §.celſus & ibi glo.in verbo quoniam*
*nihil ff de cond.indeb arg.eorum quæ notat An-*
*gel.in l ſi quis intentione nu.*4.*& DD ff.de iud.&*
*in terminis noſtris Alex.conſ.*78.*nu.*14.*&* 15.*vol.*
5.*& Pariſ.conſ.*31.*n.*72.*&* 112.*vol.*1. quia cauſa
ſuſpicionis reſidet in animo, & animo reten-
ta non poſſunt per hæredem & minus pro-
curatorem explicari niſi habeat ſpeciale mā-
datum, *l. idem pomponius ſcribit ſi fru-*
*mentum §.fin.& ibi gl in verbo appareat.& DD.*
*ff.de rei vendic.l.ſi quis intentione & ibi Bald. nu.*
2. *Angel.Peruſ.num.*4.*& DD.ff de iud.gl.in l.in-*
*ter ſtipulantem §.*1.*in verbo actori & ibi DD ff.*
*de verb.ſignif.* nec ſufficit mandatum genera-
le cum libera, *Bart in l.inter ſtipulantem §.*1.
*n* 9.*& ibidem DD ff.de verb obligat.* extra cu-
riam iudex compulſor recuſari poteſt, cen-
ſeturq́, legitima recuſatio, quando cauſæ le-
gitimæ recuſationis fuerunt propoſitæ in
ſcriptis, præſtitum fuit iuramentum, petiti
fuerunt arbitri, & fuerit appellatum à pro-
ceſſu vlteriori & quidquid poſtea fuerit a-
ctum, eſt nullum etiam deſerta appellatio-
ne, *c.cum ſpeciali & ibi Pan.Franc.in princ. & c.*
2 *requiris §.*3.*& vtrobiq; Can.de appell.Pan.in c.*
*quoniam contra num.*13 *de prob.poſt gloſſ.in verbo*
*recuſationes Alex.in l.quia poterat nu.*4.*ff ad Tre-*
*bell.Caputaq.deciſ.*172 *part.*1.*Rot.deciſ.*93 *part.*
1.*diuerſ.* In extractione † inſtrumentorum 22
& iurium in vim compulſorialium requiri-
tur citatio, quia in curia in obtinendis com-
pulſorialibus citatur aduerſarius ad conſti-
tuendum, vel ſubſtituendum procuratorem
reperibilem & acceptantem intra certum
tempus præfixum in loco, in quo compul-
ſoriæ ſunt exequendæ, & in euentum non
conſtitutionis huiuſmodi procuratoris de-
cernitur proceſſus per affictionem ad val-
uas eccleſiæ maioris ibidem, qua forma ſer-
uata iura cenſentur bene compulſata, *Capu-*
*taq.deciſ.*175.*part.*1.*Card.Seraph,deciſ.*450.*n.*2.

Paul.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Paul.de Caſtro in l. iudices num* 6.*C. de fid. In-*
*ſtrum.late Rot.deciſ.*1.*hoc tit. in nou.* Quod ſi
compulſoriales generales, vt plerumque fit
in Curia fuerunt decretæ, aduerſario non
citato, requiritur ſpecialis & perſonalis cita-
tio, quando perſona eſt certa quæ lædi po-
teſt, & citatio per edictum, quando perſona
eſt incerta, *l.* 2.*& ibi Bald.n.*6.*C.de teſtam.Pan.*
*in c.ſignificauit num.*8.*de teſtib.Felin.in c. fin. nu.*
6.*qui ponit aliquot fall.hoc tit.Rot.deciſ.*1.*in nou.*
*& deciſ.*4.*in antiq. Mohed.deciſ.*8.*hoc tit.* quan-
23 do † extrahuntur inſtrumenta per alium
notarium, qui de eis non fuit rogatus, ſecus
ſi per illum eundem notarium, qui ſcripſit
originale, extrahantur, tunc enim faciunt fi-
dem parte adhoc non vocata, quia ſunt in-
ſtrumenta publica, & eadem eſt perſona &
eadem auctoritas, quæ illis fidem imponit:
*l.ſi quis ex argentariis* §. *prohibet ff. de edend.*
*Bart.in auth.ſi quis in aliquo num.*3. *C.eod.*§.*ſed*
*& vnum & ibi gl.in verbo immineat in fin. Inſtr.*
*de teſtam.Felin.in c.fin.num.*7.*hoc tit. Rot.deciſ.*
4.*eod.in antiq. Caputaq.deciſ.*170. *part.*1. imo
obtenta & executa ex aduerſo compulſoria,
inſtrumenta habita à notario compulſore
faciunt fidem, licet non ſit reproducta com-
pulſoria, *Card. Seraph. deciſ.*1387.*numer.*8.
*auth.adhac C.hoc tit. Iaſ. in l.*1.*num.*8.*& ſeqq.*
*ff.quod quiſque iuris &c.Iaſ.in l.*1.§ *editiones nu.*
*xj.& ſeqq.ff.de edend.* quia cum fuerint pro-
ducta coram notario compulſoriæ, fuerunt
de ipſius actis effecta, & propterea; vti pro-
pria, poſſunt ab iſto ſine aliqua ſolemnitate
extrahi; *Marant.de ord.iud.partib.* §. *decimus a-*
*ctus ſub num.*3.*verſ. quandoq; producens inſtru-*
*mentum Gregor.xv.deciſ.*38.*num.*2.*& deciſ.*454.
eadem ratione non requiritur citatio, quan-
do capitur ſumptum ex regiſtro principis,
qui priuilegium conceſſit, *Archid. in c. contra*
*morem poſt num.*1.100.*diſt.Pan.in c.albericus ſub*
*num.*5.*de teſtib.& ibi Can.* aut quando pars
non citata compulſoriales reproducit, *cap.ſi*
*Romanorum* 19. *diſt.Rot.deciſ.*2.*hoc tit.in nou.*
aut præſens fuit exemplationi licet non cita-
ta, *Imol.poſt Innoc.num.*4.*in c.fin. num.*13. *hoc*
*tit.per l.in cauſæ* 1.§.*cauſa ff.de minor.Ioan.Andr.*
*in c fin.num.*4.*de elect.in* 6. Illud notandum
eſt quod collatio ſcripturarum facta cum
originalibus vim habeat tranſſumptionis,
*Rot.diuerſ.deciſ.*311.*num.*2.*part.*1.*l.chirographis*
*ff.de adminiſt.tut.* Quando fit diligentia de
repetiendo breue, aut ſupplicationem, ſeu
bullam in regiſtris citanda eſt pars ad viden-
dum fieri diligentiam, quæ fieri debet per
duos electos à iudice officiales officij vbi fit,
& poſt factam diligentiam iterum citanda
eſt pars ad videndum fieri relationem, &
officiales debent referre medio iuramen-
to, & ita erit diligentia rite facta, alias
non tenet, *Caputaq.deciſ.*265.*part.*1.*l.*1. *& ibi*
*Bart.ff.de vent.inſpic.auth.de non alien. aut per-*
*mut.reb.eccleſ.immob.*§. *quod autem dictum eſt*
*& ibi Ang.de Peruſ.& DD.c.ſignificaſti el.*2.*& i-*
*bi Pan.num.*3.*& Can. de homicid.* Producens
inſtrumentum ſpecialiter, ſiue etiam gene-
raliter, vt acta coram N. Iudice (generalis e-
nim productio toleratur, licet quoad prote-
ſtationem in parte & partibus habeat diffi-
cultatem, *Butr.in cap. imputari ſub numer.*2.*&*
*Im.in c.*5.*perpetuus nu.*5.*hoc tit.*) parte † citata 24
ad dicendum contra id, vel ſi inſtrumentum
perſeuerauit in iudicio, aduerſario ſciente,
*Bald.in l.ſi quando n.*3.*C.de teſtib.Iaſ.in l.prope-*
*randum* §.*ſin autem reus n.*5.*C.de iud.vbi limitat.*
4.*mod.Caſ.deciſ.*16.*num.*2.*&* 5.*de prob.* videtur
fateri contenta in inſtrumento contra ſe,
& ex ipſis condemnari poteſt, *c.cum venera-*
*bilis de except.c.cum olim.de cenſ.l.cum precum.C.*
*de lib.cauſ.Bart.in l.poſt legatum ff de his quib. vt*
*indig.&c.Mohed.dec.*1.*de regul.* etiamſi ſcriptu-
ra fuerit producta à procuratore, *Crau.conſ.*
80.*num.*4.*&* 5.*Greg.xv.deciſ.*331.*nn.* 12.*& ibi*
*annot.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*annot.* quæ regula locum habet etiam in fiſ-
co, ac in iudice inquirente, *Bald. in l. parentes*
*ſub num. 5. & ibi Salyc. ſub num. 2. & DD. C. de*
*teſtam. Greg. xv. deciſ. 258. n. 6. & ibi annot. limi-*
*tat. duob. mod.* & hæc productio realis voca-
tur, quæ præſumitur, quando adſunt verba
tenoris &c. facto produxit &c. animo re
habendi vel ſimilia; *Marcheſ. de commiſ. part.*
*3. fol. 157 gl. in extrauag. ad reprimendum in verbo*
*de plano verſ. & ſi aliquis haberet terminum ad*
*producendum quom. in crim leſ. maieſt proced. &*
*ibi Bart. ſub nu. 3. Rom. conſ. 519. Imol. in c. cum in*
*iure ſub num. 10. de offic. deleg. Greg. xv deciſ. 59.*
*& ibi annot. nu. 10. & ſeqq. Bart. in l. 2. num. 5. ff.*
*de exception.* quia non tenetur originale di-
mittere apud acta, *l. fin. & ibi Bart. C. de fid. In-*
*ſtrum. c. cum perſonæ in princ. de priuil. in 6. Bald.*
*in l. 1. § editiones num. 20 ff. de edend. Felin. in c.*
*contingit per illum textum num. 1. hoc tit.* ſed re-
giſtratio eius facta in actis parte citata pro-
bat contenta & depoſita in inſtrumento, *d.*
*l. fin. C. hoc tit. Bart. in l chyrographis num. 2. per*
*illum text. ff. de adminiſt. tut. Felin. in c. quoniam*
*contra num. 10. de prob. qui ponit duas limit.* niſi
25 illud † producat impugnatiue, puta cau-
ſis grauaminis, *Crauet. conſ. 175. num. 7. Rot.*
*diuerſ. deciſ. 104. n. xj part. 2. Caſ. deciſ. 6 ſub nu.*
*1. de re iud.* aut cum proteſtatione in quan-
tum facit pro ſe, & contra partem aduerſam
& non aliter, *c. cum M. de Conſtit. & ibi Can. c.*
*cumana de elect. Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nou. Felin. in*
*d. c. cum venerabilis n. 13. verſ. lim ita ſecundo vbi in*
*verſ. horum autem opinio ſublimitat. quinque mod.*
26 *de except.* Præterea † non approbat enun-
ciata & narrata in eo, *l. fin. ff. de prob. l. aurelius*
*§ fin. ff. de lib leg. Bart. in d. c. cum venerabilis nu.*
*17. & ibi Felin. num. 13.* Limita primo quando
verba enunciatiua reſpiciunt ſubſtantiam
actus, de quo agitur, & relationem habent
neceſſariam certo modo ad eiuſdem actum,
*l. optimam C. de contrah. ſtipul.* Secundo quan-
do ſunt emiſſa ſuper eo, in quo partes ſibi
poſſunt præiudicare, *l. quidam ff. de prob.* vt
prolata ſuper aliquo iure, in quo ſit dare
quaſi poſſeſſionem, conſtituunt illum, ad
quem verba diriguntur, poſſeſſorem illius
iuris, & transferunt onus probandi, *l. non*
*nudis l. non Epiſtolis C. de prob. l. pen. ff. eod. & ibi*
*gloſſ. 1. l. ex hac ſcriptura & ibi Bart. numer. 16. in*
*fine ff. de donat.* Tertio, in producente pro-
prium inſtrumentum, ſiue propriam appel-
lationem; in quo ſtatur narratis, & enun-
ciatis contra producentem, *Rot. deciſ. 3. in fine*
*hoc tit. in nou. ff. Felin. in d. c. venerabilis ſub num.*
*23. verſ. horum autem opinio.* Quando quis
comparet ſimpliciter in actis, & produxit † 27
inſtrumentum, quod incipit ſic & finit ſic,
tunc tenor inſtrumenti, non eſt de actis, ſed
ſola productio, & appellatur productio
verbalis, *Alex in auth. ſi quis in aliquo ſub num.*
*9. verſ. tamen dictam concluſionem reſtringe C. de*
*edendo & ibi DD. Sarnen. in reg. de annali quæſt. 4.*
*ſub num. 10. verſ. quinimo Natt. conſ. 194. num.*
*15 Rot. Farin. deciſ. 561. numer. 10. & ſeqq. part.*
*1. c. chartæ 3. quæſt. 9. Gregor. xv. deciſ. 59. numer.*
*10 & ſeqq. Imol in cap cum in iure numer. 10. in*
*fine de offic. deleg.* Quod ſi pars citata ad di-
cendum contra iura realiter producta nihil
† opponat infra terminum ad opponen- 28
dum, tunc non poteſt amplius contra ea
opponere, *Rot. deciſ. 2. de fid. Inſtrum. in nou.*
*Greg. xv deciſ. 292. nu. 2. & ibi late annot. Gonz.*
*ſuper reg. de menſ. & alternat. gloſſ. 64. num. 22.*
*& ſeqq.* quando per iudicem vel partem iura
ſunt exceptata, niſi iudex ea reijceret ex offi-
cio tacite vel expreſſe parte nihil dicente,
*Butr. deciſ. 116. lib. 2. Dec. in auth. ſi quis in aliquo*
*C. de edend. num. 27. & ibi DD.* contra iura
verbaliter producta poſt terminum admit-
tuntur exceptiones, *Gregor. xv. deciſ. 393. l.*
*quicunque ff. de fid. Inſtrum. & ibi gloſſ. mag.*
quia originalia ſemper ſunt oſtendenda,

quando non ſunt ſolemniter publicata,
*Anch.in c.cum in iure verſic. vlterius de Offic. Delegat.Pan.numer.6.Butr.ſub numer. 19. verſic.
quædam ſunt,quæ non ſunt de actis, vt Canon,
communiter.*

29 Opponi † poteſt contra inſtrumenta
de ſuſpicione falſitatis quæ ſufficit vt in ciuilibus fidem non mereantur,*c.in memoriam & ibi Archid.num.12.19.diſt.Dec. in c. porrecta nu.
1.de confir.vtil.vel inutil.Greg. xv. deciſ.546.nu.
11.& ibi annot.*de raſura in loco ſuſpecta, *c.
cum venerabiles in fine princ. de relig.domib. &
ibi gloſſ.fin.& Can.c.2.hoc tit.& ibi gloſſ. in verbo abraſa & Can.* quod indeterminate loquantur,& cauſam non contineant, *d. c. ſi
cautio hoc tit.*quod ſcripturæ ab eodem productæ ſint contrariæ,*c.imputari hoc tit. & ibi
gloſſ fin.*quod ſi hinc inde ab actore , & reo
producantur ſcripturæ contrariæ,ſtatu digniori,*l.optimam C.de contrab.& committ.ſtipul.
l.ſcripturas C.qui pot.in pign.hab.* ſi per omnia
ſint æquales , iudicabitur contra eum qui
probare debebat,quaſi nihil probauerit,niſi cauſa ſit fauorabilis:*c.ex literis de prob.Pan.
in c.imputari ſub num.2.verſ.ſed tu colligendo dicta& ibi Imola & Can. hoc tit.* item opponi
poteſt quod habeant ſigillum cuius literæ
non ſunt legibiles,deletæ,vel enormem patitur fracturam,*c.inter dilectas hoc tit.* & plura
alia quæ colligi poſſunt ex dictis in hoc titul.
Vitium grammatices non vitiat inſtrumentum,quia error ſcripturæ,non impedit cauſam iuris,*l.errore l.ambiguitates C.de teſtam.l.1.
ff.de hæred.inſtit.*ſed bene vitiat reſcripta Papæ,quæ tranſeunt per multas manus,*c.ad audientiam de reſcript.*litteræ vel ſyllabæ omiſſio
non inducit vitium,*l qui habebat ff. de manumiſſ teſtam.l.quoniam indignum C.de teſt.c. ex
parte hoc tit.*Quando ad probandum inten-
30 tionem vna exhibentur † Inſtrumentum
& teſtes qui examinati repugnant Inſtrumento,tunc duo teſtes non deſcripti in inſtrumento illud reprobant,*l.optimam verſ.&
ſi inter præſentes C.de contrah.& committ.ſtipul.
l.in exercendis & ibi Bart.num.14.& DD.C.hoc
tit.late Pan.in c.cum Ioannes num.13 & ibi Felin.
num.15.ponens ſex declarationes & Can.communiter hoc tit.Mynſing obſ.39.cent.4.in fine.* quia
inſtrumentum non habet fidem, niſi ab officio & auctoritate notarij,cui iuſtum eſt dictum duorum præferri,& multo fortius reprobatur per duos teſtes deſcriptos in inſtrumento,quia tunc aut remanet ſine ſolemnitate teſtium, aut in parte eſt falſum,
*Bart.in d.l.in exercendis num.8.Felin.in d. c.cum
Ioannes numer.46.& ſeqq.vbi ampliat & limitat.late Monach. de arbit.caſu 105. Mynſing. d.
obſ 39.in princ.*Si vero † de falſitate inſtru- 31
menti principaliter tractetur accuſando vel
excipiendo hoc caſu paribus teſtibus præfertur ſcriptura vnde ſi tres dicant inſtrumentū falſum non audiuntur quia & in tabulis inſtrumentorum duo teſtes cum Notario adhiberi ſolent,niſi igitur quatuor aut
quinque boni viri atteſtentur falſitatem inſtrumento ſtabitur, *l. Domitius Labeo ff.de teſtam.l.cum precibus C.de probat.c.cum Ioannes de
fide inſtrum.& ibi Can.Mynſing.obſ.39 verſ ſecundo cent.4.* Confeſſio reſultans † ex pro- 32
ductione vel impugnatione inſtrumenti
præiudicat in eodem iudicio,& inſtantia,&
cum eodem aduerſario , & non in alia inſtantia,contra extraneum: quia eſt tacita,&
quoad extraneos iudex non ſedet, nec eorū
perſonas repræſentat,*Butr.in c.cum olim ſub
num.16.verſ.quandoque reprobans inſtrumentum
ſuccumbit de cenſib Felin.in c.capitulum ſub num.
9.verſ.hanc ſecundam limitationem de reſcript.
Achil.deciſ.2.de confeſſ.* imo reprobato inſtrumento tanquam falſo corruit confeſſio orta tacite ex eius productione vt ſi inſtrumentum productum ab ignorante detegatur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur falſum, corruit tacita confeſſio tanquam
acceſſoria, *Pan. in d. c. cum venerabilis numer.* 32.
*& Felin. num.* 24. *qui limitat tribus modis &*
*Can. communiter de reſcript. Rot. diuerſ. deciſ.* 159.
*part.* 2. Eadem ratione producens falſam
ſcripturam ſcienter, vltra pœnam falſi habe-
tur pro confeſſo, in eodem iudicio, non in
alio iudicio, quia eſſet nimia extenſio pœna-
rum, *Achil. d. deciſ.* 2. *numer.* 5. *& ſeqq. de confeſſ.*
33 *c. odia de reg. iur. in* 6. Productio † quoque
ad vnum finem facta, non obſtat producen-
ti quoad alium, *arg. l. fin. §. fin. verſ. ſin autem*
*vna C. de iureiur. propt. cal. dand. l. legata inutili-*
*ter ff. de adimend. leg. Greg. xv. deciſ.* 467. *numer.*
8. *plures quotas alleg. Freder. de Senis conſ.* 160. *in*
*fine num.* 1. ac facta per compulſum non no-
cet producenti in iuribus alienis, ſed in ſuis
nocet, *Caputaq. deciſ.* 193. *num.* 5. *part.* 1. *Rot. de-*
*ciſ.* 3. *de fid. Inſtrum. in nou. Greg. xv. deciſ.* 467.
*n* 9. ac facta à procuratore non nocet do-
mino, quia huiuſmodi productio fit ex me-
ra voluntate, *arg. l. non ſolum & ibi Paul. de Caſt.*
*n.* 1. *& DD. ff. de procur. l. certum §. ſed an ipſos ff.*
*de confeſſ. Bell. deciſ.* 109. *Greg. xv. deci.* 467. *n.* 10.
*&* 11. Inſtrumentum publicum, quando non
adeſt recognitio manus notarij remanet
tanquam priuata ſcriptura, *Oldra conſ.* 1. *num.*
3. *Rot. deciſ.* 486. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ.* & quan-
doque ſcriptura redditur dubia, quia nega-
tur, & manus dicitur adulterata, *Auth. contra*
*qui proprium C. de non numerat. pec. & ibi gl.* 2.
34 tunc plerumque ſolet approbari per † com-
parationem literarum, *Bart. in l. in exercendis*
*num.* 1. *in ant. lect. C. hoc tit.* quæ eſt ſubſidiaria,
ſiue adminicularia probatio, ex ſcriptura-
rum collatione procedens, ad quam non re-
curritur donec ſint aliæ probationes, *Auth.*
*de inſt. caut. & fid. §. in his vero verſ. ſi vero nullus.*
35 Fieri autem † poteſt per iudicem, qui ad-
hibitis peritis, præſtito per eos iuramento,
corpora litterarum inſpiciat, & earum tra-
ctus, *l. comparationes verſ. omnes autem C. hoc tit.*
ſigna notarij, ſtylum, & modum dictami-
nis, *Bald. in d. l. comparationes num.* 31. ex priua-
ta † ſcriptura trino teſte notata, forenſi 36
publica, & ſcriptura producta per aduerſa-
rium, ſcriptura archiui publici, non alicuius
monaſterij, *Put. deciſ.* 25. *hoc tit. Franc. Aretin.*
*late in c. cum cauſam num.* 13. *& ſeq. de prob.* ha-
bente teſtimonium officialis præſidentis
archiuio, *d. l. comparationes cum auth. ibi poſitis*
*C. hoc tit.* ex ſcriptura facta manu aduerſarij
apud acta, *auth. de inſt. caut. & fid. in princ. verſ.*
*ſi quis igitur.* ſcriptura confeſſata, & ex omni
ſcriptura cui ex forma conſuetudinis vel
ſtatuta datur plena fides, vt ſcriptura preſ-
byteri in ciuitate Venetiarum & vltra mon-
tes ſcriptura ſigillata, ſigillis epiſcoporum,
*c. cum dilectus* 1. *hoc tit. Bald. in d. l. comparatio-*
*nes num* 16. *&* 17. ad † ſcripturas eiuſdem 37
ſiue alterius generis : nam non ſolum fit
comparatio, de priuata ad priuatam, forenſi
ad forenſem, &c. ſed etiam fit comparatio
mixta de publica ad priuatam, de forenſi ad
publicam : non enim in identitate generum
ſtat ratio comparatiua, ſed in ſymbola ſimi-
litudine characterum, ſiue literarum, & ge-
neraliter ex omni ſcriptura legitima, ad om-
nem ſcripturam legitimam ſeu legitimabi-
lem fit comparatio; ſecus ſi non contineat
actum legitimum ſed aliquam cantinelam.
*Bald. in d. l. comparationes num.* 18. *& ſeqq. & ibi*
DD. Facit ſemiplenam † probationem, quia 38
nec teſtibus ſolis teſtificantibus talem eſſe
ſcripturam talis, creditur abſque compara-
tione, nec ſoli comparationi abſque teſti-
bus, ex vtraque autem colligitur plena pro-
batio, *Auth. at ſi contractus & ibi Bart. n.* 6, *C. h.*
*tit. & DD.* vel pendet ex arbitrio iudicis, *late*
*Menoch. caſu* 114. *de arb. iud.* De Stylo Curiæ 39
conformi iuri recognitio inſtrumenti publi-
ci, ſuper quo conſiſtit principale fundamé-

tum totius cauſæ, debet fieri in forma, id
eſt, quod teſtes medio iuramento recognoſ-
cunt perſonam, ſcripturam & ſignum no-
tarij, aut vnus recognoſcat in forma, & alij
duo per ſimilitudinem, *Bald. in l. comparatio-
nes num. 22. & ſeqq. C. hoc tit. Imol. in l. nuda ra-
tio numer. 3. ff. de donat. Capell. Tholoſ. deciſ. 331. &
ibi add. notat modos probandi aliquem eſſe nota-
rium Afflict. deciſ. 251. Greg. xv. deciſ. 38. num. 5.
& deciſ. 389. & ibi annot. limitat vno modo.* In
40 antiquiſſimis † quæ excedunt centum an-
nos ſufficit inſtrumenta publica eſſe in for-
ma probanti, & quod non adſit ſuſpicio
fraudis, vel doli, *Rot. diuerſ. deciſ. 52. & 54.
part. 1. Put. deciſ. 9. & 12. hoc tit. Bald. in auth.
quas actiones num. 17. & 19. C. de ſacroſ. eccleſ.
Guid. Pap. deciſ. 357. num. 2. Couarr. pract. quæſt.
cap. 21. ſub numer. 7. verſ. ſe nudus caſus Innoc. in
41 c. veniens de verb. ſignif.* In † recognitione in-
ſtrumenti vel regiſtri antiqui (antiquum vt
dicatur inſtrumentum ex opinione Rotæ,
requiritur ſpacium centum annorum, dem-
pto tempore inchoatæ litis. *Rot. diuerſ. deciſ.
185 in princ. part. 1. & deciſ. 288 part. 2. in princ.*
in materia teſtium tempus ſexaginta an-
norum, *Rot. deciſ. 55. num 13. part. 2. & deciſ.
490. num. 4. part. 1. diuerſ.* ſufficit, quod teſtes
habeant medio iuramento notam manum
notarij, vel illam recognoſcant per compa-
rationem, *Achil. deciſ. 2. hoc tit. Rot. deciſ. 227.
lib. 2. part. 3. diuerſ. Salic. in l. comparationes ſub n.
18. C. hoc tit. Soc. ſen. in l. ſi ita ſcripſero num. 3. ff.
de cond. & demonſt. & ibi DD. Bart. & DD. in l.
nuda ratio ff. de donat.* aut alia concurrant ad-
minicula, etiam nulla facta recognitione,
*Card. Seraph. deciſ. 1481. Fel. in c. 1. num. 18. hoc
tit. Greg. xv. deciſ. 3. & ibi late additio,* vt lapſus
80 annorum, & auctoritas iudicis, *Rot. deciſ.
5. num. 3. part. 1. diuerſ. l. ſi filius & ibi gloſſ. in verb.
detinuit & DD. C. de petit. hæred. l. qui in aliena
& ibi DD. ff. de petit hæred. c. peruenit & ibi gloſſ.
1. & Can. de empt. & vend. l. hoc iure §. ductus a-
quæ ff. de aq. quotid. & æſt. Franc. Aret. conſ. 361.*
Sola data non probat inſtrumentum eſſe
antiquum, niſi concurrant adminicula, *Put.
deciſ. 439. lib 1. & dec. 186. libr. 3. Greg. xv. deciſ.
393. num. 2. & ibi annot.* & antiquitas non ſup-
plet vitia viſibilia, aut defendit defectus ſub-
ſtantiales, *Caſt. conſ. 81. poſt n. 3. verſ. etſi dicatur
propter antiquitatem, vol. 2. Gregor. xv. deciſ. 393.
n. 2. & 3.* In recognitione † ſcripturarum 42
priuatarum, quæ ſolent fieri abſente parte,
vt epiſtolarum, *Rot. deciſ. 343 numer. 4. part. 1.
diuerſ.* librorum mercaturæ, *Rot deciſ. 306.
num. 1. part. 2. Put. deciſ. 1. hoc tit. Salic. in l. com-
parationes n. 24. C. hoc tit. & ibi DD.* teſtamen-
ti ad pias cauſas, *Rot. diuerſ. dec. 553. part. 1 Rot.
diuerſ. dec. 124. part. 2. atteſtantes de Stylo Curiæ,*
& aliarum huiuſmodi ſcripturarum, *Bart. in
l. nuda ratio num. 9. & 10. ff de donat. & ibidem
DD.* ſufficit quod teſtes deponant habere
notam manum, quia viderunt eum ſæpius
ſcribere, *Put. deciſ. 18. de fid. inſtrum. Rot. diuerſ.
dec. 570. numer. 2. part. 1. Afflict dec. 182. & ibi
late Vrſillus Bart. in d. l. nuda ratio num 9 & 10.
vbi ponit exempla præſcripta ff. de donat. & ibi
DD. Salic. in l. comparationes n. 20. & ſeqq & ibi
DD. C. hoc tit.* & concurrant alia adminicula,
*Rot. dec. 24. n. 2. 3 & 4 part. 2. diuerſ. & diuerſ.
dec. 187. num. 7 part. 1* In recognitione Apo- 43
chæ priuatæ, quæ fit à præſente præſenti,
teſtes debent deponere ſe fuiſſe præſentes,
& vidiſſe ſcribere, quia poteſt quis de facili
litteras vnius Apochæ contra facere, *Bart. in
l. nuda ratio num. 9. & 10. ff de donat. Barth. in
auth. at ſi contractus numer 8. C. hoc tit. Rot. di-
uerſ deciſ. 124. numer 1. plures quotas cumulans
part. 2. Afflict. d. deciſ. 181. Bald. in l. comparatio-
nes num. 21. C. hoc tit.* niſi Apocha recogno-
ſcatur à filio ſcribentis, & adſit eius obſer-
uantia, *Card. Seraph. dec. 522. Bart. in l. teſtium
in antiq lect. num. 14. C. de teſt. poſt gloſſ. in verb.
præſto*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

preſto & DD. Bald. in l. ſolum ſub num. 7. verſ. 5.
quaro C. de teſtib. Rot. diuerſ. dec. 124. nu. 4. part.
44 2. Scriptura priuata † habens ſubſcriptio-
nem trium teſtium, probat ipſis teſtibus
mortuis, ſine aliqua recognitione, Crauett.
conſ. 158. num. 7. Poteſt hæc recognitio fieri,
quandocunque etiam poſt ſententiam, Card.
Seraph dec. 1407. num. 3 faciunt notata per Bart.
in l. ſin. circa finem verſ. nam vos ſcitis C. ſi ex falſ.
teſtimonijs &c. Pro maiori † declaratione
ſciendum eſt, quod quædam eſt ſcriptura
45 quæ non ſumitur ex alia, ſed † facit men-
tionem de alia, & illa talis ſcriptura habet
duo nomina, ſcilicet meritoria, vel mentio,
Auth. ſi quis in aliquo C. de edend. iuncta gl. in verb.
memoria, & conſtituenda eſt regula, quod in-
ſtrumentum faciens mentionem de alio nō
probat, niſi illud de quo facta fuit mentio
producatur, Dec. in auth. ſi quis in aliquo in 2. no-
tab. & num. 31. & ſeq. vbi ponit regul. & fall. &
Rom. in 1 not. & DD. C. de edend. Bald. in l. in ci-
uilenum ff. de leg. Quædam ſcriptura ſumi-
46 tur † de alia, & illa talis ſcriptura ſic ſcri-
pta habet, quatuor nomina, ſcilicet ſum-
ptum de quo dictum eſt ſupra, § priuatum,
exemplum ſiue exemplatum, de quo inferius
dicetur, copia, quæ etiam exemplum appel-
latur, & index, quæ duo non probant, l. 2. ff.
de fid. inſtr. l. 1. in fine princ. ff. de bonor. poſſeſſ. ſe-
cund. tab. Illa vero ſcriptura vnde ſumitur,
habet tria nomina, ſcilicet originale, exem-
plar, quod interdum pro exemplo ſiue co-
pia ponitur, c. 1. hoc tit. & authenticum, l. 2.
iuncta gl. in verb. indice ff. de fid. inſtrum. Roman.
in auth. ſi quis in aliquo in princ. C. de edendo. pra-
ctici autem vocant notas, imbreuiaturam,
prothocollum, & ponenda eſt regula, quod
47 notarius † non poteſt alterius notarij no-
tas, imbreuiaturam, ſiue prothocollum
publicare, ſiue in publicam formam redige-
re, l. contractus ibi ab ipſo completa C. hoc tit. auth.
de tabellis in princ. Bald. in rub. Cod. n. 45. & ſeqq.
Ioan. de Anan. in c. cum P. tabellio n. 5. hoc tit. Bald.
in l. 1. n. 10. ff. de off. conſ. niſi ſeptem concur-
rentibus 1. quod notarius qui notas confecit,
ſi mortuus, vel impeditus. 2. quod reduxe-
rit factum in notam, ſiue imbreuiaturam.
3. quod publicatio fiat ad petitionem illorū
quorum intereſt. 4. quod interueniat au-
ctoritas iudicis ordinarij vel delegati apo-
ſtolici, 5. quod in formam publicam redigat,
6. quod fideliter redigat, 7. quod interue-
niat citatio illorum quorum intereſt; d. c. cum
P. tabellio & ibi Ioan. And. de Anania & Can.
communiter, quæ procedunt, etiamſi notarius
mortuus legauerit ſuas rogationes alteri, l.
quædam § nihil intereſt ff. de edend. Ioan. de Anan.
in d. cap. cum P. tabellio ſub numer. tertio.

Limita in † ſucceſſore vno vel pluribus 48
in officio, qui poſſunt prædeceſſoris ſui
ſcripturas publicare ſine dictis ſolemnitati-
bus, Bart. in l. ſi quis ex argentarijs § cogentur nu.
4. & ibi DD. ff. de edend. per illum text. Dec. in au-
thent. ſi quis in aliquo num. 20. C. de edendo & ibi
Iaſon. ſub num. 5. verſ. 10. fallit & DD. plures po-
nunt limit. Caputaq. deciſ. 244. & 351. part. 2.
Greg. xv deciſ. 3. Differt † publicatio ab ex- 49
emplatione, quia inbreuiatura dicitur pu-
blicari, quando per manum tabellionis con-
tenta in illa rediguntur in publicam inſtru-
menti formam, l. geſta & ibi Bart. in princ. C. de
re iud. Iaſ. in l. publicari C. de teſtam. nu. 3. & ſeqq.
Mos & ſtylus notariorum eſt, vt quando ro-
gantur de aliquo inſtrumento, primo confi-
ciant ſcripturam in aliquo baſtardello, ſiue
ſcheda, deinde ſcribunt illum extenſe in il-
lorum libro qui vocatur extenſorum, ex quo
deſcribunt publicum inſtrumentum, quod
ſolent dare partibus, illam ſcripturam quam
ponunt in libro extenſorum appellant ori-
ginale, ſiue prothocollum, licet & prima ſit
originalis, & prothocollum, ſed illa eſt pu-

blica & probat, prima non eſt publica nec probat, vtraque tamen publicari poteſt, ſiue ex vtraque deſumi poteſt inſtrumentum: *Bald in rub. num. 39. & ſeqq. & in l. contractus num. xj. 12. & ſeqq. C. hoc tit. Pariſ. conſ. 28. n. 21. & ſeqq. vol. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 610. nu. 6. part. 1. gloſſ. in §. fin. in verb. prothocollum in auth. de tabell. § ſed & vnum & ibi gl. in verbo imminent. & DD. Inſt de teſtam. ordin. l. 1. in princ. verſ. ſi quis in duobus ff. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab.* item omnia inſtrumenta priuata continentia teſtamento, contractus, vel quaſi, vel aliud quomodocunque, ex quo interſit memoria, vel probatio conſeruari, poſſunt publicari. *l. publicati C. de teſtam. Innoc. in c. fin. num. 1. 2. & ſeqq. & ibi Butr. num. 3. hoc tit.* ſed etſi non fuit facta ſcriptura, vel ſi fuit facta, fuerit exuſta, deleta, ſubtracta, ſi poteſt probari, poteſt etiam publicari, *l. ſi in duobus § fin ff. quemadm. teſtam. per Butr & Can. in d. c. fin. Iaſ in l. certi condictio §. quoniam num. 14. per illum text ff ſi cert. pet.*

50 Exemplari propriè † dicuntur inſtrumenta publica, quia cum de per ſe fidem perpetuam habeant, non expedit in hoc publicatio, *Iaſ. in l publicati num. 4. C. de teſtam.* ſed ſufficit innouatio in qua exemplatione plura requiruntur. primo quod exigant exemplationem propter vetuſtatem, aut aliam iuſtam cauſam, *c. cum dilecta § vos igitur de confirm. vtil. & c.* ſecundo quod fiat auctoritate iudicis ordinarij, vel ab eo ſpecialiter delegati. Tertio, quod inſtrumenta diligenter inſpiciantur, & examinentur. Quarto, quod exemplatio fiat per publicam perſonam, *c. fin. hoc tit. & ibi poſt gloſſ. Can.* Quinto, quod fiat citatio ſpecialis quando perſona cuius intereſt eſt certa alias ſufficit generalis per edictum, *c. cum dilecta de confirm. vtil. vel inutil. late Franc. Marc quæſt. 456. parte 1. vbi ponit aliquot fallentias. Felin. in c. fin. num. 6. ponens regulam & 6. fallent. de fid. Inſtrum. Gail. obſer. 94. num. 2. & 4.* Mere temporalia debent explicari, coram ſæculari, alia autem pia coram eccleſiaſtico etiamſi eſſet teſtamentum non in piam cauſam, quia intereſt eccleſiaſtici quod teſtamenta adimpleantur, *Felin. in c. fin. num. 3. de fid. Inſtrum. & ibi Panor. & Can. Put. Dec. 155. ſub num. 1. libro 1.* Præterea differunt effectu, publicatio fit ad effectum probandi, quia prior ſcriptura plene non probabat, & publicata maiorem habet vim, *d. l. publicati & ibi gloſſ. 1. & DD. & l. teſtamenta & ibi not. C. de teſt.* exemplatum vero eandem non maiorem auctoritatem habet cum originali, *d. c. fin. hoc tit. & ibi Felin. ponit reg. & fallentias.* Creditori, quoque ſi amiſerit caſu inſtrumentum vel Obligationem debitoris, poteſt implorato Iudicis officio compellere debitorem, ad nouationem, ſiue nouam obligationem ſcribendam, ſtaturque Creditoris iuramento ſuper eius amiſſione, *l. chyrographis, & ibi Bart. & DD. ff de adminiſtrat. tutor. vel curator. l. fin. §. fin. autem C. de fid. Inſtr. Gail obſeru. 37. lib. 2.*

## De Præſumptionibus.

## Titulus XXIII.

### *SVMMARIA.*

1 *Præſumptio eſt duplex hominis & iuris.*

2 *Præſumptio hominis eſt duplex, temeraria, non temeraria.*

3 *Præſumptio hominis quando ſit allegauda per partem.*

4 *An ſecundum eam iudex poßit ferre condemnatoriam in cauſa ciuili ſeu criminali.*

5 *In dubio capienda eſt præſumptio quæ excludit dolum, delictum, culpam.*

6 *Præſumptio iuris eſt duplex, alia eſt iuris tantum, alia eſt iuris & de iure.*

7 *Præſumptio iuris eſt illa ſuper qua legiſlator animum*

*nimum applicat ex veriſimili transferendo onus probandi in aduerſarium.*

8 *Sufficiens eſt ad ferendam pro reo ſententiam abſolutoriam, ſed non ad condemnatoriam etiam in cauſa ciuili.*

9 *Rota non admittit probationes præſumptiuas ad probandum intentionem actoru.*

10 *Præſumptio iuris eſt illa quæ inducitur à iure & ſuper illa ſtatuitur, vt ei ſtetur.*

11 *Non admittit directam probationem in contrarium.*

12 *Ex tali præſumptione is contra quem eſt præſumptio condemnatur, & condemnatus non appellat.*

13 *Præſumptio quomodo differat à fictione.*

14 *Fictio eſt triplex inductiua.*

15 *Priuatiua.*

16 *Translatiua.*

17 *Vnitiua.*

18 *Fictio inductiua & priuatiua non requirunt duo extrema, ſed translatiua requirit duo extrema.*

PRÆSVMPTIO quandoque plenam, quandoque ſemiplenam inducit probationem, quandoque coadiuuat alias probationes, ideo poſt titulos, de probationibus, teſtibus, & fide inſtrumentorum annectit
1 hunc titulum: ea † duplex eſt hominis, & iuris, Præſumptio hominis eſt cuius effectus non eſt in iure expreſſus, ſed in iudicis, aut boni viri arbitrio dimiſſus, *l. vtrum ff. de lib. donat. inter vir. & vxor. l. minor vigintiquinque*
2 *annis adito ff. de minor.* & hæc eſt duplex alia † temeraria quæ ratione caret, & à iure repellitur, *c. licet heli de ſimon.* alia non temeraria quæ eſt applicatio animi cuiuslibet viri boni ad id, quod ex facto probato eſt valde veriſimile, vt furioſus præſumitur ex geſtis, & ſermonibus eius, *l. nec codicillos & ibi gl. fin. C. de*
3 *Codicill. c. adferte hoc tit*, debet † allegari per partem, quando præſumptio oritur ex facto partis ipſius agentis vel excipientis, *l. ſi adulterium cum inceſtu* §. 1. *verſ. fin. ff. de adult. Bart. in l. cum quidnum.* 15 *ff ſi cert. petat. Felin. in d. c. adferte num.* 15. *& ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ* 80. *nu. xj. &* 12. *part.* 2. quia cum præſumptio oriatur ex facto partis, ſi non allegatur per partem, præſumitur non vera, & factum vnde oritur debet probari legitime per duos teſtes: *gloſſ. in l. inter omnes in verb. nul. iudicijs & ibi Bart. & DD. C. famil. erciſc.* quando oritur aliunde quam ex facto ipſius, de cuius fauore agitur, aut ex facto partis emanante in iudicio, tunc poteſt iudex ſe in ea fundare, etiamſi per partem non fuerit allegata, aut probata in actis, quia eſt iudici nota vt notario, *Pan. in d. c. adferte numer.* 3. *&* 4. *& Felin. num.* 4. *&* 5. ſiquidem vehemens eſt, poteſt ſecundum eam ferre ſententiam condemnatoriam, in cauſa ciuili, *d. c. adferte hoc tit.* & multo magis ſi plura indicia concurrant, *l. indicia C. de rei vend. c. cum cauſam, & ibi gloſſ. in verbo adminicula & Can. de prob. c. inter quatuor & ibi gloſſ in verbo per argumenta de cleric. pereg.*
In † criminali cauſa ex præſumptione non 4
poteſt ferri condemnatoria *l. abſentem & ibi gloſſ. in verb. demnari ff de pæn. l. fin. & ibi gloſſ pen. C. de prob.* Si plures concurrant vrgentiſſimæ præſumptiones & apertiſſima indicia, poteſt ferri condemnatoria, & imponi pœna ordinaria: *d. l. fin. C. de prob. cap. ſciant* 2. *quæſt. fin. c. epiphanium* 2. *quæſt.* 6. *Pan. in d. c. aduerte num.* 6. *& ibi Fel. num.* 6. *qui ponit.* 4. *limit.* In
dubio † ea capienda eſt præſumptio, quæ 5
excludit dolum, periurium, Simoniam, & delictum, *l. merito ff. pro ſocio l. quoties verſ. qui dolo ff. de prob. l.* 3. §. *fin. in fi. ff. de tribut. act. Achil. dec.* 1. *de pact. Rot. dec. fin. à num.* 10. *vſque ad num.* 13. *part.* 1. *diuerſ.* Ac etiam culpam, *Bart. poſt gloſſ. fin. in l. exceptione num.* 7. *ff. de fideiuſſ. & ibi DD*, Præterquam in foro conſcientiæ,

in quo delictum præſumitur, vt tutior via
eligatur pro ſalute animæ, *gloſſ. in c. iuuenis
de ſponſal. c. 2. de obſ. iureiur. & ibi Pan. numer. 2.
Alex. ad Bart. in l. merito ff pro ſocio.* Præſum-
6 ptio † iuris duplex eſt, alia eſt iuris tantum,
alia eſt iuris, & de iure. Præſumptio iuris
7 tantum † eſt illa, ſuper qua legislator ani-
mum applicat ex veriſimili, transferendo o-
nus probandi in aduerſarium: *l. ſi tutor peri-
tus & ibi gl. fi. & DD. C. de peric. tut. c. vt noſtrum
& ibi But. in 2. not. de off. Ar. hid Mynſ. obſ. 68.
cent. 5.* vt in dubio credendum eſt eum, qui
patris Dominus eſt iure ſuo potius vti, quam
furti conſilium inire: *l. merito ff. pro ſocio*, qui-
libet præſumitur ſtipulari pro ſe, & ſuis hæ-
redibus, etiamſi non exprimat: *l. ſi pactum ff.
de prob.* ex cancellatione chirographi præſu-
mitur debiti ſolutio: *l. ſi chirographum ff. de pro.*
qui oſtendit ſe ſucceſſiue tribus proximis an-
nis ſoluiſſe, retro ſoluiſſe, præſumitur, niſi
contrarium probetur: *l. quicunque C. de apoch.
publ. lib. 10. Mynſ. obſ 39. cent. 5.* & proſtituitur,
quæ in caupona tenetur *l. eam quæ C. ſi manc.
ita ven. ne proſt.* quando quis poteſt aliquem
actum gerere nomine proprio, & alieno, in
dubio potius præſumitur gerere nomine
proprio. *l. pro hæredi in princ ff. de acquir. hæred.
Bart. in l. merito in fine ff. pro ſocio per l. ſi filius 2. ff.
ad SC. Maced.* is cui Papa confert benefi-
cium, vel mandat conferri cum clauſula ſi
eſt idoneus, præſumitur idoneus, niſi aliud
in contrarium oſtendatur: *c. fin. hoc tit. & ibi
late Fel. & Can.* præſumitur poſſeſſio medio
tempore continuata, *l. ſiue poßidetis C. de prob.*
Quæ procedit, quando præſumptio allega-
tur ab eo, pro quo præſumitur, ſecus ſi ab eo
negetur, *Bart. in d. l. ſiue poßidetis num. 6. & 7.
& ibi DD. Rot. diuerſ. dec. 765. part. 1. per plura
exempla*, & plures aliæ paſſim ſunt obuiæ in
legibus & canonibus. Reddit veriſimilia di-
cta teſtium: *l. ob carmen §. fin ff. de teſtib. eodem
in noſtra l. cùm de ætate ff. de prob. Crau. conſ. 35. n.
6.* Sufficiens † eſt ad liberationem, ſiue fe- 8
rendam ſententiam pro reo abſolutoriam,
ſed non ad condemnationem etiam in cau-
ſa ciuili, neque enim ſufficit actori probare
intentionem ſuam ex iuris præſumptione;
*l. qui iuraſſe § ſi pater & ibi Bart. n. 4. ff. de iureiur.
& c. Bart. in l. merito in princ. ff pro ſocio & ibi DD.*
niſi præſumptio eſſet violenta, *Fel. in c. adferte
n. 6. & ibi Can. hoc tit.* & Rota non † admit- 9
tit probationes præſumptiuas ad probandũ
id quod eſt fundamentum intentionis a-
ctoris, *Achil. dec. 1. de prob. Greg. xv. dec. 278. n.
6. & ibi late annot. & deciſ. 279 n. 3.* nec econ-
tra pro reo, quando actor plene probauit
ſuam intentionem, *Bell. deciſ 617. num. 2. in fine
Greg. xv. d. dec. 278. n. 6. & ibi annot.*

Præſumptio iuris † & de iure eſt illa, 10
quæ inducitur à iure, & ſuper ea ſtatuitur, vt
ei ſtetur, exempli gratia, ſtatur confeſſioni
tutoris, vel curatoris de ampliori quantita-
te ſubſtantiæ pupilli vel adulti, inſcripta in
inuentario, publice per eos confecto: *l. fin. in
princ. C. arbit. tutel.* Statur confeſſioni mulie-
ris aſſerentis in inſtrumento interceſſionis
public confecto, & à tribus ſubſignato, ſe
aliquid accepiſſe, & ſic ad interceſſionem
veniſſe: *l. antiqua in princ. C. ad SC. Velleian.* mu-
lier immobilis ſubſtantiæ domina, conſtan-
te matrimonio, res mobiles dans in augmẽ-
tum dotis præſumitur illas dediſſe in frau-
dem creditorum, & nullo in eo gaudet pri-
uilegio: *auth. ſed iam neceſſe C. de donat. propt.
nupt.* qui cognoſcit ſponſam de futuro car-
naliter, præſumitur in eam tanquam in vxo-
rem conſenſiſſe: *c. is qui fidem de ſponſal.* qui co-
gnoſcit ſuam ſponſam conditionalem, præ-
ſumitur pure in eam tanquam in vxorem
conſenſiſſe; *c. de illis c. per tuas de cond. app.* alia
exempla paſſim ſunt obuia. Non admittit † 11
directam: *c. aliud quoque & ibi gl. in verb. priui-*

*legium*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*legium auth. de æqual. dotis &c.* probationem in
contrarium, niſi per confeſſionem aduer-
ſarii, *l. in contractibus & ibi gl. in verb. nullo modo*
*C. de non num. pecun. & ibi DD. gl. in §. aliud quo-*
*que ſuper verb. ſcribat auth. de æqual. dot. Pan. in c.*
*quia plerique de immun. eccleſ. nu. 23. Rot. diuerſ. dec.*
101. *n. 6 part. 2.* aut indirectam probationẽ,
puta quod per prius renunciauerunt, *c. is qui*
*fidem, & ibi Pan. ſub n. 5. de ſponſal. & matrim. &*
*ibi Can.* & in alijs certis caſibus de quibus per
Menoch. *lib. 1. de præſumpt. quæſt. 60. & ſeqq.*
12 *quæſt.* Ex tali præſumptione † is, contra quẽ
eſt præſumptio condemnatur, & condem-
natus non appellat, qui habetur pro con-
feſſo & conuicto. *l. ſi qui adulterij & ibi*
*Bald. C. de adult. c. preterea el 2. & ibi gl. pen. de*
*tranſact. iuncta l. 2. C. quom. appell. non recip.*
13 *Marſ. ſing. 116.* Differt præſumptio † à fictio-
ne in multis: fictio iuris eſt ſuper certo, præ-
ſumptio ſuper incerto; *l. vnica §. accedit & ibi*
*gl. in verb. præſumatur C. de rei vxor. act.* Secun-
do fictio eſt propriè contra veritatem, &
præſupponit contrariam veritatem, vt pa-
ret in poſtliminio & lege cornelia: *§. fin.*
*Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. §. ſi ab hoſti-*
*bus Inſt. quib. mod. ius pat. poteſt. ſoluit.* eſt enim
fictio in re certa, contra veritatem rei, quæ
fuit vel eſt poſſibilis, à iure ex æquo & bono
pro veritate aſſumptio. *Bald. in l. ſiue poßidetis*
*num. 12. C. de prob.* Præſumptio eſt ſuper du-
bio & veriſimili, *ex antedictis.* Tertio contra
præſumptionem iuris admittitur probatio
in contrarium; contra fictionem iuris non
admittitur probatio in contrarium. *d. l.*
*ſiue poßidetis & ibi gloſſ. fin. & DD.* Quarto
fictio inducitur à iure gentium, *l. poſtlimini-*
*um ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. & ibi gloſſ. 2.*
iure ciuili, *l. 1. C. de rei vxor. act. l. lege Cornelia*
*ff. de teſtam. §. fin. Inſt. quib. non eſt permiß. fac. te-*
*ſtam.* ſtatutis & conſuetudinibus, quia ſunt
pars iuris ciuilis: *§. conſtat Inſt. de iur. nat. gent.*
*& ciuili.* ab homine induci non poteſt, *l. ſi for-*
*te ff. de Caſt. pecul. l. 4. in fin. princ. ff. de leg. 1.* niſi
quatenus homini hoc permiſſum reperitur
à iure, & tunc ius fingit non homo; *l. lege ob-*
*uenire ff. de verb. ſignif.* præſumptio autem ab
homine induci poteſt, *ex antedictis.* Fictio † 14
triplex eſt, *Card. Zab. poſt Bart. ab eo allegatum*
*in clem. quod circa num. 12. de elect.* Inductiua,
quæ fingit eſſe id, quod non eſt, vt natum
quod non eſt: *l. qui in vtero & l. fin. ff. de ſtat.*
*homin.* & viuere eum qui mortuus eſt: *§. ſed*
*in bello Inſt. de excuſ. tut. l. fin. ff. de vacat. mun.*
conditiones non impletas eſſe impletas: *l.*
*iure ciuili ff. de condit. & demonſt. l. 1. diuo Pio § ſi*
*pignora ff. de rei iud.* ſtipulationem intercesſiſ-
ſe, quæ non interceſſit: *l. vnica in princ. C. de rei*
*vxor. act.* venditionem factam quæ facta non
fuit, & quaſi venditione facta dat actionem
ad pretium, *l. alieno ſeruo §. fin. ff. de fideicom. li-*
*bert.* Priuatiua † eſt, quæ fingit id quod eſt, 15
non eſſe, vt eum mortuum, qui eſt in mona-
ſterio, licet vere viuat: *l. Deo nobis C. de epiſcop.*
*& cleric.* damnatum in metallum, & depor-
tatum mortuos; *l. 1. § pen. ff. de bonor. poſſeß.*
*cont. tab. l. actione §. publicatione ff. pro ſocio.* eum
qui eſt natus, non natum: *l. titius §. lucius*
*ff. de lib. & poſth.* non natum qui naſcitur
mortuus. *l. qui mortui ff. de verb. ſignif.* Tranſ-
latiua † ſiue extenſiua fictio eſt, quæ id quod 16
eſt vno modo, fingit eſſe alio modo, vt re-
tro aliquem mortuum in fictione legis Cor-
neliæ, retro fuiſſe in ciuitate iure poſt limi-
nij: *§. fin. Inſt. quib. non eſt permiß. fac. teſtam.* re-
tro pecuniam eſſe ſolutam, *l. ſub conditione ff.*
*de ſolut.* retro occiſum qui hodie moritur, *l.*
*huic ſcripturæ §. pen. & l. ait lex ff. ad l. aquil.* eum
qui ſtudiorum cauſa abeſt, non abeſſe, *l. quæ-*
*ſitum in princ. ff. de leg. 3.* His addit Bal. *in l. qui*
*in prouincia §. 1. in antiq. lect. num. 7. in fin. de rit.*
*nupt.* fictionem † vnitiuam quia duos dies 17
fingit vnum, *l. cum biſſextus ff. de verb. ſignif.* pa-

trem & filium vnum corpus, *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt. §. ſi vero inſtit. de inut. ſtipul.* Virum
& vxorem vnam carnem, *c. lex 27. quæſt. 2. c. pen. de diuort.* fictio declaratiua non reperitur
quia declaratio non eſt niſi verorum, *Bald. in d. l. qui in prouincia §. fin. n. 7.* Fictio inducti-
18 ua & † fictio priuatiua non requirunt duo
extrema, ſed fictio translatiua requirit duo
extrema: extremum à quo debet eſſe verum
in eſſentia, extremum ad quod ſufficit eſ-
ſe verum quoad poſſibilitatem, *Bart. in l. ſi quis pro emptore num. 8. & 52. ff. de vſucap. & vſurpat. Bald. in l. Gallus § ſi eius qui nu. 4. in fine ff. de lib. & poſthum.* quia ſuper eo quod eſt im-
poſſibile, non poteſt fingi, *l. 5. & ibi glo. 1. ff. pro ſocio l. qui ad certum ff. locati l. certe ff. de procur.* ſiue naturaliter ſit de genere impoſſi-
bilium, ſiue ciuiliter, *Bald in d. l. Gallus §. ſi eius qui nu. 4.* Ex quibus apparet quod fictio
verſatur ſuper facto, non ad effectum facti
non enim poſſunt facta non fuiſſe, ſed ad ef-
fectum iuris, *Card. in Clem. quod circa num. 13. de elect. gl. fin. in l. denique ff. ex quib. maior. &c.*
quia fictio non poteſt habere locum, ſi non
reperit rem eſſe, ſuper qua figat pedem,
*Bart. in l. neceſſario §. 1. num. 3. ff. de peric. & commod. rei vend. & ibi Bald. numer. 2.*
ideo quando requiritur veritas facti, vt
in his quæ ſunt facti, non habet locum
fictio, ſicut eſt in poſſeſſione, nam captus
reuerſus ab hoſtibus non fingitur retro
poſſediſſe, *l. denique ff. ex quib. cauſ. maior. &c. l. in bello §. factæ ff. de capt. & poſt. reuerſ.*

## De iureiurando.

## Titulus XXIV.

### SVMMARIA.

1 *Iuramentum eſt affirmatio vel negatio ſacra rei atteſtatione firmata.*

2 *Iurare per creaturas non licet niſi per illas de quibus in iure exprimitur.*

3 *Iurari ſufficit ſine tactura niſi ius diſponat quod tactu ſacroſanctis ſcripturis iuretur.*

4 *Iuramentum tres debet habere Comites, veritatem iudicium & iuſtitiam.*

5 *Iuramenti duæ ſunt ſpecies aſſertorium quod fit de præterito vel præſenti, & diuiditur in voluntarium neceſſarium iudiciale.*

6 *Promiſſorium quod concipitur ſuper futuro in quo promittitur dandum vel faciendum & eſt duplex contractus confirmatiuum ſiue confirmatorium &*

7 *Iuramentum promiſſorium de per ſe præſtitum ex quo oritur officium iudicis.*

8 *In contractibus clerici iurant ſine licentia prælatorum ſuorum.*

9 *Differentiæ inter iuramentum aſſertorium & promiſſorium.*

10 *Iuramentum confirmatiuum ſortitur naturam contractus cui accedit primordialem & originalem.*

11 *Non ſortitur naturam contractus accidentalem.*

12 *Supplet defectum Cauſæ & facit præſumi cauſam expreſſam eſſe veram.*

13 *Non ſupplet defectum conſenſus.*

14 *Non extendit ſe ad incogitata vel incognita.*

15 *Dato conſenſu operatur vim ſpecialis expreſſionis.*

16 *Operatur vt melior via cenſeatur electa.*

17 *Limita vt procedat quando adijcitur actui in quo eſt defectus ſolemnitatis.*

18 *Accumulat forum foro.*

19 *Facit de minore maiorem.*

20 *Iuramentum firmat contractum* } *quomodo*
*iuramentum eſt ſeruandum.* } *differat.*

21 *Iuramentum quando firmat contractum obligatur Contrahens eiuſque hæres ex contractu.*

22 Ca-

22 *Caſus in quibus iuramentum firmat contra-ctum.*

23 *Iuramentum quando ſtatuit Canon eſſe ſeruandum, iurans obligatur ex iuramento & non ex contractu.*

24 *Caſus in quibus iuramentum eſt ſeruandum.*

25 *Iuramentum dolo vi compulſiua aut metu præſtitum in cauſa à lege non prohibito eſt obligatorium ita vt opus ſit abſolutione, in cauſa à lege prohibito non obligat ipſo iure.*

26 *Iuramento promiſſorio multa tacita - nditiones inſunt.*

27 *Iuramentum quam recipiat interpretationem.*

28 *Iurato à ſe contractu: ſponte contraueniens, ſi ſit maior viginti quinque annis ipſo iure notatur infamia, actione pacti cui contrauenit priuatur, ſoluit pœnam, accepta reſtituit & caret omni emolumento quod ex illa pactione fuerat conſecutus, quæ omnia deputantur ei qui pactum ſeruauit.*

29 *Excipiuntur ab iſta regula tres caſus.*

30 *Dictis pœnis addit ius canonicum incapacitatem ad alia beneficia obtinenda.*

31 *Limita primo, quia contraueniens iuramento aſſertorio non fit infamis.*

32 *Limita ſecundo, quia contrauenient iuramento promiſſorio incurrit dictas pœnas quando venit contra pactum & iuramentum.*

33 *Periurus repellitur à teſtimonio & iuramento honoris.*

34 *Pactum quo quis promittit reſarcire omne damnum & intereſſe quod altera pars iurauerit, ſe paſſam eſſe valet.*

35 *Abſolutio à iuramento à quo concedatur.*

36 *Abſolutio à iuramento in quibus caſibus non eſt neceſſaria.*

IN defectum probationum recurritur ad iuramentum, *c. fin. hoc tit. c. 2 de prob. c. ex inſinuatione de procurat.* ideo poſt tractatum de probationibus in genere & ſpecie, ſubditur hæc rubrica, Eſt enim maximum remedium, expediendarum litium. *c. etſi Chriſtus & l. 1. ff. hoc tit.* Iuramentum † eſt affirmatio vel 1
negatio ſacræ rei atteſtatione firmata:
*Pan. in rub. huius tit. & ibi Can.* non eſt licitum
iurare † per creaturas, niſi per illas de qui- 2
bus in iure exprimitur, per crucem, euangelium, ordinem, altare, *c. ſi aliqua & ibi gloſſ. mag. & c. habemus 22. quæſt. 1. c qui peierat 22. quæſt. 5.* ſalutem principis: *c. quoties 1. quæſt. 7.* non eſt licitum iurare per membra Dei, *auth. vt non luxur. hom. cont. nat.* aut per numina improbata, vel propriã ſuperſtitionem, ſed ſi iuratum eſt, ſeruandum erit: *l. non erit in princ. verſ. diuus ff. hoc tit. cap. mouet 22. quæſt. 1. Alex. in l. ait prætor § iurari in fine ff. hoc tit.* iuramentum improbatæ publicæ religionis pro eo habetur, ac ſi iuratum non eſſet. *d. l. non erit in fin. princ. hoc tit.* Quando ius diſpo-
nit ſimpliciter, quod iuretur, ſufficit iurari † 3
ſine tactura vel poteſt iurari in qualibet charta; ſi vero diſponat vt tactis ſacroſanctis ſcripturis iuretur, tunc debent tangi ſcripturæ. *l. generaliter § fin. C. de reb. cred. & iuretur. clem. 1. § porro & ibi gl. in verb tacta & Can. de hæret. c. vt circa verſ. coram & ibi gloſſ. in verb. corporali & verbo præſtito & Can. de elect. in 6.*
Iuramentum † tres debet habere comites, 4
veritatem id eſt conſcientiam veritatis, *c. ne quis 22. quæſt. 2.* quia veritas non ſufficit, niſi adſit conſcientia, *c. homines 22. quæſt 2.* iudicium, id eſt diſcretionem, ac iuſtitiam, vt iuſtum ſit & licitum, quod iuratur. *c. animaduertendum 22. quæſt. 2.* iuxta infraſcriptos verſiculos, ſit iuſiurandum licitum. diſcerne notando, quis, *cap. paruuli cap. duobus cc. ſeqq. 22. quæſt. 5* cui, *c. nimis c. nullus hoc tit.* quid, *c. ſi vero aliquis cap. quintaualllis c. ſicut 1. & 2. cap. veniens c. venientes hoc tit.* per quid, *cap. conſidera 22. quæſt. 5.* ad quid, *cap. per inquiſitionem de elect.* cur, *c. vnuſquiſque 22. quæſt. 4.* quomodo, *d. c.*

animaduertendum 22. quæſt. 2. quando, cap. 1. de
feriis c. honeſtum c. decreuit 22 quæſt. 1 gloſſ. mag.
5 in c. 1. 22. quæſt. 4. Iuriſiurandi † duæ ſunt ſpe-
cies, aſſertorium, & promiſſorium. Aſſerto-
rium eſt quod fit de præterito vel præ-
ſenti, in quo aſſeritur aliquid eſſe, vel fuiſſe,
& diuiditur in voluntarium, neceſſarium,
iudiciale, quæ ſunt iuramenta litis deciſo-
ria, Inſtit. imper. tit. de act. §. item ſi quis poſtulan-
te §. æque ſi debitor Inſtit. de except. dicta in In-
ſtitutionibus imperialibus hic non tran-
ſcribo. Vt Iuramentum ſuppletorium de-
ferri poſſit ſex coniunctim deſiderantur de
quibus vide c. fin. & ibi poſt gloſſ. Can. hoc titul.
Mynſ. obſ. 68. cent. 1. Hipp. de Marſ ſing. 83.
6 Promiſſorium eſt † quod concipitur ſu-
per futuro, in quo promittitur dandum, vel
faciendum, vel non dandum, vel non faciē-
dum: Et eſt duplex, contractus confirmati-
uum ſiue confirmatorium, quod non cauſat
obligationem, ſed confirmat: Auth. Sacra-
menta puberum C. ſi aduerſ. vend c. quamuis hoc
7 tit. & iuramentum promiſſorium † de per ſe
præſtitum, vt ſi iuro ſoluere decem hoc mē-
ſe, iuramentum de obſeruandis ſtatutis &
conſuetudinibus eccleſiarum, præſtitum à
Prælatis, cum primo ad ipſas accedunt: à
canonicis cum recipiuntur in ipſis: rectori-
bus, & officialibus, quando aſſumuntur in
ciuitatibus terris & caſtris: c. 1. h. t. in 6. & ibi
Franc. num. 3. & 6. notab. dicit ſtatuta præſumi
licita poßibilia & non obuiantia libertati eccleſiæ
præſumptione iuris & de iure licet repugnent iuri
poſitiuo vel naturali iuri mutabili & Can. com-
muniter, Ex quo iure ciuili, vel canonico non
oritur obligatio etiam naturalis, Bartol. in l.
ſi quis pro eo num. 4. & 5. & ibi DD. ff. de fideiuſſ.
Bald. in c. cum contingat. num. 18. hoc tit. Aut a-
ctio, quia non interuenit niſi conſenſus vni-
us, ſed officium iudicis nullam præſuppo-
nens obligationem; quia canon mandat ob-
ſeruari iuramentum, & dirigit verba ad iu-
dicem, Roman. in l. iusiurandum 2. nu. 2. ff. h. t.
& ibi Iaſ. num. 8 & 9. Iaſ. in d. auth. Sacramenta
puberum num. 7. & ſeqq. Actus autem con-
tra iuramentum factus tenet tam in tempo-
ralibus, quam ſpiritualibus, licet contrafa-
ciens ſit periurus, Pan. in c. dilecto nu. 17. 18. &
19. de præb. & ibi Can. Speciale eſt quod ex
iuramento liberti de præſtādo operas oria-
tur obligatio, l. vt iuriſiurandi ff. de oper. libert.
l. ſi quis pro eo ff. de fideiuß. In contractibus † 8
clerici poſſunt iurare ſine licentia ſuorum
ſuperiorum, Pan. in c. 1. num. 18. & ſeq. de iu-
ram. cal. Franc. Marc. dec. 568. nu. 4. & dec. 691.
num. 4. part. 2. Regula eſt quod iuriſiurandi
contempta religio Deum vltorem habet. ſi
per Dei numen, ſi vero per principis vene-
rationem fuerit peieratum, punitur extra-
ordinarie: l. 2. C. de reb. cred. & ibi gl. fin. & Sa-
lic. ac DD. Attamen magna eſt inter prædi-
cta iuramenta † differentia, nam cum quis 9
iurat de præſenti, vel præterito, non eſt infa-
mis, ſi dicerat, niſi condemnetur, l. Lucius Ti-
tius & ibi gl. mag. in verb. debeant Bartol. & Ang.
de Peruſ. & DD. ff. de iis qui not. infam. c. quicun-
que & ibi gl. fin. & Can. 6. q. 1. Bart. in l. 2. C. de
reb. cred. & ibi Bald. & DD. Franc. Marc. quæſt.
705. part. 1. Si iurat de futuro, & tunc aut illi
cum quo contraxit, & infamatur ipſo iure,
& priuatur ſuis officiis, ſi dicerat, quia ve-
nit contra pactum & Sacramentum, l. quo-
ties & ibi Bart. poſt glo. in verb. priuatos C. de dig-
nit. libr. 12. l. ſi quis maior C. de tranſact. Bald. in
l. 1. numer. 10. C. de reb. cred. Franc. Marc. quæſt.
705. part. 1. Aut iurat ſibi ipſi & Deo tan-
tum, & tunc non infamatur: gloſſ. in d. l. Lucius
in verb. debeant gl. fin. in d. c. quicunque & vtrobi-
que DD. Alij dicunt, quando quis in iudicio
ſcienter deierat, ſemper fit infamis, quando
tendit in alterius præiudicium: gl. fin. in d. cap.
quicunque 6. quæſt. 1. Salic. num. 4. diſtinguit &
DD.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*DD.communiter in l.2.C.de reb.cred.& ibi Bald.*
*recenſet octo pœnas periurij Fr.Marc.quæſt.* 705.
*numer.2.& quæſt.ſeq. part.* 1. in iuramentis
promiſſoriis certæ ſunt conditiones, *gloſſ.in*
*cap.quemadmodum in verb.conditio per l.Hoſtien.*
*recenſet ſedecim & Can.communiter hoc tit.c.fin.*
*22.quæſt.5.& ibi gl.&* Can. nullæ inſunt in iu-
ramentis aſſertoriis: *glo.in d.c. quemadmodum*
*in verb.conditio per l.ſi mulier à viro* C. *de iure*
*dot.Hoſt.in d.c.quemadmodum in fine num.1.cap.*
*homines & c. ſeq.* 22. *quæſt.* 2. promiſſio
ſub fide principis, aut nobilis, tam de iure
quam moribus Germaniæ iuramento com-
paratur, *c.ad aures de his quæ vi met. cauſ.fiunt*
*c.peruenit & ibi gloſſ.fin.& Can.de fideiuſſ. c.2.*
*& ibi glo.in verb.interpoſitione & Can.de ſponſal.*
*Gail.obſ.59 lib.2.Myſ.obſ.17.cent.* 1. Inſtru
10 mentum confirmatiuum † ſortitur naturam
actus, ſiue contractus, cui accedit primor-
dialem & originalem, *l.fin.* C. *de non numer.*
*pecun.c.quemadmodum hoc tit.* in cautionibus
iuratis habet locum exceptio non nume-
ratæ pecuniæ, *d.l.fin.* C. *de non numer.pecun.*
& recipit conditiones omnes actus, ſuper
quo interponitur, *d.c.quemadmodum Oldrad.*
*conſ.238.num.2,Dec.conſ.408 num. 9. Pariſ.*
*conſ.110 nu.33.& ſeqq vol.1.* vt donatio cau-
ſa mortis iurata reuocari poteſt, *Ceph. conſ.*
*44 nu.31.vol 1.* non impedit reuocationem
actus ſui natura reuocabilis, quando eſt re-
uocabilis ex alio, quam ex debilitate ſua: *l.*
*qui Romæ § Flauius & ibi Iaſ num.* 20. *& ſeqq.*
*ff.de verb.oblig.Rot.deciſ.489 ſub num. 5. &c.*
*non obſtat part.1.diuerſ.* hinc titulatus in be-
neficio procurator conſtitutus ab habente
regreſſum ad beneficium, cum iuramẽto de
non reuocando ad ceſſandum regreſſum,
poteſt reuocari, etiamſi ex caſſatione regreſ-
ſus titulatus habiturus fuiſſet facultatem re-
nunciandi, quia admiſſio renunciationis
pendet ex voluntate ſuperioris, & non eſt in-
tereſſe conſiderabile in pecunia, vel diminu-
tione patrimonij, quod tantum conſidera-
tur in reuocatione procuratoris, *Achil.deciſ.*
*10.de procur.l.ſi venditor §.ſi quid emptor ff. de*
*ſeru.export.* Non ſortitur † naturam actus ſi- 11
ue contractus, *gl.in l.certi conditio in verb.ex o-*
*mni cauſa in princ.& ibi DD.ff ſi cert.pet.* denũ-
ciatio litis, quæ fieri debet venditori ſcien-
ti, ſublata cenſetur, ſi in inſtrumento vendi-
tor iurauerit defenſionem emptoris in ſe
ſuſcipere: *Rot. diuerſ.deciſ.69.part.2. Alex.*
*in l.2.§.voluntatem num.16 & ibi Iaſ.num.27.*
*& DD.ff.ſolut mat.Couarr.variar.reſp.lib.3.c.*
*17.num.5.plures citans But.in c breui hoc tit.* Iu-
ramentum non trahitur ad nullitatem ex
poſt ſuperuenientem, ob gabellam non ſo-
lutam, inſinuationem non factam, *Rot. di-*
*uerſ.dec.125.num.14. quæ nullum textum allegat*
*part.1.Bald in l.illud n.14.& ibi add plures cu-*
*mulat C.de ſacroſ.eccleſ. &c. Freder. de ſenis*
*conſ.281, Rom.in l modeſtinus num. 18.de donat.*
*Gail.late obſ.39.lib.2.* alias limitationes vi-
dere poteris apud Marc.Ant. Baueriam in
tract.de virtute iuramenti nu.134.& plurib.
ſeq.Crauett.conſ.102.nu.7. Supplet defe-
ctum † cauſæ, & facit præſumi cauſam ex- 12
preſſam eſſe veram, vt ſi alienatio rerum mi-
noris, medio eius iuramento, ſine cauſa fa-
cta fuerit, aut facta fuerit ex cauſa æris alie-
ni iuxta l.magis puto §.fin.verſ.ſi tamen ti-
tulo tenus ff.de reb.eor.qui ſub tut.&c. v-
troque caſu valet venditio, & ſi cauſa ſit ex-
preſſa, ſtatur eis aſſertioni, *Put deciſ.244.libr.*
*3.per auth Sacramenta puberum C ſi aduerſ.ven-*
*dit.* niſi conſtaret de falſitate cauſæ, *Dec.conſ.*
*403.ſub n.22.verſ.3. quia vendita approbatus à*
*Rota Put.deciſ.204.in fin lib.2.* Non ſupplet
defectum † conſenſus, quia natura iuramẽ- 13
ti eſt vt eius obligatio à conſenſu procedat:
& ſe non extendit vltra id ſuper quo eſt præ-
ſtitus conſenſus † ad incogitata, vel incogni- 14

ta, l.fin.ff.qui ſatiſd. cog.l ſi libertus ff. de oper.
libert, Bart.in l.ſi quis pro eo num.15.ff.de fideiuſſ.
Rom.conſ. 517. num.24.& ſeqq. vel ad ea
de quibus merito ſecundum communem
reputationem hominum non debuit cogi-
tari, c.veniens c.petitio hoc tit. Pulchre Pan in d.
c.veniens ſub n.4.poſt gloſſ.& ibi Can. vel per er-
rorem promiſſa, Crauett.conſ.144.n.15.& ibi
Put.deciſ.204.in fine libr. 3.l.cum putarem ff.
famil. erciſc.l.maioribus C.comm. vtriusque iud.
& c.l.ſi poſt diuiſionem C.de iur.& fact.igno.vt
pactum iuratum de ſoluendo canones de
ſemeſtri in ſemeſtre, Bald.in c.querelam nu.5.
hoc tit.l.2.in princ.C.de iure emphyt. ſtante con-
uentione paciſcentium, deuolutionem em-
phyteuſis fieri ob non ſolutionem canonis
per biennium vel triennium continuum,
non poteſt operari effectum caducitatis,
vel deuolutionis ante biennium, vel trienni-
um, quia ſic operaretur contra intentionem
iurantis: Rot.diuerſ.deciſ.3.num.3.& ſeqq.part.
2.c.qui peierare 22.quæſt 5.Couarr.in c.quamuis
primæ partis relect.cap.5.num.1. & 2. dato au-
15 tem conſenſu † operatur vim ſpecialis ex-
preſſionis, & ſufficit quod adſit conſenſus,
ſaltem in genere, cap. ex reſcripto & ibi gloſſ.in
verb.& vxorem & Can.hoc tit. vt mulier fide-
iubendo obligatur efficaciter, quamuis de
beneficio Velleiani non fuerit certiorata,
Pan.in d.c.ex reſcripto nu. 9. etiamſi intercedat
pro marito ſuo, licet hoc caſu ſit magis pri-
uilegiata per auth. ſi qua mulier C. de Velleian.
Fab.Bald. Alberic.& Paul.de Caſtro in d.authen.ſi
qua mulier, Eadem ratione valet renunciatio
caſuum fortuitorum, generaliter facta, ap-
poſito iuramento; perinde ac ſi caſus fortui-
ti eſſent ſpecialiter enumerati, Bald.in l.2.nu.
12.C.commod.per l.cum pater §.filius matrem ff.
16 de leg.2. Præterea operatur vt † melior
via cenſeatur electa, & eandem habet vim,
quam clauſula & omni meliori modo, d.l.
cum pater §.filius matrem ff.de leg.2.cap.4.& ibi
Pan.notat numer.2.hoc tit. Roman.in l.1 §.ſi
quis ita num.21.& ſeqq.ff de verb. oblig. fide-
iuſſor, ſi iurauit, poteſt obligari in plus, vel
in aliud, quam principalis. Angel.in §.fideiuſ-
ſores in fine Inſtit. de fideiuſſ. item promittens
factum alienum ad nihilum obligatur, niſi
ſpecifice promiſerit ſe curaturum, §. ſi quis
alium Inſtit.de inut.ſtipul. tamen ſi ſimpliciter
promiſit factum alienum, cum iuramento,
obligatur ad operam præſtandam, ſicut
ſi ſe ſpecifice obligaſſet, Pan.in d.c. ex reſcrip-
to in fine hoc tit. Angel.in l.inter ſtipulantem ſub
num.3. & ibi Alexan.ff.de verb.oblig.Greg.xv.
deciſ.241.& ibi annot. Limita † vt procedat 17
cum iuramentum adijcitur actui, in quo eſt
defectus ſolemnitatis, non autem quando
adijcitur actui, qui non poteſt valerę ex de-
fectu ſubſtantiæ vel deficientis conſenſus,
quoniam tunc non facit valere actum, vt va-
lere poteſt, ſed ſtatur regulæ l.ſi ego ff.ſi cert.
pet.volentis vnam conuentionis ſpeciem
non poſſe tranſire in aliam ex ſeipſa, Roman.
conſ.517.n.24.in fine & nu.ſeqq.l.an inutilis &
ibi glo.1.Barto.& DD.ff.de acceptil. l.ſi vnus §.
fin.& ibi gl.1.& DD.ff.de pact.

Accumulat † forum foro, quando de ipſo 18
iuramento principaliter agitur, quod ſerue-
tur, & contra laicum vterque iudex tam ſæ-
cularis quam eccleſiaſticus, eſt competens
ad obſeruantiam iuramenti, & ad pœnam
periurij: imo ſecundum aliquos mutat fo-
rum: ſecus ſi in dubium probabile reuoca-
retur, an iuramentum eſſet licitum vel non,
quæ cauſa ad eccleſiaſticum eſt remittenda
& ad eum tantum ſpectat: cap. fin. & ibi
pulchre Franc.num.9.& 10.de foro compet.in 6.
poſt Ioann. Andr.& alios Andr.Gail obſeru. 25.n.
4.libro 1.Pan.in c.cum ſit generale numer, 21.de
foro compet. in foro pœnitentiali laicus de iu-
ramento cognoſcere non poteſt, cum laicus
nullo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nullo caſu habeat poteſtatem clauium in
abſoluendo & ligando, *c. paſtoralis* §. 1. *& ibi*
*gloſſ. in verbo præterquam in mortis articulo de of-*
*fic. ordin.* Hæres iurantis virtute contractus
iurati, non poteſt conueniri coram eccle-
ſiaſtico, prout etiam hæres ex non obſer-
uatione contractus iurati non incurrit per-
iurium, *Pan in cap. veritatis num. 3. & Caſſad.*
*deciſ. 2. num. 9. & 10. hoc tit. Angel. in auth. de*
*iur. à mor. quæſt. num. 2. Capell. Tholoſ. quæſt.* 416.
quia iuramentum ex parte iurantis eſt per-
ſonale, ex parte recipientis poteſt eſſe reale,
& etiam perſonale, *c. veritatis & ibi Pan. num.*
*3. & Can. hoc tit. pulchre Andr. Gail. obſ. 27. libro*
*1. Zab. in Clem. 1. §. fin. in 6. 7. 8. quæſt. de iure-*
*iur.* poterit tamen contra hæredem iurantis
implorari officium iudicis eccleſiaſtici, vt
compellat eum ſatisfacere, ad exoneratio-
nem animæ defuncti, *cap. à nobis in fine de ſent.*
19 *excomm.* Facit † de minore maiorem, & eum
obligat ad obſeruantiam contractus, quaſi
contractus, iudicij, etiam ſine ſolemnitati-
bus factorum, redditque ea irretractabilia,
ac tollit beneficia non quidem iuris com-
munis, quæ dantur læſis reipſa ob deceptio-
nem vltra dimidium iuſti pretij, *gloſſ. fin. in fi-*
*ne in c. cum cauſa de empt. & vend. & ibi Can.*
*Myſ. obſ. 73 cent. 4.* verum beneficia reſti-
tutionis in integrum & nullitatis, actus,
*auth. ſacramenta puberum & ibi gloſſ. in verb.*
*contractibus & DD. C. ſi aduerſ. vend. gloſſ. in §. i-*
*tem ſacramenta in verbo ſuper contractibus & ibi*
*feud. de pace tenendi inter ſubd. & c. in vſib. feud.*
*Capel. Tholoſ. quæſt. 45. 49. & 106. Greg. xv. dec.*
406. idem obtinet in diſtractu, *Salic. in d.*
*auth. ſacramenta num. 17 pulchre Andr. Gail. obſ.*
*41. lib. 2.* quando minor ipſe iurat: ſi alteri
iuramentum deferat, aduerſus tale iuramé-
tum reſtitui poteſt, *l. nam poſtea §. ſi minor & i-*
*bi Iaſ. num. 1. ff. hoc tit. & Bald. in princ. & num.*
*7. Gail. d. obſ. 41. n. xj.* ſecus eſt in iuramento
aſſertorio, ſuper contractu per minorem,
præſtito, quo ſe maiorem affirmauit, cuius
prætextu excluditur à beneficio reſtitutio-
nis in integrum, *l. ſi alterius & ibi Bart. C. ſi*
*minor ſe maior. dix.* non autem excluditur à
beneficio nullitatis allegandæ, *Roman. conſ.*
*12. numer. 5. Marſ. ſing. 299. Cremenſ. ſing.* 163.
Notandum eſt quod magna ſit differentia
† inter hæc duo, *iuramentum firmat contra-* 20
*ctum inualidum, & iuramentum eſt ſeruandum.*
Primo caſu obligatur ex contractu, contra-
hens, † eiuſque hæres, *d. c. veritatis & ibi Can.* 21
*Pan. in cap. cum contingat num. 8. hoc tit. Salicet.*
*in d. auth. Sacramenta numer. 25. & ibi Iaſ. num.*
*38. & ſeqq.* & licet iurans abſoluatur à iura-
mento, non propterea poteſt venire contra
contractum, ſed abſolutio hoc operatur vt
agens ad reſciſſionem contractus, non inci-
dat in periurium; *Pan. in c. 1. num. 12. & in d. c.*
*cum contingat num 9. & Felin. in c. 1 num 29. qu.*
*8 hoc tit.* niſi abſolutio obtenta ſit cum nar-
ratiua enormis læſionis, & facultate dicen-
di de ſimulatione contractus; *Mohed. de-*
*ciſ. 4. de empt. & vend. Ioann. de Imol. in l. nemo*
*poteſt num. 7. de leg. 1.* quia iuramentum inter-
poſitum ſuper contractu ſimulato, non fir-
mat contractum, *gloſſ. in l. emptione C. plus val.*
*quod agit &c. & ibi Ang. Pan. in c. ad noſtram nu.*
*5. de empt. & vend. & ibi Can. Iaſ. in l. nemo po-*
*teſt num. 41. 44. & ſeqq. & ibi Alex. ff. de leg. 1.*
hæres vero non tenetur petere abſolutio-
nem à iuramento per defunctum præſtito,
& nihilominus poteſt allegare exceptiones
omnes quas ipſe defunctus, petita abſolu-
tione, opponere potuiſſet, & poteſt agere
ad reſciſſionem contractus nulla petita ab-
ſolutione à iuramento; *Auth. de iureiur. à mor.*
*præſt. & ibi Ang. n. 2. per illum text. Bald. in auth.*
*ſi hæc n. 12. C. de vſur. And. Gail. obſ. 27. nu. 5. lib.*
*1.* Iuramentum † firmat contractum, Pri- 22
mo quoties actus principaliter prohibetur,
fauore

fauore perſonæ, licet ſecundario fauore rei-
publicæ, vt fundi dotalis alienatio: *cap. cum
contingat hoc tit. c. 2. eod. in 6.* Alienatio rerum
immobilium minoris ſine requiſitis ſolem-
nitatibus: *l. 1. & ibi glo. in verb. periurij cauſa
ſua auth. Sacrament. C. ſi aduerſ. vend.* fideiuſſio
mulieris, *cap. ex reſcripto & ibi gl. pen. hoc tit.
Caſtr. in auth. ſi qua mulier num. 2. C ad Velleian.*
Secundo quando iuramentum eſt licitum
ex omni parte iurantis, recipientis, & rei,
ſuper qua interponitur; licet alia ratione a-
ctus ſit à iure improbatus, dummodo ob-
ſeruantia iuramenti non ſit nutritiua pecca-
ti, nec tendit in præiudicium tertij: *c. quanto
§. ſi vero hoc tit. c. quamuis in verb. firmatu &c. o-
mnino ſeruare debebit de pact. in 6. Nicol. Euer-
hard. in loco aui iurament. n. 5.* Ideo firmatur iu-
ramento pactum, quo filia, recepta dote re-
nunciat hæreditati paternæ; *d. c. quamuis de
pact. in 6. Gail. obſ. 147. lib. 2.* renunciationes
quas faciunt minores tutoribus, & curato-
ribus de adminiſtratione: *Bald in d. authent.
Sacramenta puberum n. 14.* ſtipulatio alteri
facta ita quod alteri acquiratur actio: *c. quo-
ties cordis 1. q. 7. & ibi gl. in verb. & per te Fel. in
ſal. Greg. num. 27. & ſeqq. & ibi Can.* donatio
inter patrem & filium: *Bald in l fin. C. de vſu-
cap. pro donat. nu. 6. & 7. Guid. Pap. quæſt. 146.
Gail. obſ. 38. lib 2.* donatio inter virum & vxo-
rem: *Bart. in l ſi quis pro eo in fine ff de fideiuſſ. &
in l. Seius & Augerius num. 7. ff. ad l. falcid. Capell.
Tholoſ. quæſt. 262. Gail. obſ. 40. lib. 2.* dona-
tio per militem, vel doctorem facta ſuæ fo-
cariæ: *Roman. conſ. 43 ad 1. num. 5.* tranſactio
facta ſine prætore ſuper alimentis in vltima
voluntate relictis: *Bart. in l. ſi quis pro eo in fine
Imol. in d. c. cum contingat n. 95. & ſeqq.* tranſa-
ctio ſuper dependentibus ex teſtamento,
non viſis, cognitiſque verbis teſtamenti:
*Iaſ. in d. l. de his n. 13. ff. de tranſact. Imol. in d. c. cũ
contingat n. 96.* contractus, prodigi: *Imol. in d.
c. cum contingat, n. 68. & ſeqq. Franc. Aretin.
cont. Bart. in l. is cui bonis nu. 5. ff. de verb. obligat.
Capell. Tholoſ. quæſt. 499.* Promiſſio de non
accuſando vxorem de adulterio, *c. quemad-
modum §. fi. in fine hoc tit.* Tertio iuramentum
firmat contractum, quando interponitur
ſuper actu, cui lex non aſſiſtit, nec reſiſtit,
vt ſuper pacto nudo: *arg. l. nuda C. de contrah.
& committ. ſtipul. Bart. in d. ſi quis pro eo n. 12. ff.
de fideiuſſ. Imol. in d. c. cum contingat, ſub nu. 80.
verſ. octauum membrum eſt & num. ſeqq.* iura-
mentum autem non habet vim pacti, non e-
nim iurando promitto parti, ſed magis Deo,
& ideo non eſt pactum, quod eſt duorum
conſenſus in idem, *Bart. in d. l. ſi quis pro eo nu.
5.* Altero caſu † quando canon ſtatuit ſer- 23
uandum eſſe iuramentum, iurans obligatur
ex iuramento & non ex contractu, hæres
iurantis non obligatur, iurans poſtquam ſol-
uit, poteſt repetere, & antequam ſoluat pe-
tere abſolutionem à iuramento, quæ ei
eſt concedenda, *cap. 1. & ibi Pan. num. 12. &
Can. hoc t. Pan. in d. c. cum contingat n. 8. & Bald.
num. 15.* & abſolutus immediate poteſt con-
trauenire, *Pan. in d. c. cum contingat nu. 9. & ibi
Can.* Seruandum † eſt autem iuramentum. 24
Primo quando contractus eſt reprobatus o-
dio creditoris, quia non licet debitori con-
temnere iuramentum ob peccatum credi-
toris: vt promiſſio ſolutionis vſurarum: *c. 1.
& ibi Pan. & c. debitores de iureiur.* oppigno-
ratio cum pacto legis commiſſoriæ, *c. ſignifi-
cante & ibi Pan. de pign.* ſiue ea ſit ſpecialis, ſi-
ue generalis, *Franc. Marc. q. 8. part. 1.* mutuum
contractum à filiofamilias contra Senatuſ-
conſultum Macedonianum, *Bart. in d. l. ſi
quis pro eo n. 10 Imol. in d. c. cum contingat n. 66*
venditio facta officiali durante officio, *l. non
licet ff. de contrah. empt. l. cum ipſe C. eod. & ibi gl.
fin.* Secundo quando reprobatur contra-
ctus ob defectum ſolemnitatis formalis:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Bart.in d.l.ſi quis pro eo n.* 14. vt iurata fideiuſſio in duriorem cauſam, vel in aliud, vel quando principalis, non tenetur, non valet vt fideiuſſio, quia iuramentum non ſupplet formam, ſed valet eo modo quo valere poteſt nempe vt principalis expromiſſio: *l. & eleganter § ſeuerus pactionis ff de dol. l. qui libertinus in fin. ff de oper. libert. Rom. in l.* 1. *§. ſi quis ita num.* 24. *ff. de verb. oblig.* Teſtamentum iuratum, vbi non eſt ſolemnis numerus teſtiũ, valet vt codicillus, *l. cum pater § . filius matrem ff. de legat. 2. Imol. in d. c. cum contingat num.* 74. *& ſeq. Bart. in d. l. ſi quis pro eo ſub n.* 13. *Roman. in d. § . ſi quis ita num.* 22. Tertio quando actus improbatur, à iure propter defectum ſolemnitatis probatoriæ introductæ ob publicam vtilitatem, *Imol. cont. Bart. in d. c. cum contingat n.* 73. *& ibi Pan num.* 26. quia quoad ipſum iuramentum ſufficit probatio iuris diuini per duos vel tres teſtes, & deficientibus omnibus probationibus tenetur in foro animæ, in quo non licet contra proprium iuramentum venire, *c. ſi vero hoc tit. c. ſi peccatum* 22. *q.* 1. quia iuramentum eſt de iure diuino & obligat Deo. Quarto generaliter ſeruandum eſt iuramentum in omnibus caſibus quando nõ vergit in diſpendium æternæ ſalutis iurantis, nec redundat principaliter in alterius detrimentum, *cap. 2. in fine de pact. in 6. & ibi gl. pen. & fin. & Can.* Vt alienatio aduentitiorum in quibus pater habet vſumfructum facta per filiumfamilias ſine voluntate patris & iuramento firmata quoad præiudicium patris, quamdiu ſuperſtes eſt non valet, cæterum patre mortuo & poſtquam filius effectus eſt ſui iuris vires habet, in ipſius filij præiudiciũ, *Myn. obſ.* 10. *cent.* 3. *Imol. in c. cum contingat n.* 43. *de iureiurando.* Quando autem iuramentum non poteſt ſeruari ſine diſpendio æternæ ſalutis iurantis, vt quia eſt contra bonos mores, *c. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6. c ſicut ex litteris c. intellecto hoc tit. c.* 1. *eod. in 6.* vel contra publicam vtilitatem principaliter, *c. ſi diligenti de for. compet. l. quemadmodum C. de agric. & cenſ. lib. xj. late & pulchre Bald. in d. c. cum contingat n. xj. & ſeqq.* aut quando tendit principaliter in præiudicium tertij, *l. hoc edictali C. de ſecund. nupt. c. venientes & c. ſicut noſtris hoc tit.* tunc iurans non indiget abſolutione, niſi ad cautelam, *c. cum quidam § fin. & ibi gl. pen. h. t.* quia iurando peccatur non contraueniendo, 22. *qu.* 4. *in ſumma & ibi gl. mag. cap.* 1. *c. magna c. diffinitio* 22. *qu.* 4 *c. quemadm. hoc tit.* prout latius hæc proſequitur Bart. in d. l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. Imol. in d. cap. cum 25
contingat Iaſ. & DD. in d. auth. Sacramenta puberum.

Iuramentum † dolo, vi compulſiua, aut metu præſtitum in caſu à lege non prohibito eſt obligatorium, ita vt opus ſit abſolutione: *l. ex falſis & ibi gl. in verbo præcipimus C. de tranſact. c. ſi vero c, verum hoc tit.* in caſu à lege prohibito non obligat ipſo iure: *d. c. cum contingat c. licet hoc tit. in 6. c. quamuis de pact. in 6. auth. ſacramenta puberum in fine C. ſi aduerſ. vendit. Gail obſ.* 42. *lib.* 2. ratio diuerſitatis eſt quia ſi principale pactum, ſuper quo interponitur iuramentum coactum, nullo iure ſit prohibitum, tunc vnius tantum eſt defectus, nimirum ius vel metus, cæterum ſi principale pactum per ſe ſit prohibitũ, vt in muliere conſentiente in alienatione fundi dotalis, filia renunciante accepta dote hæreditati paternæ, tunc duplex eſt vitium, nempe, ius, metus, & legis reſiſtentia, & vnicum iuramentum non poteſt ſupplere duos defectus, *Pan. in d. c. cum contingat num.* 3. *Felin in d. c. ſi vero num.* 8. *verſ. hanc concluſionem hoc tit. Andr. Gail. obſer.* 42. *lib.* 2. *Surd. deciſ.* 154. *numer.* 12. quando eſt reſtrictum, ſed ſi amplum ſit & prægnans aptum compræhendere plures defe-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

defectus, vt iurando omnia & ſingula in in-
ſtrumento contenta obſeruare , tunc ſup-
plet plures defectus, *Seraph. de priuileg. iuram.*
*priuil. 73. idem Seraph. deciſ. 1184 num. 15. plures*
*cumulans gloſſ. fin. in fine in c. cum cauſa & ibi*
*Can. de empt. & vend. Crau. conſ. 7. numer. 4 &*
*conſ. 114. ſub num 9. Gregor. xv. deciſ. 391. ſub*
26 *num. 6. & ibi annot.* Multæ † tacitæ condi-
tiones inſunt iuramento promiſſorio, pri-
ma eſt ſi mihi fidem ſeruaueris, *l. fin. C. de non*
*numer. pecun. c. ſicut el. 3 §. fin. hoc tit.* Secunda,
ſi iudex non præcipiat contra, *l. non videntur*
*§. qui iuſſu ff. de reg. iur. l. fin. ff. de leg. commiſſ.*
Tertia, niſi fuero abſolutus, *c. 1. c. ſicut el. 3. hoc*
*tit.* Quarta, ſi iuro ſtare mandatis iudicis, ar-
bitri, vel arbitratoris, intelligitur de æquis,
*c. veniens c. quintauallis hoc tit.* conſultius ta-
men eſt vt petatur abſolutio ad cautelam à
iuramento , quam Epiſcopus debet dare
præmiſſa ſummaria cognitione ſuper æqui-
tate vel iniquitate præcepti, *d. iuribus.* Quin-
ta, ineſt conditio ex natura rei, vt iuramen-
tum de dote danda, intelligitur ſi nuptiæ
ſequantur, *l. ſtipulationem l. tali ff. de iur. dot.* ac
etiam contractus, *l. quæro §. inter locatorem ff.*
*de locat. & ibi gloſſ. in verbo paruerit & DD* Sex-
ta, ex qualitate perſonæ, vt ſi iuro ſoluere tu-
tori ad certam diem, ſi interim ſit remotus
ab adminiſtratione, non teneor illi ſoluere,
*l. quod ſi forte §. 1 ff. de ſolut. l. poſt mortem § tutor*
*ff. quand. ex fact. tut. vel curat. & c. Pan. in c. 2. nu.*
*6 de nou. oper. nunciat.* Septima, ſi res in eo-
dem ſtatu permanet, *c. quemadmodum & ibi*
*gloſſ. in verbo oculos & c. ad noſtram hoc tit.* O-
ctaua, in omni iuramento tacite intelligitur
veriſimilis & communis intellectus homi-
num, *c. veniens & ibi gloſſ. 2. in fin. & Pan. num.*
*5. hoc tit. l. adigere in fine ff. de iurepat.* vnde ſi
clericus qui iurauit ſtare mandato Epiſcopi,
qui ei præcepit vt beneficio renunciaret, &
quod non appellaret, non habet neceſſe pe-
tere relaxationem iuramenti, *Pan. in d. c. ve-*
*niens num 5* & excipitur iuſta cauſa impedi-
menti, *l. 3. §. inde quæritur ff. de ſtat. liber. l. fin.*
*ff qui ſatiſd. cogn. c. ex parte 2. de cleric. non reſid.*
hinc compenſatio probata obſtat agenti ad
debitum pecuniarium ſibi promiſſum cum
iuramento, *Bart. in l. amplius num. 8 ff. rem rat.*
*hab & ibi add. plures cumulat. pulchre Afflict. de-*
*ciſ. 163. & ibi Viſill.* Nona, in quolibet iura-
mento eſt excepta auctoritas ſuperioris, *d. c.*
*veniens & ibi gloſſ. & Can. l. fin. in princ. ff. ad mu-*
*nicip. text. in c. venientes § quia vero hoc tit. & ibi*
*gloſſ. allegat. concord.* appellatione ſuperioris
venit etiam pater, *l. 2. ff. de iuſt. & iur. Alex. in*
*l fin. num. 3. & ſeqq. ff. qui ſatiſd. cogn.* quando
præſtatur ſuper re ſubiecta ſuperiori, vel ſu-
per iuribus ad eum pertinentibus, *Pan. in c.*
*conſtitutus num. 8. de reſcript.* ideo is qui iura-
uit, tempore receptionis ſuæ in canonicum,
ſeruare ſtatuta & conſuetudines eccleſiæ, ſi
poſtea impetret à Papa aliquas præbendas
contra conſuetudinem illius Eccleſiæ, non
eſt periurus, & valet impetratio, præſertim
ſi in gratia ponantur clauſulæ derogatoriæ
hodie poni conſuetæ, videlicet non obſtan-
tibus ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiæ
contrarijs etiam iuramento & confirma-
tione apoſtolica roboratis, *Rot. deciſ. 1. hoc tit.*
*in nou. c. cum aliquibus de reſcript. in 6. & ibi Can.*
*c. & cui & ibi poſt gloſſ. 1. Can. de præb. in 6. Fer-*
*ret. conſ. 75. per tot.* Prædictæ conditiones non
reddunt iuramentum conditionale , quia
nec conditiones quæ tacitæ inſunt, reddunt
legatum conditionale, *l. conditiones ff. de cond.*
*& demonſt. Hoſt. in c. quemadmodum num. 2. hoc*
*tit. & ibi Can. communiter.* Iuramentum reci-
pit † interpretationem in foro pœniten- 27
tiali ſecundum intentionem iurantis, *c. hu-*
*manæ aures 22. queſt. 5. c. tua nos & ibi gloſſ. pen.*
*& fin. de ſponſal. c. ſignificaſti & ibi gloſſ. pen. de ho-*
*micid.* in foro contentioſo eſt interpretan-
dum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum, ampliandum, & reſtringendum ſecundum ius, quando eſt generaliter præſtitum, *c. venientes c. ad noſtram el. 3. hoc tit. c. hoc videtur verſ. fin. & ibi gloſſ. mag. 22. quæſt. 5. c. ex literis & ibi gloſſ. pen. & fin. de ſponſal. Pan. in c. veniens ſub num. 4. in fine hoc tit.* quando vero eſt præſtitum ſuper re vel cauſa certa intelligitur prout iacet, *c. debitores de iureiur. c. ad aures c. ad audientiam de ijs quæ metusq; cauſ. fiunt & c. l. ſi actor ff. hoc tit.* Maior vigintiquinque annis, ſponte, & ex libero arbitrio † con-
28 traueniens pacto, contractui, aut transactioni à ſe iuratis per Deum, aut ſalutem principis, ipſo iure notatur infamia, actione cauſæ, ſiue pacti, cui contrauenit, priuatur; etiam vbi de ſola manutentione poſſeſſionis agitur *Natt. conſ. 37?. numer 37. & ſeqq. Greg. xv. deciſ. 64* Parte opponente, alias proceſſus tenet, *Crau. conſ. 199. ſub num. 15. verſ. 3. reſpondeo Greg. xv dec. 64. n. xj.* & non alia, orta ex alia contractu, ſuper quo non deliquit: *Roman. ſing. 499. l. ſi quis maior ibi ex pactione vel tranſactione illa C. de tranſact.* ſoluit pœnam, quæ pactis probatur inſerta, accepta reſtituit, rerum proprietate caret, & fructibus perceptis, ac omni emolumento, quæ pactione illa vel tranſactione fuerit conſecutus; quæ omnia mox deputantur, ei, qui intemerata pacti iura ſeruauerit, *per l. ſi quis maior C. de tranſact.* quæ loquitur in tranſactione, & habet locum in omni pacto & contractu iurato, *c. paruuli & ibi gloſſ. in verb. cauſa 22. quæſt. 5. Iaſon. in d. l. ſi quis maior num. xj. & ſeqq. & num 24. & ibidem DD. Rom. ſing. 499. Tuſcu Rot. diuerſ. deciſ. 97. num. 8. & ſeqq. part. 2. Rot. Far dec. 710. part. 1.* Idem iuris eſt in reo in his pœnis quæ ei poſſũt aptari, *gl. in d. l. ſi quis maior in verb. conſecutus & ibi Bart. nu. 12.* Fundatur ſuper iuramento, *d. l. ſi quis maior ibi eas autem inuocato Dei omnipotentis nomine eo auctore ſolidauerint Rot. diuerſ. dec. 583. num. 1. part.* 1. Præſupponit dolum, quo ceſſante ceſſat eius diſpoſitio, *Alex. in l. fin. n. 6. ff qui ſatiſd. cog. & c. Rot. diuerſ. deciſ. 583 num. 3. & ſeqq. plures cumulans Rot. diuerſ. 277. numer. 6 & deciſ. 279. num. 9 part. 2.* Probatur dolus, ſi probatur contrauentio contra pacta expreſſa, *l. non poteſt dolo carere ff. de reg. iur. l. ait prætor ff. quæ in fraudem credit.* Excipe 1. † quia is qui 29
non ſoluit in termino, non præſumitur periurus, niſi 1. inquiratur an voluntarie non ſoluerit, an neceſſitate coactus, quia neceſſitas excuſat à periurio, *c. querelam & ibi Bald. num. 1. & 2. hoc tit.* tamen non vitiat ſtipulationem, quin condemnatur ad ſoluendum: *l. continuus §. illud ff de verb. oblig.* Secundo paupertas excuſat à periurio, *l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes ff. mand.* 3. Poteſt pars pœnam ſibi debitam ex periurio remittere, quia concernit eius fauorem, *arg. c. 1. hoc tit. Socin. ſen. in l. 1, num. 113. ff. de ſolut. matr. Rot. diuerſ. dec. 19. in fine part. 1.* continet pœnam legalem ex ea parte, quod contraueniens cadit à commodo contractus, quam eccleſia licite poteſt exigere, pœna vero conuentionalis, quæ pactis probatur inſerta, ratione approbationis, dicitur legalis, & difficultas eſt an eccleſia hanc poſſit exigere, quia legalis eſt ex lato vocabulo; *late Rot. diuerſ. dec. 279. part. 2. d. l. ſi quis maior ibi reſtituta pœna quæ pactis probatur inſerta l. a de C. locat. c. dilecti filij & ibi gloſſ. in verb. per pœnam & Can. de arbit. c. ſuam & ibi gloſſ. & Can. de pæn. Capr. concl. 70.* non admittit purgationem moræ de iure ciuili, aut de æquitate canonica, etiamſi is, qui incidit in pœnas d. l. ſi quis maior, offerat ſe paratum realiter ſatisfacere de omni, & toto eo in quo tenetur vigore contractus iurati, *Iaſon. conſ. 9. numer. xj. & ſeqq. vol. 1.* Hiſce pœnis addit † ius canonicum in- 30
habilitatem ad alia beneficia obtinenda, *argum. c. teſtimonium de teſtib. Mohed, deciſ. 2.*

*circa finem de ſimon.Freder.conſ.* 48. quia col-
latio facta criminoſo,ad eius inſtantiam eſt
ſubreptitia,& ſubreptio in gratioſis vitiat
ipſo iure *Pa.dec.406.lib.2.Fel.in c.2.n.5.verſ.*
*limita etiam omnia prædicta de reſcript. Fel. in c.*
*inquiſitionis n.8.de accuſ. & vtrobique Can.* Se-
cus ſi Papa confert motu proprio, *Caputaq.*
*dec.135.part.1.Clem.ſi Romanus & ibi Can. de*
*præb.Rot.dec.6.& 7.de præb.in nou.* Remotio-
nem à beneficio obtento,& depoſitionem
ab ordine,non ipſo iure ſed per ſententiam,
*c.tua nos & Pan.in c.querelam in 2.not. hoc tit. c.*
*cum non ab homine de iud.Dec.in c.2.num. 5. &*
*ſeqq.de reſcript.Staphyl de litt.grat. tit. de var.*
*mod.vac.§.conſiderandi modo eſſent num.6. &*
*ſeqq.Garc.de benef.part.xj cap.*10. §. 2. *nu.* 266.
*& ſeqq.* quia infamia & periurium non pri-
uat aliquem,ipſo facto,beneficijs, dignita-
tibus, & honoribus obtentis, de quo dubi-
tat Pan.in d.c.querelam num.3.& ſeqq. pro
quo videtur *text.in l.quoties C.de dign.lib.12.*
*& ibi gloſſ.in verb.priuatos Bartol & DD.Achil.*
*deciſ.1.hoc tit.Fel.in c.querelam n.1.hoc tit.Dec.in*
31 *2.de reſcript.n.*10.*& ſeqq.* Signatura tamen
non dat pro periurio priuationem benefi-
ciorum,niſi periurium ſit iudiciale, *Staphyl.*
*de litt.grat.tit.de var.vacat.mod.§.conſiderandi*
*nu.8.in fine,* hinc conſtituens procuratorem
ad caſſandum regreſſum, & poſtea eum re-
uocans efficitur periurus, ſed non priuatur
ſuo regreſſu.*Achill.deciſ.7.de renunciat. iuribus*
*ſupra allegatis Fel.in c.ex parte 1.poſt num.4.verſ.*
*idem Nic.miles in repert.de reſcript. facit. l.ſi*
*ita ſtipulatus fuero hanc ſummam* 120.*de verb.*
*oblig Caſſad.deciſ.4.de priuil.*

32 Limita primo † quia contrauenienſ iu-
ramento aſſertorio non incurrit prædictas
pœnas;*l.1.& l.2.iuncta l.fin.ff. de crimine ſtell.*
*gloſſ.pen.mag.in l.lucius de his qui not.infam. Ar-*
*chid.in c.authoritatem num.15.quæſt.6.Pan.in d.*
*c.querelam ſub num.3.*ideo bis reſignans idem
beneficium,& iurans,quod in reſignatione
non interuenit fraus,non eſt periurus & in-
famis.*Put.deciſ.162.lib.1.l.pen.verſ.aditus quo-*
*que itaque & ibi poſt gl.pen.DD.C.ſi min. ſe ma-*
*ior.dix.*Limita ſecundo, quia contrauenienſ
iuramento promiſſorio de futuro, non in-
currit dictas pœnas, niſi & contra pactio-
nem & contra ſacramentum veniat: alioqui
ſi iurat quod hodie comedet carnes, & con-
trauenit,non ita,*gl.pen mag.in d.l.lucius.*Om-
nis autem periurus † indiſtincte repellitur 33
à teſtimonio ; *c.teſtimonium de teſt.gloſſ.pen.*
*in d.l.lucius in fine.*etiam poſt peractam pœ-
nitentiam,*c.teſtimonium de teſtib.Franc. Marc.*
*quæſt.706.num.4.part.1.c.quicunque 16.quæſt.*
*1.& ibi gl.in verb.teſtimonium & Can.* Et à iura-
mento honoris : quia amittit beneficia om-
nium legum,canonum,& ſtatutorum, qui-
bus cauetur quod credi debeat iuramento
alicuius & non à iuramento oneris , vt eſt
iuramentum fidelitatis,calumniæ &c *Bald.*
*in d.l.lucius numer.7.c.paruuli & ibi gloſſ.fin.22.*
*quæſt.5.late Iaſ.in l.ſi duo §.ſi quis iurauerit num.*
*1.& 2.ff.de iureiur.& ibi DD.* Quæritur an
valeat † pactum, quo quis promittit re- 34
ſarcire omne damnum, & intereſſe, quod
altera pars iurauerit ſe paſſam eſſe ? *Bart. in*
*l.fin.num.3 ff.de prætor.ſtipul.ſpecul.in §.viden-*
*dum n.7.de prob.& ibi add.* certum eſt quod
ſi bene arbitrabitur,ſtabitur ſuo dicto iura-
to ; alias reducetur ad arbitrium boni viri:*l.*
*hac venditio ff.de contrah.empt.& vend.Bart. in*
*l.fin.num.3.ff de prætor.ſtipul.Rom.in l.1,nu.3.&*
*Bald.in l.iuſiurandum la.2.ff.hoc tit.l.ſi libertus*
*ff.de oper libert l.ſi in leg.ff.locat.l.in perſonam §.*
*1.ff de reg.iur.* item de iure communi eſt in-
telligendum ſubſiſtente damno & intereſ-
ſe,& quatenus de iure veniat aliquod inter-
eſſe ratione moræ,aut culpæ,euictionis,aut
alias;*Bald.in l.ſi traditio num.9.C.de act.empt.*
quia ſine cauſa non videtur velle ſe obliga-

re,*l.2.*

re; *l.2.§.circa ff.de except.dol.l.quaro §. inter lo-*
*catorem ff.locat.*& ſtante ſtatuto quod detur
verto damnum paſſi, damnum debet legi-
time probari, & quoad declarandam quan-
titatem ſtatur iuramento damnum paſſi:
*Dec.conſ.83.in cauſ.* tamen ex vſu communi
valet talis conuentio, ac eſt irreuocabilis, &
non neceſſitatur damnum paſſus aliquid
probare, quia tranſiuit in formam contra-
ctus; ſed tantum dicere quantitatem dam-
ni & intereſſe: *late Afflict.deciſ.91.num.10.&*
*ſeqq.qui Bart.reprobat. Rot.diuerſ. deciſ. 467.*
*num.2.part.1. Alex de Imol.in l. 17. iuſiurandum*
*ſub num.1.in fine hoc tit.& ibidem Bald.& DD.*
niſi reus probet contrarium eius, quod is
prætendit, in cuius fauorem facta eſt hu-
iuſmodi conuentio: *Paul.de Caſtro in l. fin. ff.*
*de pretor.ſtipul. Afflict.deciſ.91. numer.2.part.1.*
quia hoc eſt de natura probationis, quod v-
na probatio recipit aliam probationem me-
liorem. *l.cum de indebito ff.de prob.l.1. C. de re*
*iud.& ibi DD.* Quinimo quando ſumma pro
qua iuratur eſt conſiderabilis, non debet
iudex confirmare vel deferre tale iuramen-
tum, niſi concurrant coniecturæ, ex quibus
moueri poſſit adita credendum, quia totum
hoc reducitur ad arbitrium iudicis, *Rot.d.*
*deciſ.467.part.1.diuerſ.Afflict.deciſ. 91 numer.*
*10.& ſeqq.Crau.de antiq.temp.part.1.§. quarto*
*limitatur num.27.& num.25.& ſeqq.* Tutor,
aut pupillus tutore auctore huiuſmodi
conuentionem facere non poteſt, *l. iuriſiu-*
*randi gratiam & ibi Bart.ff.hoc tit.* quia eſt ſpe-
cies donationis, *l.non omni C. de adminiſt. tut.*
& non tranſit in hæredem damnum paſſi,
*Roman.in l.1.in fine ff.ne quis eum qui in ius voc.*
*eſt viex.& in l. qui bona § qui damni num. 6. ff.*
*de damn. infect.* aut contra hæredem dam-
num dantis aut ſpoliatoris. *Mynſing.obſer.12.*
35 *cent.4.l.fin.C.de in litem iurando:* Abſolutio †
à iuramento conceditur à Papa, *c. veniens hoc*
*tit.*& ab Imperatore, *l.fin.in princ.ff. ad muni-*
*cip.& c.*quando ſcilicet iuramentum præſti-
tum eſt ſuper re ſubiecta Papæ, vel Impera-
tori: ſuper rebus non ſpectantibus ad eos
non poſſunt abſoluere ſine cauſa rationabi-
li, quin contraueniens peccet, quia iuramen-
tum obligat Deo. *c.quanto & ibi gloſſ.in verb.*
*abſolus & Pan.num.8.hoc tit. Zab.in Clem. Ro-*
*mani §.porro num.18.eod.Innoc. in c.cum inter*
*P.in fine de renunciat. Pan.in c.conſtitutus num.8.*
*in fin.de reſcript.* Multiplex eſt abſolutio, à pœ-
na periurij, & infamia, ita quod ob periu-
rium non repellatur à teſtimonio, vel ab a-
lio actu publico, & Papa & Imperator hanc
poſſunt concedere ſine cauſa. *Zab. in d. §.*
*porro num.* 18. Imperator quoque ſiue eius
conſiſtorium quando aliquis Princeps ſeu
ſtatus Imperij ſubijcitur banno Imperiali
ſubditis relaxat iuramentum fidelitatis quo
illi Principi ſeu ſtatui antea fuerant obſtri-
cti. *Mynſ.d.obſ.99.cent.3.* Abſolutio ad effe-
ctum agendi & detegendi fraudem contra-
ctus iurati, conceditur à ſummo pontifice,
eius ſignatura gratiæ, & iuſtitiæ, ab epiſco-
pis, eorumque vicarijs, iuxta caluum diuer-
ſitatem, *Pan.in d.c.quanto num.8.*ab Impera-
tore, & eius camera imperiali, *And. Gaill.obſ.*
*22 & ſeqq & 25.lib.1. Guid. Pap. quæſt. 194.*
*Mynſ.obſ.99.cent.3.* præmiſſa ſummaria cau-
ſæ cognitione, ac parte vocata. *And.Gail.obſ.*
*22.23.& ſeq libr.1.Mynſ obſ.99. cent. 3.* Ab-
ſolutio à iuramento ad effectum contraue-
niendi contractui, & vt tota obligatio tol-
latur non conceditur niſi parte vocata, &
cum plena cauſæ cognitione, *Felin.in c. 1. nu.*
*24.hoc tit.Pan,num.10.& Can.Old.d.conſ.120.*
*in princ.Berouſ.d.conſ.50.num.76.* ex cauſa ra-
tionabili doli, fraudis, *Salic.in d. auth ſacra-*
*menta puberum num.25.* euidentis iniquitatis,
enormis læſionis, *d.c veniens & ibi gl.fin.Iaſ.in*
*d.authent.ſacramenta puberum num.42.& ſeqq.*


*late*

*late Pan. in c. cum contingat ſub num. 21. verſ. ego autem ad totalem materiam euacuandam &c. vbi ponit xi. caſus hoc tit.* Poſtquam quis incidit in periurium, quia non ſatisfecit in termino, prout iurauit, non auditur petens abſolutionem ad effectum agendi, vel contraueniendi contractui, ſed compellitur ſatisfacere, quia fruſtra legis auxilium inuocat, & *c. c. quia fruſtra de vſur. Pan. in c. 1. ſub numer. 10. verſ. & ſubijcit ibi notabile dictum hoc tit.* Quando iuramentum concernit Deum, tunc Papa illud interpretari, & diſtinguere poteſt, & ex cauſa poteſt abſoluere, *c. quanto & Zab. in d. Clem. Romani §. porro num. 18. in fine*
36 *hoc tit.* Certis † caſibus non eſt neceſſaria abſolutio, in quibus non oportet iuramentum obſeruare, aut poteſt ſperni: Primo, ratione impoſſibilitatis, vel turpitudinis, quia vergit in diſpendium æternæ ſalutis iurantis, *c. 1. hoc tit. in 6. cap. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6.* Secundo, ex defectu cauſæ vel conditionis tacitæ, *iurib. ſupra alleg l. quaro §. inter locatorem ff. loc.* Tertio, propter nouum caſum, contingentem culpa aduerſarij, *c. quemadmodum hoc tit.* Quarto, ratione erroris vel ignorantiæ iuris ſui. *l. cum aquiliana ff. de tranſact.* Quinto, quando lex aut canon expreſſe prohibet iuramentum, *l. ſi quis inquilinos §. fin ff. de leg. 1.* Sexto, ratione iuris ſuperioris, *d. c. venientes hoc tit.* Septimo, ratione contractus ſimulati, tutius tamen eſt, quod petatur abſolutio à ſuperiore, *l. emptione & ibi gloſſ. & DD. C. plus valere quod agitur &c.* Octauo, quando contrauenit auctoritate ſtatuti, legis, vel ſuperioris, *l. qui iurato ff. qui ſatiſd. cog. l. adigere in fine ff. de iurepat.* & clarum eſt, eſſe locum legi & ſtatuto, ſecus ſi oporteret illud probare, quo caſu neceſſaria eſt abſolutio, *c. venerabilem & ibi gloſſ. in verbo venire Innoc. & Can. de elect. Gab. conſ. 9. vol. 2. Greg. xv. deciſ. 64. & ſeqq. & num. 14.* Nono, quando ab eodem duo præſtantur iuramenta contraria, prius eſt ſeruandum, *c. 2. & ibi gloſſ. in verbo poſſe conſtringi c. veniens & ibi late Pan. numer. 6. & ſeqq. hoc tit.* Sed iuramentum præcedens non inualidat actum ſequentem, qualicunque ſit, tam in temporalibus, quam ſpiritualibus, licet inter ea diſtinguet Rot. *deciſ. 8. de prócur. in antiq. & add. ad Capell Tholoſ. quaſt. 261. Pan. in c. dilecto num. 17. & ſeqq de præb. &c. & ibi Can. communiter gloſſ. in c. fin. in verb. reuocatus de procur. in 6. Creſc. deciſ 3. hoc tit.* Decimo, ratione enormiſſimæ læſionis quia tunc iuramentum non habet comites requiſitos, veritatem, iudicium, & iuſtitiam, *late Mynſ. obſ. 59. & 60. cent. 5. plures cumulans.*

## De exceptionibus.
## Titulus XXV.

### SUMMARIA.

1 *Exceptionem & qualitatem & neceſſarias circumſtantias ad ipſam exceptionem reus probare tenetur.*

2 *Exceptionum aliæ ſunt dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, aliæ quaſi perēptoriæ, aliæ præiudiciales.*

3 *Replicationes quoque quædam ſunt præiudiciales.*

4 *Dilatoriarum aliæ ſunt declinatoriæ, aliæ actionem & cauſam reſpiciunt.*

5 *Declinatoriæ tangentes perſonam iudicis ante omnem dilatoriam exceptionem ſunt proponendæ.*

6 *Dilatoriæ aliæ ante litis ingreſſum proponi & probari debent.*

7 *Dilatoria ſolutionis ante litem conteſtatam proponi debet, ſed probanda eſt poſtquam actor probauerit intentionem ſuam.*

8 *Reo poteſt iudex ſtatuere terminum ad proponendum omnes ſuas exceptiones dilatorias, ſed non ad proponendum omnes ſuas exceptiones peremptorias,*

9 Per-

9 *Peremptoriarum quædam ſunt litis finitæ quædam ſimpliciter peremptoriæ.*

10 *Peremptoriæ litis finitæ quænam ſint & quando impediant litis conteſtationem.*

11 *Peremptoriæ ſimpliciter quæ ſint & quando proponi & probari debeant.*

12 *Exceptionibus pluribus etiam contrarijs nullus vti prohibetur.*

13 *Exceptio non requirit cauſam.*

14 *Exceptione non veriſimili propoſita quale ſit officium iudicis.*

15 *Excipiens fatetur factum contentum in exceptione, ſed non fatetur intentionem actoris.*

16 *Imo ex rei exceptione non declaratur dubia probatio actoris ad ipſius commodum.*

17 *Limita primo, quia ſuper facto puro exceptionis actor ſe poteſt fundare.*

18 *Limita ſecundo, quando reus pure fatetur intentionem actoris & poſtea excipit.*

19 *Dilatorijs ſuper exceptionibus pronunciatur tacite vel expreſſe.*

20 *Peremptorijs ſuper exceptionibus pronunciatur quando per eas impeditur negocium principale vt ſunt præiudiciales.*

21 *Excommunicationis maioris exceptio ad effectum repellendi eſt anomala & poteſt proponi dilatorie in quacunque parte iudicij contra actorem eiuſque procuratorem.*

22 *At in cauſa appellationis ſi actor pro ſe reportauit ſententiam.*

23 *A ſciente omiſſa poteſt opponi poſt ſententiam.*

24 *In ea debet exprimi ſpecies excommunicationis, nomen excommunicatoris, aut Canon nomine proprio & probari intra octo dierum ſpatium.*

25 *Ea probata actor in ſequentibus repellitur, ijs quæ præceſſerunt in ſuo robore duraturis.*

26 *Excommunicationis maioris exceptio in vim peremptoriæ propoſita anomala non eſt.*

27 *Exceptio non poteſt opponi ab eo qui poteſt eadem exceptione repelli.*

FVNDATA intentione actoris reus probat exceptionem dilatoriam oppoſitam ante litis conteſtationem, aut opponit & probat exceptionem peremptoriam, quia in exceptionibus † reus cenſetur actor, *l. 1. ff.* 1
*hoc tit. l. in exceptionibus ff. de prob.* & tenetur probare ſuam exceptionem, & qualitatem, & neceſſarias circumſtantias ad ipſam exceptionem, *Franc. in c. 1. in 1. not. de præſcript. in 6. & ibi Can. per illum textum l. quinquaginta ff. de prob. Rot. diuerſ. dec. 190. nu. 2, part. 2. & 628. n. 2. part. 1. Greg. xv. dec. 278. & dec. 279. num. 2. & vtrobique annot.* ideo ſubijcitur titulus de exceptionibus, quarum aliæ ſunt † dilato- 2
riæ, aliæ peremptoriæ, *§. appellantur Inſtit. hoc tit. & ibi gloſſ. mag. vbi vide,* aliæ quaſi peremptoriæ, vt ſunt exceptiones quæ contra perſonas teſtium opponuntur, *c. 1. hoc tit. c. ex parte ff. de teſtib. Pan. in c. finem litibus n. xi. de dol. & cont. dictum eſt ſupra de teſt. & atteſt.* aliæ præiudiciales, quæ actioni intentatæ præiudicium adferunt, & in quibus reus prius admittitur ad probanda ea, quæ obiecit, quam actor ad fundandam ſuam intentionem: *l. præſes C. ad l. flau. de plag. Bald. in l. peremptorias n. 31. C. ſententiam reſcindi non poſſe Iaſ. in §. præiudiciales num. 17. Inſtit. de action. dictum eſt ſupra de ord. cognit.* replicationes † quoque quæ- 3
dam præiudiciales ſunt, in quibus replicans prius auditur & admittitur ad probandum, quam reus excipiens: *l. quoniam Alexandrum C. de adult. Iaſ. in §. præiudiciales n. 17. Inſt. de action.* regulariter vbi replicatio elidit exceptionem debet, 1. probari, quia ea probata manet exceptio inefficax, *Pan. in c. dilecti filij n. 5. hoc tit.* Rurſus dilatoriarum aliæ † ſunt 4
declinatoriæ, quarum aliquæ perſonam iudices reſpiciũt, & illius incompetentiam arguunt, *dictum eſt ſupra de for. compet. & ibi Fel. in rubr.* vel quæ de ipſo ſuſpicioné ingerũt, quo caſu ſunt eligendi arbitri ad cauſam recuſationis

tionis cognoſcendam : *c.ſuſpicionis de off.deleg.*
*c.cum ſpeciali de appellat.* Aliæ ſpectant perſo-
nam actoris, quæ demonſtrant illum non
habere legitimam perſonam ſtandi in iudi-
cio, *§.præterea Inſtit.& c.exceptionem hoc tit.c.1.*
*eod.in 6.Greg.xv.dec.264.& ibi annot.* Aliæ
deducuntur ex perſona rei conuenti, vt ſi a-
ctorem ex legitima cauſa domum reuocet,
*l.2.ff.de iud.c.fin.de foro compet. dictum eſt ſupra*
*tit.de for.compet.* Aut proteſtando excipiat de
loco non tuto, aut contagione infecto, *Rip.*
*de peſte tit.de priuil.iud.auth.peſt.in princ. Fel. in*
*c.accedens el.2 num.11.& ſeqq.& ibi Can. vt lit.*
*non conteſt.* qualis exceptio ſemper poteſt
opponi, quia habet grauamen ſucceſſiuum,
*Archid in c.hortamur 3.q.9. Fel. inde accedens el.*
*2.numer.15.& ibi Can.Mynſing.obſ.74.cent. 2.*
Aliæ actionem & cauſam reſpiciunt, vt cum
excipitur de ineptitudine libelli, aut litis-
pendentia, aut quod diuidatur continentia
cauſæ, *Iaſ.in l.nulli n.1.& ſeqq.C.de iud.* vel cum
nondum diem ſolutionis veniſſe prætendi-
tur, *§.perpetuæ verſ.temporales & §.præterea In-*
*ſtit.& ibi gloſſ.d.c.exceptionem & ibi glo in verb.*
*in dilatorijs hoc tit.& ibi Can.l. exceptione & ibi*
*gloſſ fin.C.de prob.* & exceptio tua non inter-
eſt, quæ repellit ab agendo & excipiendo, *l.*
*1.ff.de appell.recip. vel non l.ille à quo §.1. ff.ad*
*Treb.l.ex conuentione & ibi Dec.in princ.C. de*
*pact.Greg.xv.dec.396.numer.3.* Declinatorias
tangentes † perſonam iudicis, non modo
5 ante litem conteſtatam, verum etiam ante
omnem dilatoriam exceptionem reum o-
portet opponere & probare ; alioquin ſi a-
liam 1.propoſuerit, in iuriſdictionem iudi-
cis conſenſiſſe videtur, *c.quoniam contra & ibi*
*gloſſ.in verb.recuſationes & verb. exceptiones de*
*prob.c.exceptionem & ibi gloſſ in verb.in dilato-*
*rijs hoc tit.c.inter monaſterium de re iud. & ibi gl.*
*in verb.ſubeundo iudicium l.fin.C.de except.&*
*præſcript.& ibi gloſſ.Mynſ.obſ.27.cent.4.vbi ponit*
*vnam limit.* quando ſcit iudicem eſſe incom-
petentem, alias ſi ignorat, quandocunque
poteſt opponere : *gloſſ.1.in d.l.fin.C.de except.*
*toto tit.C ſi à non compet.aud.iud.eſſe dicatur,*
non cenſetur quis conſenſiſſe in iudicem,
per petitionem copiæ libelli, aut productio-
rum, *l.non videtur la.2.& ibi Bald.ff.de iud.* ſa-
tiſdationem iudicio ſiſti, *auth.offeratur C.de*
*litis conteſt.* exactionem cautionis de refun-
dendis expenſis, *Capel.Tholoſ.dec.181.& ibi*
*addit.plures cumulat.* Aut quamlibet exceptio-
nem, per quam ipſo iure negatur iuriſdictio,
*Bald.in l.non videtur l.2.in 2 lect.ff.de iud.Fel.in*
*c.inter monaſterium num.6.de re iud.Anch.in c.*
*ſi clericus ſub num.3.de for.compet.& ibidem But.*
*num.5.* Aliæ dilatoriæ † ante ingreſſum li- 6
tis proponi & probari debent, *l. ita demum*
*C.de procurat.gl.in c.in noſtra ſuper verb.exceptio*
*eod.c.cum cauſam de appell.Fel.in d.c.exceptionem*
*n.7 & ſeqq.* & poſt litem conteſtatam pro-
poni non poſſunt. *Fel.in d.c.exceptionem n.xi.*
*& num ſeqq.vbi ponit 13.fall.* Dilatoria ſolu-
tionis † ante litem conteſtatam proponi 7
debet, ſed probãda eſt poſtquam actor pro-
bauerit intentionem ſuam, *l.exceptionem C.de*
*prob.l.ſi quidem C.de except.c.ſi quis epiſcoporum*
*§ exceptionem 3 q.6.* In iudicijs in quibus pro-
ceditur ſine litis conteſtatione, vnus exter-
minis ſubſtantialibus bene ſeruatus exclu-
dit dilatorias exceptiones, *Fel.in d.c.exceptio-*
*nem n.10 plures cumulans hoc tit.Caſ.decıſ.7.n.*
*8.& xi.de fideiuſ.* Poteſt iudex † reo ſtatue- 8
re terminum ad proponendum omnes ſuas
exceptiones dilatorias, & poſt terminum
reum nullatenus audiet, niſi in tribus caſi-
bus: Si fuerit proteſtatus, *c.ad diſſoluendum de*
*deſponſ.impub.Pan.in c.ex conqueſtione n.6.de reſt.*
*ſpol.* Aut aliqua de nouo ſibi competens ex-
orta fuerit, vel ſi iuret poſtmodum ad ſuam
notitiã perueniſſe, *c.paſtoral.h t.c.ſi quis epiſco-*
*porum §.exceptio & ibi gloſſ. mag.3.q.6.* quia
in du-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in dubio terminus præfixus ad proponen-
dum dilatorias, intelligitur peremptorius
licet non exprimatur, *gl. in clem. 1. in verb. per-
emptorio & ibi Pan. in fine hoc tit.* Ad propo-
nendum omnes exceptiones peremptorias
non poteſt terminus præfigi ſine iuſta cauſa,
& cauſæ cognitione, *Pan. in d. c. paſtoralis n. 9.
& ibi Fel. n. 5. & ſeqq. & Can.* quia maius præ-
iudicium vertitur in omiſſione perempto-
riarum quam dilatoriarũ. Illud notandum
quod pœna appoſita agenti, vel accuſanti
non venit imponenda ei, qui excipiendo
contradicit, *l. qui cum natu §. is demum iuncta
l. in ſeruitutem ff. de oper. libert.* Peremptoria-
9 rum † quædam ſunt litis finitæ quædam
ſimpliciter peremptoriæ. Peremptoriæ litis
10 finitæ ſunt, quæ poſſunt † opponi, & in vim
declinatoriæ ſiue dilatoriæ ad impediendũ
litis ingreſſum, dicendo, tu non poteſt age-
re, quia non habes actionem: ac etiam poſ-
ſunt opponi in vim peremptoriæ ad iuſtitiá
cauſæ, dicendo, tu non foues iuſtam cauſam,
qualis eſt exceptio de re iudicata: tranſacta:
finita: *c. 1. de litis conteſt. in 6. & ibi gloſſ. mag. in
verb. finita & Franc. nu. 5. & Can.* iuriſiurandi;
non ſolum quando iuramentum eſt iudicia-
le, ſed etiam quando eſt extraiudiciale ſeu
præſtitum coram ſuperiore, non in forma
iudicij, *c. ſuper hoc & ibi gl. fin. in fine & But. nu.
34. de renunciat. Alex. in l. 1 ff. de iureiur.* præſcri-
ptionis; *Franc. in d. c. 1. num. 7. de lit. cont. in 6.
cont. gl.* Idem iuris eſt in omnibus aliis per-
emptorijs exceptionibus, per quas conclu-
ditur actori actionem non competere, vt
non implementi contractus, *l. Iulianus §. of-
ferri ff. de act. empt. Rot. diuerſ. dec. 236. part. 2.
Crau. conſ. 151. n. 10. & ſeq. Gail. obſ. 17. in princ.
lib. 2. Greg. xv. dec. 361. & ibi annot. limitat 2.
mod. & dec. 541. & ibi annot.* quæ impedit ex-
ercitium actionis, non tollit actionem, &
ſufficit quod implementum ſuperueniat
pendente iudicio: *Rot. diuerſ. dec. 277. part. 2.
Put. deciſ. 136. libr. 2. l. ſi rem alienam §. fin. ff. de
pignor. act. & ibi gloſſ. fin. Bald. & DD. in d. l. non
poteſt ff. de iud.* reſtitutionis acceptorum op-
poſitæ agenti ad reſciſſionem contractus,
*l. ſi diuerſa C. de tranſact. Rot. diuerſ. dec. 1x1. part.
1.* ſolutionis: acceptilationis: *l. cum querebatur
& ibi Bart. nu. 3. ff. iud. ſol. l. ſi pupilli §. videamus
ff. de negot. geſt. l. ſi poſtea in princ. & Iaſ. in l. ait
prætor 2. nu. 15. & num. ſeqq. ff. de iureiur. & ibi
DD. Bald. in l. eleganter §. ſi quis poſt princ. & nu.
15. & ſeqq. ff. de cond. indeb. idem in l. poſtquam
num. 7. C. de pact. pulchre Franc. in cap. 1. de litis
conteſt. in 6. numer. 18. qui ponit regulam,
quod peremptoria non debet opponi ante litis con-
teſt. & ſi opponatur eam non retardat quam li-
mitat 43. modis Fel. in c. exceptionem num. 34. &
ſeqq. & num 37. & ſeqq. ponit aliquas exceptiones
de quibus dubitatur an retardant litis ingreſſum
hoc tit.* exceptio rei non libere traditæ; *l. ex iis
prædijs C. de euict. Alex. conſ. 65. nu. 4. & 5. vol. 5.
Greg. xv. deciſ. 295. & ibi late annot.* quæ ceſſat
vbi nullum verſatur damnum, aut intereſſe
emptoris, *Bald. poſt gloſſ. in l. ſi pater in verb. li-
berentur C. de collat. Sal. in l. 2. num. 3. C. de ſent.
quæ ſine art. quant. prof. Rot. Farin. deciſ. 350. nu.
3. part. 2. Card. Seraph. deciſ 1243. numer. 5.* vel
ſi venditor diues in ſe litem ſuſcipiat, *Afflict.
deciſ. 171.* aut ſatiſdet, *Bald. in l. ex iis prædiis C.
de euict. Alex. d. c. conſ. 65. numer. 4. & ſeq. vol. 5.*
aut reus pretium retineat, *Bald. in l. ex iis præ-
diis Card. Seraph. d. deciſ. 1243. ſub num. 2.* Impe-
diunt autem litis conteſtationem, quando
poſſunt probari incontinenti, alias ſi re-
quirunt maiorem indaginem reſeruantur
poſt litem conteſtatam, *Bartol. in l. cum que-
rebatur numer. 3. & in l. ille à quo §. 1. ff. ad Tre-
bell. Iaſ. in d. l. ait prætor 2. num. 23. & ſeqq.* quia
quando opponuntur in vim dilatoriæ, non
fit remiſſio ad partes pro teſtibus vel aliis
probationibus, ſicut non fit ſuper alijs dila-

torijs, ſecus tamen eſt ſi opponuntur in vim
peremptoriæ, & ita eſt de Stylo Curiæ, *Ioan.*
*And. in c. exceptionis in gloſſ. ſuper verb. veniens de*
*litis conteſt. quod ipſe legit. ſub tit. de iud. in 6.* I-
mo ſi oppoſitæ fuerint ante litem conteſta-
tam, licet ſuper eis examinati fuerint teſtes,
nec plene fuerint probatæ, nihilominus
poſt litem conteſtatam iterum poterunt
opponi in vim peremptoriæ, teſteſque rur-
ſus examinari, & publicari, *Bart. in extrauag.*
*ad reprimendum in verb. ſummarie n. 24. 25. Myn.*
*ſing. obſ. 14. cent. 4.* Simpliciter peremptoriæ
11 † ſunt cæteræ, quæ litis conteſtationem mi-
nime impediunt, *c. 1. & ibi Franc. n. 18. ponit re-*
*gulam cum limit. de litis conteſt. in 6. & Can.* &
regulariter reo ſi intentionem actoris pro-
batione deficere confidit, nulla defenſio ne-
ceſſaria eſt, *l. ſi quidem C. hoc tit.* quia etiam in
ſpiritualibus, & beneficialibus reus & poſ-
ſeſſor, licet de eius iure non conſtet, poteſt
actorem per obiectus excludere: *c. cum ad no-*
*ſtras de conceſſ. præb. c. olim. in fine de reſcript. Rot.*
*dec. 4. de re iud. in nou. & deciſ. 6. eod. in antiq. Io.*
*And. in cap. mandatum numer. 41. & ſeq. de re-*
*ſcript.* ſi de intentione actoris confitetur, &
exceptione ſe munitum aſſeuerat, de hac
tantum agi conuenit, *d. l. ſi quidem 2. reſp. cap.*
*præterea de tranſact. l. 1. l. exceptionem C. de prob.*
*Pan. in c. cum venerabilis ſub nu. 26. verſ. 4. opi-*
*nionem poſuit & c. hoc tit.* eſt enim ſeparata
confeſſio ab exceptione, ſi vero de intentio-
ne actoris dubitat, tunc peremptoriæ, ſi
quas habeat, ab eo conditionaliter, *c. ex teno-*
*re de teſtib. Bart. in l. non vtique ff. hoc tit. Pan. in*
*d. c. cum venerabilis ſub n. 26. poſt gl. in verb. con-*
*feſſus*, ſunt proponendæ quandocunque an-
tequam feratur ſententia, ſiue ſit concluſum
in cauſa, probari autem debent poſtquam
actor monſtrauit intentionem ſuam *c. finem*
*litibus de dol. & contum. d. l. ſiquidem in 3. reſp. l.*
*peremptorias C. ſententiam reſcind. non poſſe c. ex-*
*ceptionem & ibi poſt gl. in verb. in dilat. Can. hoc*
*tit. l. exceptionem & ibi poſt glo. in verb. in dilato-*
*riis Can. hoc tit. l. exceptionem & ibi gl. C. de prob.*
plene, non præſumptiue, aut ſemiplene, *Rot.*
*diuerſ. dec. 628. nu. 3. & ſeqq. part. 1. Bart. in l. ad-*
*monendi num. 15. & ſeq. & num. 50. & ſeq. de iu-*
*reiur. & c. l. ob carmen & ibi gloſſ. in verb. impari*
*numero ff. de teſt. & DD c. in noſtra & ibi gloſſ. &*
*Pan. num. 3. & ſeqq. de teſt.* ante publicatio-
nem atteſtationum, niſi poſtea poſſet pro-
bari per inſtrumenta, vel confeſſionem ad-
uerſarij, *d. l. peremptorias & ibi gloſſ. in verb. fe-*
*ratur gl. in d. l. exceptionem ante fin. gl. pen. & fin.*
*in d. l. ſiquidem & ibi DD.* Excipe ab iſta regu-
la certos caſus, in quibus peremptoriæ op-
poni poſſunt etiam poſt ſententiam 1. ſi op-
ponantur à minore beneficio reſtitutionis
in integrum, *d. l. peremptorias*, ſecundo à mili-
te, *l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* tertio in excep-
tionibus *SC. Macedoniani & SC. Velleiani, l.*
*tamen. ſi ff. ad Maced.* vt latius dicetur, *in titul.*
*de ſent. & re iud.*

Nullus pluribus † vti exceptionibus pro- 12
hibetur etiam contrariis ſiue vno & eodem
inſtanti ſiue diuerſis temporibus proponat,
*c. nullus & ibi gloſſ. 1. Dyn. num. 8. qui pulchre di-*
*ſtinguit & Can. de reg. iur. in 6 Gabriel tit. de act.*
*concl. 1. num. 9. & plur. ſeqq plures citans.* fallit
in exceptione cuius contrarium reus obti-
nuit canonizari, quia tunc non poteſt con-
trarium in iudicium deducere etiam con-
tra aliam perſonam, *Roman. cent. 347. n. 9. per*
*c. cum olim. de cenſib. l. Papinianus § meminiſſe ff.*
*de inoff. teſtam. Gregor. xv. deciſ. 556. num. 7. &*
*8 & ibi annot.* Actor debet concludere cau-
ſam ſuæ actionis, *l. 1. ff. de edend. l. edita C. eod.*
*Butr. in c. dilecti de iud. num. 10. dictum eſt ſupra*
*tit. de libell. oblat.* exceptio regulariter † non 13
exigit cauſam, quia ſola nuda voluntas
ſufficit ad dandam exceptionem fauore
liberationum; *l. tale pactum ff. de pact. l. cum*

*de indebito & ibi poſt gloſſ. pen. DD.ff.de prob. Bald.in l.1.num.13.ff. de interrog. action. & ibi DD.Can.in c.ſi cautio de fid. Inſtrum.* quod ſi
14 exceptio non veriſimilis † proponatur; licet reus ad petitionem actoris non cogatur exprimere cauſam nec iudex poſſit huiuſmodi exceptionem repellere, quia veritas poſtea reſeruatur in probationibus faciendis circa merita, poteſt tamen iudex ex officio (ſi voluerit, quia ad id nõ neceſſitatur) compellere reum ad cauſæ expreſſionem, per quam exceptio iuſtificetur: *Imol.poſt gl.in verbo reſignationis in c. ſuper hoc nu.14 Butr nu. xj.& Can. communiter de renunciat.* vel hoc caſu, aut ſi poſt probatam actoris intentionem, reus ad impediendum vel differendum proceſſum per excogitatã malitiam, aliquam opponat peremptoriam, poteſt iudex arctare reum ad promittendum certam pœnam in euentum in quo exceptio non apparet vera: *cap.cum dilectus de elect.* vel ſtatuere terminum, infra quem ipſam probabit, *c.paſtoralis hoc tit.* aut aggrauare excipientem duriore probatione, *c.quia veriſimile de præſumpt l non eſt veriſimile ff.quod met.cauſ. &c.* aut ad ſoluendas alteri parti moderatas expenſas, ex tunc, cum inducias receperit ad probandam exceptionem, in iudicio faciendas, ſi forſan in probatione defuerit, non expectata ſententia definitiua, condemnare, & ſi ſoluendo non fuerit, iuxta arbitrium ſuum etiam corporaliter punire, *d. c.finem litibus & ibi Pan.& Can.de dol. & cont.* vt hoc timore perterritus non facile quis in grauamen alterius falſas exceptiones opponat, tum etiam quia commutatio pœnæ pecuniariæ ad corporalem fit non ſolum quãdo pœna eſt applicanda fiſco, *Innoc. in cap. Odoardus de ſolut.* verum etiam quando pecunia ſoluenda eſt pœna ex parte vtriuſque, aut cum ex parte rei eſt pœna, & ex parte actoris, cui pecunia ſoluenda venit, eſt intereſſe, *d.c.finem litibus in fine & ibi Pan.n.5. per illum text.de dol. & cont.* vel quando originem habet ex maleficio, *Ioan.de anan.in d. c. finem n.4.& ibi Can.* præterea iudex debet repellere exceptionem iuſtam oppoſitam ex malitia, *Felin.in c.ex parte el.2.n.1.de off. deleg.* Ex-
cipiens † fatetur factum contentum in ex- 15
ceptione, ſed non fatetur intentionem actoris, quia non confitetur id, quod iure eſt tacite compræhenſum, in ipſa exceptione: vnde excipiens de permutatione, fatetur permutationem interueniſſe, ſed non fatetur, quod res ſpectabat ad compermutantem, quia poteſt eſſe quod de facto fuit permutatio, & non de iure: ſimiliter in exceptione pacti de non petendo debitum, quia per hoc non confitetur debitum, quia poteſt eſſe quod non de iure debuit, *d.c.cum venerabilis & ibi gl. in verbo confeſſus hoc tit.& ibi fuſe Pan.n.26.* nam cum proponat factum repellendo actorem ab intentione ſua, non poteſt dici, quod fateatur intentionem actoris, ne vna & eadem confeſſio contrarios operatur effectus, *c.exceptionem & ibi glo. & Can.de reg.iur.in 6.l.non vtique ff hoc tit.Bald.in l.exceptionem numer.22.contra Bart.C.de prob. & ibi DD.* quin imo ex rei exceptione non
† declaratur dubia probatio ipſius actoris 16
ad ipſius commodum, *Pan.in d. cap. cum venerabilis in fine.* vnde niſi actor plene probet intentionem ſuam, reus venit abſoluen-
dus. Limita primo, quia † ſuper facto puro 17
exceptionis actor poteſt ſe fundare, vt ſi reus excipiendo dicat ſe procuratorem reuocaſſe, actor ſuper illa reuocatione ſe poteſt fundare: *c.ex parte Decani de reſcript.* In rem actionem pati non compellitur, qui excipiendo negat ſe poſſidere, ita tamen vt ſi conuincatur mendacij, actor fundãdo ſe in exceptione rei, ab eo ad ſe transfert poſſeſſionem per

iudicem, licet rem ſuam eſſe non probauerit: *l.fin.ff.de rei vend.fuit l.cum de indebito ff.de prob.cum ſimilibus.* quando actor; contra qué excipitur, factum in exceptione compræhenſum fatetur, nam in exceptione negata ſe non poteſt aliquo modo fundare, etiam ſuper eo quod explicite continetur in ipſa exceptione· *Pan.in d.c.cum venerabilis n.27.in fine hoc tit.qui ita explicat Bart.in d.l. non vtiq; ff.eod.* Limita ſecundo, quando reus pure fa-
18 tetur obligationem † & intentionem actoris, & deinde excipit, *l.ſiquidem in 2. reſp. C. hoc tit.c.præterea de tranſact.* eſt enim ſeparata confeſſio ab exceptione, & niſi exceptionem reus probauerit, venit condemnandus, *l.1.C.de prob.l.in exceptionibus ff.eod.* Alias ſex limitationes ponit Fel.in d.c.cum venerabilis nu.12.& 13.hoc tit.quem vide:eadem obtinent in actore replicante, vt non videatur fateri intentionem aduerſarii, *Felin. in d: c.cum venerabilis nu.12.* Super exceptionibus
19 † dilatoriis pronunciatur tacite, nam eo ipſo quod lis conteſtatur, tacite intelliguntur omnes dilatoriæ reiectæ, *c. cum inter monaſterium de re iud.* vel expreſſe, alias non poſſet procedi ad expeditionem principalis negocij, *Anch.in Clem.fin.ſub 2.not. & ibi Can.*
20 *de appell.* Super † peremptorijs exceptionibus eſt pronunciandum, quando per eas impeditur principale negocium; ſicut ſuper præiudicialibus, *c.tuam de ord.cognit. Zab.in Clem.fin.in 2.oppoſ.de appell.& ibi Can. c.cum dilectus de elect.* quando autem principale negocium poteſt expedire ſine exceptionibus peremptoriis, non expedit ſuper eis pronunciare, ſed ſi pronunciatur, tenet ſententia, *cap.1.de ord.cognit.Zab.in d.Clem.fin. in 2. oppoſ.& ibi Can.Greg.xv.deciſ.280.num.8.* ſententia autem ſuper peremptoria lata eſt interlocutoria non definitiua, *gl.in d.Clem.fin. in verbo repulſione & Can.communiter.* Excom-

municationis † maioris, ſiue latæ ab homi- 21
ne, ſiue à iure, *Zab.in Clem.1.in 2.quæſt.hoc tit.* exceptio ad effectum repellendi, anomala eſt: nam poteſt proponi dilatoriè in quacunque parte iudicij etiam poſt terminum datum ad proponendum omnes dilatorias, & declinatorias, & ſic in modo opponendi, ſapit naturam peremptoriarum, *Clem.1. & ibi Zab.in 3.quæſt.in fin.hoc tit.* contra ipſum actorem, eiuſque procuratorem, *gloſſ. in d. Clem.1.in verbo dilatoria & ibi Boniſac. n.8.23. & ſeqq.* etiamſi nominatim de exceptione excommunicationis terminus dictus eſſet, quia non poteſt iudex beneficium iuris auferre reo, *gloſſ.pen.in d.Clem.1.& ibi Can.* & admiſſa differt proceſſum negocij principalis, antequam de ea conſtet, quamdiu de ea cognoſcitur, *Franc.in c.1.ſub num.3.hoc tit. in 6.* quia de dilatoria & principali ſimul cognoſci non debet: *c.exhibita de iud.c.prudentiam §.ſexta & ibi gloſſ.in verbo donec de off. deleg.* ac etiam in ſecunda inſtantia & qualibet eius parte contra actorem, eiuſque procuratorem, poteſt opponi, ſi actor † pro ſe re- 22
portauit ſententiam in prima inſtantia, quam defendit in ſecunda, quia ſicut fuit actor originarius in prima, ita eſt in ſecunda inſtantia: *l.appellatione l.hi qui ad ciuilia & ibi not.C.de appell.* ſi vero reportauit ſententiam contra ſe, à qua appellauit, non poteſt ei opponi excommunicationis exceptio; quia appellatio defenſio eſt, quæ excommunicato permittitur, *c.cum inter c.cum eccleſiaſtica c. ſignificauit c.dilecta & c.fin.hoc tit. late Franc.in c.pia in princ.eod.in 6.& ibi Can.* Præterea à
ſciente omiſſa † poteſt opponi poſt ſenten- 23
tiam, à qua non fuit appellatum, & ea probata iudicium ſiue proceſſus iure decretalium eſt nullus, *c.exceptionem hoc tit. & ibi gl.& DD.* ſed actio ſalua remanet: *c.ad probandum de re iud.* iure nouo ſi quis excommunicatio-

nem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

24 nem opponit, ſpeciem † illius, & nomen excommunicatoris, (quando opponitur de excommunicatione hominis) & in excommunicatione canonis, ipſum canonem, nomine proprio, vel competentibus indicijs æquipollentibus nomini proprio, aut ſufficientem cauſam, ita quod tollatur incertitudo, *Franc. in c.1.§.ſi quis igitur ſub nu.4.& ibi Can. hoc tit. in 6.* exprimitur quam à die oppoſitionis & per iudicem admiſſionis, *Put. deciſ.150.nu.1.lib.1. Franc. in c. 1.§.ſi quis igitur numer.6. poſt Hoſt. Ioannes Andreas & alios hoc tit. in 6.* die in quo proponitur minime computato, intra octo dierum ſpacium probare valet apertiſſimis documentis; alioquin iudex in cauſa procedit, & reum in expenſas condemnat, quas actor ob hoc diebus illis ſe feciſſe docuerit: ſi poſtmodum, inſtantia durante, de eadem excommunicatione, vel alia iterum excipiatur, & probe-
25 tur; actor in ſequentibus † repellitur, ijs, quæ præceſſerunt, in ſuo robore duraturis: vltra duas vices non opponitur, præterquā ſi noua excommunicatio emerſerit; vel euidens, & prompta probatio ſuperuenerit de antiqua: poſt rem iudicatam oppoſita executionem impedit ſed ſententia robur obtinet: *d.c.pia.* Non admittitur probatio ſuper ea extra Curiam, nec decernitur remiſſio, *Bonif. in d. Clem.1.nu.7. in fine hoc tit.* & poteſt ab actore peti abſolutio ad cautelam, *c. apoſtolicæ hoc tit. c. venerabilis §.pen.& fin. de ſent. excomm. in 6.* Non habet locum *d.c.pia.* eiuſque dilatio, vbi negatur iuriſdictio, vt ſi dicatur reſcriptum impetratum per excommunicatum, *cap 1. de reſcript. in 6.* aut excommunicatio opponitur iudici: *c. ad probandum de re iud.* quia iſtis caſibus non principaliter de actoris perſona quæritur, ſed de iudicis iuriſdictione: *gl. in d.c.pia in verbo oppoſuit & ibi Franc. nu.3.* nec etiam habet locum quando excipitur de excommunicatione teſtis: *c. decernimus de ſent. excom. in 6. c. veniens el.2. in fine de teſtib.* ſed iſtis caſibus aſſignabitur dilatio congrua ponderatis circumſtantijs, *gloſſ. in d.cap.pia in verbo opponit & ibi Can. licet Bonif. in d. Clem.1.num.8.& 21.& ſeqq. hoc tit. videatur ſentire contrarium.* Quando excommunicationis † exceptio in vim peremptoriæ 26
proponitur anomala non eſt, *Zab. in d. Clem. 1. in 3. quæſt. in fine hoc tit.* neque tunc obſeruanda eſt forma d.c.pia, *gl. in d.c.pia in verbo differat & ibi Franc. n.3.& Can.* vt ſi opponatur ad perimendam electionem propter excommunicationem eligentium, vel electi, & dabitur competens dilatio ad probandū, *gloſſ. in d. Clem.1. in verbo dilatoriè gloſſ. in d. cap. pia in verbo opponit & vtrobique Can.* quia hic perit ius opponentis, exceptione non probata, & econtra: ac exceptio operatur ſuum effectum, etiam obtenta abſolutione ad cautelam, ratione principij vitiati, *Zab. in d. Clem.1. in 3. quæſt.& ibi Can.* Non poteſt † 27
exceptio opponi ab eo, qui poteſt eadem exceptione repelli, vt ſi plura poſſidens beneficia, de eadem pluralitate aduerſus alium excipiat, *c. cum eccleſiaſtica hoc tit.* vel ſi periurium, aut excommunicationem is obijciat, qui peierauit vel eccleſiaſtica ſententia innodatus eſt, *c. dilecti filij hoc tit.* niſi pro defenſione eccleſiæ ſuæ tales exceptiones oppoſuerit, *d.c. dilecti filij Felin. in d.c. cum eccleſiaſtica.* quia crimínoſus excipiens pro eccleſia, etiā nō prouocatus, dicitur reus neceſſarius.

## De præſcriptionibus.

## Titulus XXVI.

### SVMMARIA.

1 *Præſcriptio canonica requirit curſum quadraginta annorum, poſſeſſionem continuam, bonā fidē & iuſtum titulum duobus caſibus.*

2 *Præſcriptio quadraginta annorum currit contra omnes eccleſias.*

3 *Siue eccleſia præſcribat contra eccleſiam ſiue priuatus præſcribat contra eccleſiam.*

4 *In caſibus in quibus ius ciuile ſtatuit minus tempus ad præſcribendum.*

5 *In caſibus in quibus contra priuatum requiritur maius tempus quadraginta annorum puta in acquirenda ſeruitute diſcontinua in qua requiritur tempus cuius initij non extat memoria, non præſcribitur contra eccleſiam minori tempore.*

6 *Quando contra priuatum requiritur tempus duplicatum vt in ſeruitute habente cauſam diſcontinuam amittenda quæ duplicato tempore amittitur non debet contra eccleſiam tempus quadraginta annorum duplicari.*

7 *Contra eccleſiam non præſcribitur minori tempore quadraginta annorum.*

8 *Fallit in vſucapione nobilium eccleſiæ.*

9 *Fallit 2. in omnibus præſcriptionibus annalibus, ſemeſtribus vel temporalibus quibus circumſcribuntur actiones prætoriæ, pœnales, de dolo, quanto minoris redhibitoria & ſimiles.*

10 *Eccleſia in præſcribendo res laicorum vtitur eodem iure quo laici inter ſe.*

11 *Clericus in patrimonialibus cenſetur vt laicus.*

12 *Curſus quadraginta annorum omnem prorſus actionem excludit.*

13 *Poſſeßio continua requiritur quando præſcriptio inducitur ad quærendam rem ſeu ius in re.*

14 *Præſcriptio omnis certum debet habere initium, quod multis declaratur exemplis.*

15 *Præſcriptio dormit in certis caſibus.*

16 *Poſſeßio defuncti non tranſit in hæredem, tamen quoad effectum vſucapionis complendæ tranſit effectus poſſeßionis in hæredem, etiamſi non apprehendatur de nouo.*

17 *Præſcriptionis interruptio, alia eſt ciuilis, alia naturalis.*

18 *Ciuilis interruptio quibus modis fiat.*

*Exceptio ſpoliationis*
19 *Cauſa alienationis interueniens*
*præſcriptionem cœptam non interrumpunt.*

20 *Naturalis interruptio quibus modis fiat.*

21 *Interruptio ciuilis & naturalis diuerſo iure cenſentur.*

22 *Bona fides requiritur omni tempore in omni præſcriptione.*

23 *Actus quilibet quia aptus eſt inducere malam fidem interrumpit præſcriptionem quando agitur de re adepta præſcribenda.*

24 *In præſcriptione iuris quarendi non conſideratur mala fides.*

25 *Iuſtus titulus requiritur quando præſcribenti contrarium eſt ius commune, vel contra eum præſumptio habetur.*

26 *Præſcriptio vetita eſt iure communi ratione perſonæ aut rei.*

27 *In Præſcriptione centenaria quæ currit contra Eccleſiam Romanam, requiruntur omnia requiſita in canonica præſcriptione.*

28 *Probatur per teſtes & inſtrumenta.*

29 *In Præſcriptione tanti temporis cuius initij non extat memoria non requiritur quod poſſeßio iuſtificetur ex titulo.*

30 *Probatur per teſtes qui debent eſſe ſexaginta annorum aut quinquaginta quatuor, vel ſaltem tantæ ætatis vltra quadraginta annos quod fuerunt doli capaces tunc cum cœperunt videre poßidere.*

31 *Non probatur per ſcripturas.*

32 *Republicatio eſt temporalis ſicut & actio & eodem curſu temporis tollitur.*

*Exceptio perpetua eſt quæ non poteſt deduci in iudicio agendo.*

*Eccleſia reſtituitur aduerſus quadragenariam præſcriptionem.*

*Præſcriptio non opponente parte, an in ferenda ſententia ſit attendenda.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FREQVENTER ex præſcriptione obijci-
tur exceptio, ideo merito poſt præcedē-
tem ſequitur hic titulus. Omiſſis traditis *in*
1 *Inſt. Imper. lib. 2. hoc tit.* in præſcriptione † ca-
nonica, quando priuatus præſcribit rem ec-
cleſiæ, vel vna eccleſia contra aliam, requi-
runtur quatuor: curſus 40. annorum, *c. de*
*quarta c. ad aures hoc tit.* poſſeſſio continua
non interrupta, *c. illud c. quia iudicante hoc tit.*
bona fides, *c. vigilanti c. ſi diligenti cap. fin. hoc*
*tit.* & iuſtus titulus duobus caſibus, quando
ius commune eſt contrarium præſcribenti,
vel præſumptio eſt contra ipſum, alias re-
gulariter ſufficit ſola bona fides abſque ti-
tulo, *cap. 1. hoc tit in 6.* de quibus ordine vi-
deamus, & circa curſum 40 annorum ſer-
uandæ ſunt infraſcriptæ regulæ. Præſcriptio
2 † 40. annorum currit contra omnes eccle-
ſias, *c. ad aures hoc tit.* & alia loca pia, *l. omnia*
*priuilegia C. de epiſcop. & clericis & ibi Bart. c. vo-*
*lumus 16. quæſt. 4. Io. And. in c. 2. n. 1 de in integr.*
*reſtit. in 6. Pan in d. c. de quarta n. 7 hoc tit.* le-
gata pia, *c. fin. 16. quæſt. 4.* Epiſcopi bona, *cap.*
*poſſeßiones 16. q. 4. c. de quarta & ibi Pan. n. 5. hoc*
*tit.* bona capituli debita canonicis, *Pan. in d.*
*c. de quarta num. 5 in fine*, ſola Romana eccle-
ſia excepta, *c. pen. in fine c. fin. 16. quæſt. 3. c. cum*
*nobis hoc tit.* in iuribus habentibus cauſam
continuam, & rebus immobilibus, tam
incorporatis, quam delatis nondum in-
corporatis, *Pan. in cap. cum nobis num. 9. &*
*xi. hoc tit. licet Franc. in c 2. num. 5. & Gemin. i-*
*bidem §. fin. numer. 5. in vlt. quæſt hoc tit. in 6 re-*
*ſtringant d. c. 2. ad bona quæ ab eccleſia tenentur*
*delata & apprehenden. & in alijs bonis ſeruanda*
*dicunt iura ciuilia notata in §. res fiſci Inſtit. de v-*
*ſucap. & præſcript.* ſiue † eccleſia præſcribat
contra eccleſiam, *c. placuit §. hæc de præſcript.*
*56. quæſt. 3. c. poſſeßiones 16. quæſt 4.* ſiue priua-
tus contra eccleſiam, *c. fin. 16. q. 4. d. c. de quar-*
*ta & ibi Pan. num. 56. & Can. c. 2. hoc tit. in 6.* e-
tiam in fundo dotali ipſius eccleſiæ, *Fel. in c.*
*ad aures in princ. hoc tit.* non quidem in vita
ipſius Prælati, qui male alienauit rem eccle-
ſiæ, ſed incipit currere tempore ſui ſucceſſo-
ris, *c. poſt quingentos & ibi Archid. numer. 2. & c.*
*ſi ſacerdotes 16. quæſt. 3. l. qui fundum §. ſi tutor &*
*ibi Bart. ff. pro empt. glo. fin. in d. c. 1. de reſt. in in-*
*tegr. in 6. & ibi Franc Bald. in l. 1. num. 1. in fin. C.*
*de bonis matern.* In caſibus in † quibus ius ci- 4
uile ſtatuit minus tempus ad præſcribendū,
vt in præſcriptione longi, & longiſſimi tem-
poris, *Auth. quas actiones & ibi Iaſ. in 1. notab.*
*& num. 2. limitat. 2. mod. & DD. communiter C.*
*de ſacroſ. eccleſ. d. c. de quarta c. illud hoc tit.* In
caſibus † in quibus contra priuatum requi- 5
ritur maius tempus quadraginta annorum,
puta in acquirenda per præſcriptionem ſer-
uitute diſcontinua, in qua requiritur tem-
pus, cuius initij non extat memoria, *l. ſerui-*
*tutes la 3. ff. de ſeruitut.* non præſcribitur con-
tra eccleſiam minori tempore, ne ſit dete-
rioris conditionis, quam priuatus, quia non
debet priuilegium præſcriptionis quadra-
genariæ introductum in fauorem eccleſię in
eius odium retorqueri: *c. quod ob fauorem de*
*reg. iur. in 6. l. quod fauore C. de legib.* vbi vero † 6
requiritur tempus duplicatū vt quando agi-
tur de ſeruitute habente cauſam diſconti-
nuam amittenda, quæ duplicato tempore,
nempe viginti annis inter abſentes, & præ-
ſentes amittitur, *l. ſi ſic ff. quemadm. ſeruit amit.*
*l. fin. C de ſeruit. & aqua*, non debet contra
eccleſiam tempus 40. annorum duplicari,
priuilegium enim non debet excedere pro-
prios terminos, *Pan. in d. c de quarta n. 18. & i-*
*bidem Felin. nu 37.* Altera regula negatiua eſt,
contra † eccleſiam non præſcribitur minori 7
tempore quadraginta annorum *d. cap. de*
*quarta c. illud hoc tit.* quæ fallit 1. in † vſuca- 8
pione mobilium eccleſiæ, quæ vſucapiuntur
triennio, ſicut res priuati, *Auth. quas actiones*

C. de

*C.de ſacroſ.eccleſ.Pan.in c.1.de reſtit.in integ. nu.*
*XI.& 13.vbi dicit hanc opinionem communiorem*
*& veriorem Imol.num.*14.dummodo non ſint
res mobiles directe ad diuinum cultum
Deo dicatæ, quæ non ſunt in dominio ec-
cleſiæ, *§.nullus inſtit.de rer.diuiſ.§.ſed aliquanto*
*& ibi Faber numer.2.& Can. Inſtit.hoc tit.*Fallit
9 2.in omnibus † præſcriptionibus annali-
bus,ſemeſtribus, vel temporalibus, quibus
circumſcribuntur actiones prætoriæ pœna-
les, *l.in honorarijs ff.de act.& oblig.*actio de do-
lo,*l.fin.C.de dolo*, actio quanto minoris, *l ſi*
*prædium & ibi gloſſ.1.C.de ædil-edict.&c.*& red-
hibitoria,*l.cum ſex ff.de ædil.edict.* & ſimiles,
in quibus omnibus ita præſcribitur contra
eccleſiam, ſicut contra priuatum, *Pan.in c.*
*cum cauſa numer.10.de empt.& vend. Iaſ. in d.*
*auth. quas actiones numer.4. & ibi glo.in verb.*
*durantibus & ibidem Faber Fel. in d.c.de quarta*
10 *in fine*,Tertia regula eſt, eccleſia † in præ-
ſcribendo res laicorum vtitur eodem iure,
quo laici inter ſe, dummodo cum bona fi-
de,*c.facultates 13.quæſt.2.& ibi gloß.in verb.tri-*
*ginta Pan.in c.ſanctorum nu.5.Boick in cap. illud*
*num.2.& ſeqq.hoc tit.& Ioan.Andr. num.4.&*
11 *Can.* Quarta eſt,clericus † in patrimoniali-
bus cenſetur vt laicus , *c. cum dilectus & ibi*
*Pan.n.5.de Iurepat.gl.1.in c.poſſeßiones 16.quæſt.*
12 4.Quinta eſt, curſus † 40.annorum om-
nem prorſus actionem excludit, *c.ad aures in*
*fine hoc tit.& ibi Can.* ac etiam remedium *c.*
*reintegrandæ 3.qu.1. Card.Seraph.deciſ.1360.l,*
*ſicut & l.omnes §.quidquid autem C.de præſcript.*
*30.vel 40.annor.c.ad aures hoc tit.*hinc infertur
ſi tutus præſcriptione ſoluit ignoranter,po-
teſt ſolutum repetere; quia ſoluit indebitū,
cum curſus 40. annorum tollat directam,
& vtilem actionem, *Rot. diuerſ. deciſ.242,*
*num.6.in fine part.1.Pan.in c. ad aures num.4.*
*hoc tit. per illum text.c.inter memoratos ibi ſit a-*
*terum dominium 16.quæſt.3.gl.in fine Archid. in*
*c.1.in fine hoc tit.in 6.mag.in ſumma 16. quæſt.3.*
vel ſaltem erat tutus exceptione perpetua,
*gloſſ.fin.in l fin § fin.ff.rem rat. hab. & ibi Bart.*
*& DD.communiter Fel.late in d.c.ad aures*, fa-
uorabili, quia præſcriptio acquiſita dicitur
ſecundum ius, *Felin.in rub.huius tituli num.2.*
*Pan.in cap.fin.num.37. & ibi Can. hoc tit Creſc.*
*deciſ.1.num.8.& 9.eod. Rot.diuerſ.deciſ 364.*
*num.3.part.1.* De poſſeſſione eiuſque conti-
nuatione tradunt *DD. Inſtit. Imper.hoc tit.*
quorum dicta non tranſcribo: requiritur
quando præſcriptio † inducitur ad quæ- 13
rendam rem,ſiue ius in re,ſi præſcriptio in-
ducitur ad extinguendum ius alterius, vel
quærendam defenſionem contra ius alteri
competens,non eſt neceſſe quod præſcribēs
poſſideat vel quaſi , vt debitor præſcribit
40.annis action: directæ hypothecariæ, e-
tiamſi non poſſideat ius ipſius creditoris,
*l.ſequitur §.ſi viam ff.de vſucap. &c. Salic.in l.*
*cum notiſſimi §.1.n.3.& 4.C.de præſcript.30.vel*
*40.annor.& ibi DD, Angel.in l.ſicut in rem num.*
*9.C.eod.& ibi Bart.n.6.Oldrad.conſ.254. nu.2.*
*Franc.conſ.111,num 20.Rot.diuerſ.deciſ.242. n.*
*4.& dec.264.n.4.& ſeqq.& dec.286.ſub num.*
*3. part. 1.* Omnis præſcriptio † certum 14
debet habere initium, & illud debet conſi-
derari,*l.ſicut C.de præſcript.30. vel 40. annor.*
*verſ.quæ ergo antea Rot.diuerſ.314.num.5.part.1.*
præſcriptio bonorum,pignoris & hypothe-
cæ,incipit à die adeptæ poſſeſſionis:*l.ſine poſ-*
*ſeßione de reg.iur.in 6.l.ſicut in rem verſ. eod. &*
*iure & l.cum notißimi §.ſed cum illud C.de præ-*
*ſcript.30.vel 40.annor.* actionum perſona-
lium, ſi puræ ſint,ab ea die,qua ſunt produ-
ctæ:ſi ſub aliqua conditione,aut die certa vel
incerta ponantur, poſt conditionis exitum,
aut præſtitutæ diei certæ vel incertæ lapſum:
*d.l.cum notißimi §.illud autem plus Rot. diuerſ.*
*deciſ.286.part.1.* niſi talis conditio eſſet, cu-
ius implementum in poteſtate creditoris

foret,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

foret, vtpote quia poteſtatiua, tunc enim ſi implementum per creditorem negligentem differatur, præſcriptio ſumit initium etiam conditione pendente, *l. 1. §. prætermittere verſ. fin. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt &c. & ibi DD. Bald. in l. cum qui C. eod.* Colonus non incipit præſcribere contra dominum à tempore finitæ locationis, ſed denegatæ reſtitutionis: *l. male agitur & ibi poſt gloſſ. Angel. num. 5. & 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Rot. diuerſ. deciſ. 314. & 315. part. 1.* Præſcriptio iuris agnoſcendi fideicommiſſum, & illud acceptandi currit à die purificati fideicommiſſi: *Rot. diuerſ. dec. 286. num. 3. & deciſ. 308. part. 1. l. fin. §. ſin autem auaritiæ C. comm. de legat l. cum notiſſimi §. illud autem plus & ibi gloſſ. in verb. contractibus C. de præſcript 30. vel 40. anno.* Actiones orientes ex duobus pactis, quæ non competunt ſucceſſiue, præſcribuntur vnico ſpacio: vt actio perſonalis & hypothecaria, *d. l. cum notiſſimi §. 1. Salic. in l. vſucapio num. 3. C. de pign. Rot. diuerſ. deciſ. 242. nu. 1. part. 1.* etiamſi competant duabus perſonis ex duobus pactis; *c. fin. de conſuet. in 6. & ibi Can. Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gloſſ. 1. num. 65. & ſeqq. Rot. diuerſ. dec. 264. numer. 2. part. 1.* ſecus ſi competant ſucceſſiue, vt querela falſi, & quærela inofficioſi: *l. contra maiores C. de inoffic. teſtam.* obligationes annuæ & menſtruæ, quæ oriuntur ex contractu puro, tolluntur vnica præſcriptione, quæ incipit à tempore quo eſt ceſſatum, nec quælibet annua præſtatio requirit ſuam præſcriptionem: ſecus eſt in obligationibus annuis & menſtruis ortis ex contractu conditionali, ac etiam in legatis annuis, in quibus requiruntur plures præſcriptiones; *d. l. cum notiſſimi §. in his & ibi Bart. & DD. l. vbi autem §. qui ſortem & ibi poſt gloſſ. DD. de verb. oblig. Iaſ. in l. de pupillo §. ſi in pluribus num. 3. & 4. ff. de nou. oper. nunc. & ibi Alex. Mohed. deciſ. 4. hoc tit. Mynſ. obſer. 13. cent. 3.* quia cum ante euentum conditionis, & exiſtentiam diei, non ſit nata obligatio, & actio, non poteſt tolli; *l. ſi in ſingulos ff. de ann leg. Put. deciſ 253. num. 5. & 6. lib. 1.* ideoque ſi legato, poſt præcedentem diſpoſitionem puram, certum tempus ætatis adijciatur, quo ſolutio fieri debeat, quia non ſuſpenditur natiuitas actionis, ſed executio differtur, idem iuris eſt in legatis, quod in ſtipulationibus: *l. ex his C. quand dies leg. eod. l. ſi cum præfinitione ff. eod. Bartol. in d. l. cum notiſſimi § in his etiam in fine*, quando donatio morte confirmatur, præſcriptio incipit à die confirmationis non retro à die traditionis; *Bald. in l. fin. num. 3. C. de vſucap. pro donat.* Si Titius iurauit dare centum Antonio, Titius non præſcribit contra Antonium ratione iuramenti, *c. ſi diligenti in fin. hoc tit. & ibi Ioan. And. num. 5.* ſed bene eius hæres & præſcriptio incipit à die obitus Titij: *Capel Tholoſ. quæſt. 221. Card. Seraph. deciſ. 718. Bart. & Ang. in l. nam & poſtea § ſi is qui pro temporali ff de iureiur.* Præſcriptio 30 annorum per Dominum qui rem feudalem pro libera poſſederit contra vaſallum incipit à die adeptæ poſſeſſionis per Dominum, quia præſcribit ex ſola proprietate amotionem vtilis dominij & conſolidationem proprietatis, *Bald. in c. 1. § ſi quis per triginta num. 11. ſi de feud. fuer. cont. inter D. & agn. Mynſ obſ. 38. cent. 4.* Præſcriptio quoque vaſalli qui per triginta annos rem Domini liberam pro feudo tenuit incipit currere à die ſemel præſtiti ſeruitij, ſi poſtea triginta anni ſequantur in feudis ſecularibus ſecus in re Eccleſiaſtica & Rerumpublicarum bonis quia tunc 40 anni requiruntur, *Iſern in d. §. ſi quis per triginta & ibi Aluar. Mynſ obſ. 39. cent. 4.* Præſcriptio † aliquando dormit, aliquando 15
interrumpitur: dormit tempore hoſtilitatis humanæ, & diuinæ, quæ tanta eſt, quod non redditur ius in loco: *c. ex tranſmiſſa & ibi Pan.*

num.4. hoc tit. vbi alios octo caſus cumulat. Schiſmaris; c. cum nobis hoc tit. vacationis eccleſiæ: c. auditis c. de quarta hoc tit. Fel. in c. cum deputati num.7. de iud. quando Prælatus eſt hæreticus, c.1 & ibi gloſſ. fin. hoc tit. vel alias inutilis, vel inhabilis ad agendum, cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. Pan. in d.c. ex tranſmiſſa num.8. & in pupillari ætate præſcriptio triginta annorum dormit; cap. ſicut & ibi gloſſ. in verb. ſeruanda ſunt C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Dicitur autem dormire, quia tempora pupillaris ætatis hoſtilitatis, & ſchiſmatis, &c. ſubducuntur, & poſtea præſcriptio ſe excitat, & coniungitur tempus ſequens præcedenti, & ſic perficitur præſcriptio, gloſſ. in l. ſicut in verb. ſeruanda ſunt Pan. in d.c. ex tranſ-
16 miſſa numer.4. & ibi Can. Poſſeſſio † defuncti non tranſit in hæredem, l. 1. §. ſcæuola ff. ſi quis reſt. liber. eſſe iuſſus fuerit & c. l. cum hæredes in princ. l. qui vniuerſas §. colonum ff. de acq. poſſ. ſ. tamen quoad effectum vſucapionis complendæ tranſit effectus poſſeſſionis, etiamſi non apprehendatur poſſeſſio de nouo; l. cæptum l. nunquam la 2. §. vacuum ff. de vſucap. quia vacuum tempus quod ante aditam hæreditatem vel poſt aditam hæreditatem ante apprahenſum per hæredem poſſeſſionem interceſſit, prodeſt hæredi ad vſucapionem complendam, non inchoandam, d.l. nunquā §. vacuum & ibi poſt gl. DD. l. cum hæredes & ibi gl. in verb. non pertinet & DD ff. de acq poſſeſſ. In-
17 terruptio † præſcriptionis alia eſt ciuilis, alia naturalis d.l. cum notiſsimi §. imo & illud in verb. inuocati c. illud & ibi glo. in verb. interruptio
18 hoc tit. & ibi Can. Ciuilis † fit per litis conteſtationem, & ita non interrumpitur vſucapio, quia mere fauorabilis eſt, ſtricto iure, niſi in effectu; l. ſi poſt acceptum de rei vend. & ibi poſt gloſ. DD. ſed præſcriptio decem vel viginti annorum, quia mixta eſt, & currit fauore poſſidentis, & odio negligentis, l. mota litis C. de rei vend. & ibi gl. & DD. modo agens in cauſa non ſuccubuerit, eo omni ſuccumbente non interrumpitur præſcriptio per litis conteſtationem, Fel. in c. illud n.17. verſ.14. concluſio & ibi Can. de præſcript. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 12. n.4. verſ. hanc item ſecundam concluſionem & ibi limitat alijs 2. mod. Greg. xv. deciſ.467. in princ. & ibi annot. Secundo per citationem, ſeu miſſionem ſolam executoris, & ita interrumpitur odioſa, & quæ currit ſolum ex negligentia non petentis, præſcriptio 30. & 40. annorum; l. ſicut & ibi gloſ. add. & Bart. & DD. d.l. cum notiſsimi in princ. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. quæ diſtinctio procedit iure ciuili: de iure canonico, quilibet actus, qui inducit malam fidem, interrumpit præſcriptionem, c. veniens hoc tit. dicetur inferius in 3. requiſito. Tertio per denunciationem factam Domino per eius colonum, ſeu inquilinum de lite mota. l.2. C. vbi in rem actio & c.c. quoniam frequenter §. in alijs vt lit. non conteſt. & c. gl.1. in c. edoceri de reſcript. Quarto per pignorum dationem: Quinto per vſurarum ſolutionem, vel aliam debiti agnitionem, d.l. cum notiſsimi §. imo & illud, Sexto per libelli oblationem factam principi: l.1. & 2. C. quand. lib. princ. datus &c. Septimo per ſynodalem proclamationem: c. ſanctorum hoc tit. Octauo quando præſcribens non poteſt conueniri propter abſentiam, vel potentiam, aut infantiam, furoremue, ac tutore caret, interrumpi poteſt præſcriptio & vſucapio per denunciationem factam præſidi, epiſcopo, vel defenſori loci, vel per ſolemnem proteſtationem factam publice, vbi domicilium habet poſſeſſor, cum tabulariorum, aut cum trium teſtium ſubſcriptione, l. vt perfectius C. de ann. except. Illud notandum eſt, quod † exceptio ſpoliationis, 19
quia qui excipit nihil petit, c. cum dilectus, & ibi gl. in verbo in modum exceptionis verſ. illud poteſt de

teſt. de

*reſt. de ord. cogn. & ibi* Can. aut cauſa alienatio-
nis interueniens, præſcriptionem iam cœptã
non interrumpit; *l. ſi fundum ff. de fundo dotali,*
vt ſi fundum, quem ego bona fide poſſide-
bam, & longi temporis poſſeſſione poteram
quærere, mulier, vt ſuum; dedit in dotem,
eumque vir repetere neglexit, nam licet lex
Iulia etiam pertineat ad huiuſmodi acquiſi-
tionem, non tamen interpellat eam poſſeſ-
ſionem, quæ per longum tempus fit, ſi ante-
quam conſtitueretur dotalis fundus, iam eſ-
ſe cœperit, *d. l. ſi fundum,* Naturalis interru-
20 ptio † fit per inundationem, *l. 3. §. labeo ff.
de acquir. poſſeſſ. §. alia ſane & ibi gloſſ. fin. & DD.
Inſti. de rer. diuiſ.* Per poſſeſſoris expulſionem,
rei mobilis ereptionem, & qualitercunque
poſſeſſor deſierit poſſidere, *l. naturaliter &
ibi gloſſ. 2. ff. de vſucap. d. l. cum notiſſimi §. imo in
princ.* Item interrumpitur, & amittitur poſ-
ſeſſio ciuilis, quando monachi timore mili-
tum, qui alio tendebant, derelinquunt ec-
cleſiam vacantem, quæ à filijs patrimoniali-
bus fuit occupata, *l. non ſolum §. ſi Dominus ff.
de vſucap. l. 1. §. cum qui verſ. vi poſſidere & verſ.
ſeq. & l. 3. §. ſi quis autem ff. de vi & vi arm.*
quia vulgaris regula quod poſſeſſio ſolo ani-
mo retinetur, nec ſolo curſu temporis tolli-
tur, intelligitur alio non ingrediente, vel oc-
cupante, *Achil. deciſ. 4. hoc tit. l. ſi id quod §. fin.
ff. de acq. poſſeſſ. Salic. in l. licet n. 15. 16. & ſeqq. vbi
pulchre diſtinguit C. de acquir. & retin. poſſ. ff.* Eiſ-
dem modis interrumpitur præſcriptio ſer-
uitutum & iurium incorporalium, *Bart. in
l. 2. C. de ſeruitut. & aqua in fine.*

21 Diuerſo iure † cenſentur iſtæ interru-
ptiones; quia naturalis prodeſt omnibus
contra quos currebat præſcriptio, *d. l. natu-
raliter ff. de vſucap.* ciuilis prodeſt ei tantum,
qui actum interruptionis exercuit: *l. 1. C. de
præſcript. long. temp.* præterea moleſtia facti &
interpellatio extra iudicialis interrumpit
præſcriptionem, ſed non impedit eam de
nouo inchoari, ex quo moleſtia extraiudi-
cialis durat durãte facto, & ceſſat eo ceſſan-
te vt denuo præſcriptio initium capiat, cu-
ius contrarium eſt in iudiciali, quæ durat do-
nec lis finiatur, *Caſſad. dec. 6. n. 7. & 8 ſuper reg.
Cancell. Card. Seraph. dec. 718. n. 5. & 6. arg. l. ſi is
qui pro emptore §. ſi quis bona fide ff. hoc tit.*

Bona fides † requiritur omni tempore 22
in omni præſcriptione canonica, ciuili, con-
ſuetudinaria, *c. ſi diligenti & ibi gloſſ. in verbo bo-
na fides & c. fin. hoc tit. c. poſſeſſor. de regul. iur. in 6.
& correcta eſt l. ſi aliena ff. hoc tit. & §. diutina
Inſt. hoc tit. & ſimiles.* ſtatutaria, *Card. Seraph.
deciſ. 614. & 740. c. fin. hoc ti. & ibi Can. Couar.
in c. poſſeſſor 2. part. relat. §. xj. num. 3.* ac imme-
morabili, *Card. Seraph. deciſ. 707. c. fin. ponde-
rando verbo nulla & ibi Pan. num. 15. & ſeq. hoc
tit. & Can. Mynſing. obſ. 6. cent. 4.* ſiue res ſpiri-
tualis præſcribatur ſiue temporalis, *c. vigi-
lanti & d. c. fin. hoc tit.* tam in præſcriptione
actionis realis, *Caputaq. deciſ. 360. & 362. part.
2. c. poſſeſſor malæ fidei de reg. iur. in 6. Inſtit. hoc
tit. in princ. l. longi temporis l. emptor C. de præſcrip.
long. temp. 10. vel 20. annor.* quam actionis
perſonalis, *Pan. in d. c. fin. num. 15. & ſeqq. hoc
tit. poſt. relatas num. 8. & ſeqq. aliorum opiniones
Lanfr. deciſ. 148. cent. 2. Card. Seraph d. deci. 614.*
ſiue verba ſtatuti directa ſint in ipſum debi-
torem, ſiue creditorem, & ſtatutum ſit à
Papa confirmatum, *Card. Seraph. deciſ. 632.
atteſtans de communiori Butr. in c. fin. numer. 8.
hoc tit. & ibi Imol. numer. 24. & Can.* Præſu-
mitur in præſcribente, *gloſſ. pen. in c. ſanctorum
& in d. c. ſi diligenti in verb. bona fides gloſſ. 2. in
c. fin. & vtrobique DD. hoc tit. l. pen. C. de euict. l.
ſuper long. & ibi gloſſ. in verbo probetur C. de præ-
ſcript. longi temp. & c.* etiamſi non alleget titu-
lum, *Franc. in c. 1. numer. 2. hoc tit. in 6. Rip. in c.
cum Eccleſia ſutrina numer. 95. & ſeqq. & num.
100. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Scientia rei

alienæ, etiam abſque mala fide, *Bald. in l. nec creditores C. de pign. action. num.* 4. *Fel. in c. illud ſub num.* 1 *verſ. adde etiam Bald. hoc tit. Caputaq. deciſ.* 360. *part.* 2. ac mala fides impedit, aut interrumpit præſcriptionem, *c. poſſeſſor de reg. iur. in* 6. ſiue ſuperueniat mala fides in toto quia incipit habere conſcientiam rei alienæ, ſiue cum aliqua dubitatione, *cap.* 1. 16. *quæſt.* 3. *licet Pan. in c. fin. num.* 39. & 40. *hoc tit. aliter ſentiat.* aut etiam ſuperueniat mala fides quoad vnum, & non quoad alium, *Pan. in c. illud num.* 8. & *ſeqq. hoc tit.* & *ibi Felin. num.* 1. imo
23 quilibet † actus, qui aptus eſt inducere malam fidem interrumpit præſcriptionem, *c. veniens hoc tit. in fine Bar. in d. l. naturaliter num.* 8. *Put. deciſ.* 385. *lib.* 2. quando agitur de re ad-
24 epta præſcribenda, in præſcriptione iuris † quærendi, non conſideratur mala fides, etiam de iure canonico, *Anch. in c. ſine poſſeſſione numer.* 7 *in fine de reg. iur. in* 6. *Mohed. deciſ.* 2. *hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ.* 180. *num* 6. & 8. *part.* 2. *Put. deciſ.* 124. *lib.* 2. *Myniſing. obſ.* 6. *Cent.* 4. *vbi ponit alias limit.* Malæ fides prædeceſſoris prælati non nocet ſucceſſori, *c. iura* & *ibi gloſſ.* & *Pan. num.* 5. *de iurepat. gloſſ. in d. c. de quarta in verbo ſe poſſe tueri hoc tit.* & *in c. in primis* 2. *quæſt.* 1. & *in c ſi ſacerdotes* 26. *quæſt.* 1. quia ſucceſſor in dignitate non eſt eadem perſona cum defuncto, & habet omne ius à ſuperiore, qui eum promouet, *Dyn. in d. c. poſſeſſor.*
25 Iuſtus † titulus, aut putatiuus, vel inualidus iuſto errore cauſatus, *Rot. deciſ.* 3. *de præſcript. in nou. c. de quarta* & *ibi gloſſ. pen.* & *Can. hoc tit. Caputaq. deciſ.* 361. *part.* 2. *Greg. xv. deciſ.* 289. & *ibi annot. Felin. in d. c. de quarta à numer.* 24. *vſque ad num.* 36. requiritur, quando præſcribenti contrarium eſt ius commune, vel contra eum præſumptio habetur, *c.* 1. *hoc tit. in* 6. propter præſumptionem malæ fidei, *l. bona fides l.* 2. *ff. de reg. iur. c. qui contra eod. in* 6. vt exemplis clarius demonſtrabitur, priuatus præſcribit rem eccleſiæ, intentio eccleſiæ non eſt fundata iure communi, ideoque præſcribenti ſufficit bona fides abſque titulo, quia licet illa præſcriptio ſit contra ius Eccleſiæ, non tamen eſt contra ius commune. notabiliter autem textus, *d. c.* 1. *hoc tit. in* 6. dicit ius commune. Eadem ratione ſi Eccleſia præſcribit contra locum pium priuilegiatum non habet neceſſe probare titulum, quia illæ non iure communi ſed ſpeciali fundat intentionem ſuam. Quod ſi vnus Epiſcopus in diœceſi alterius poſſidet aliquas eccleſias, vel percipit quartam decimarum, non poteſt ſe tueri præſcriptione niſi probet titulum, qui præbuit iuſtam cauſam poſſidendi, quia Epiſcopus contra quem præſcribitur ſuper ſubiectione eccleſiarum ſua diœceſis, & ſuper perceptione quartæ decimarum fundat intentionem ſuam de iure communi. *c. omnes baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *c. de quarta hoc tit. c. dudum de decim.* Similiter ſi epiſcopus allegat ſe præſcripſiſſe ius exigendi angarias & indictiones à clericis, debet probare titulum, cum præſumptio iuris ſit pro clericis, quia epiſcopus nihil poteſt petere à clericis niſi oſtendat ſibi debitum per canones, *c. cognouimus* 10. *quæſt.* 3 & *ibi gloſſ. fin.* prout latius *poſt gloſſ. in verbo titulum.* proſequitur Franc. *in d. c.* 1. *n.* 8. & *ſeqq hoc tit. in* 6. per tres caſus principales cum aliquot limitat. & ibi Anch num. 3. & 4. & Can. ignorans ſe habere titulum, licet habeat, non præſcribit, quando titulus eſt neceſſarius. *Felin. in c. illud ſub num.* 1. *verſ. dixit etiam Bald. hoc tit. poſt Bald.* & *Salicet. ibid. allegatos l.* 1. *C. de acquir. poſſeſſ. l. poſſeſſio quoque* §. *fin. ff de acquir. poſſeſſ.* Vltimo
† requiritur, quod iure communi non ſit 26
vetita præſcriptio ratione perſonæ, aut rei, Prohibetur ratione perſonæ, quia coloni precario poſſidentes, vſufructuarius, creditor, & omnes, qui alieno nomine poſſident,

nullo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nullo tempore præſcribunt, ſi ergo vſque ad
centum annos poſſes probare initium poſ-
ſeſſionis, quod nomine tuo poſſeſſum eſt,
non obſtat tibi aliqua præſcriptio, *l. male agi-
tur C. de præſcript. 30. vel 40. annor. c. clerici* 16.
*quæſt 3. & ibi gloſſ. 1. c. ſi diligenti hoc tit.* laici ſpi-
ritualia poſſidere aut præſcribere non poſ-
ſunt, *c. cauſam quæ hoc tit. c. placuit in fine* 16. *qu.*
3. præſcriptio quælibet contra ordinarium
tacitam habet conditionem, dummodo in-
ferior, qui præſcripſit ſit diligens, ſecus ſi ſit
negligens, nam iuriſdictio non poteſt præ-
ſcribi priuatiue contra epiſcopum, vt non
remaneat penes ipſum habitu *Pan. in c. irre-
fragabili num. 1. & 2. de off. ord. Rot deciſ. 259. part.
2. diuerſ. dictum eſt ſupra tit. de off. ord.* Res im-
præſcriptibiles cenſentur functiones publi-
cæ: *l. comperit C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*
viſitatio, & procuratio debita à ſubdito con-
tra ſuperiorem: *c. cum ex officij §. nos igitur hoc
tit. Clem. 1. de cenſib. pulchre Cap. Tholoſ. qu. 335.
& ibi addit quæ diſtinguit*, quamuis alius Præ-
latus vtramque poſſit præſcribere: *c. cum ex
officij hoc tit. §. nos igitur*, obedientia contra
Prælatum; *c. cum non liceat hoc tit. & ibi gloſſ fin.
mag. plures caſus cumulat in quibus prohibetur
præſcriptio*, Procurationes debitæ legatis, &
nuncijs ſedis Apoſtolicæ: *c. accedentes hoc tit.*
contra matrimonium; *c. quod Deo 33 quæſt 5.
l. iuſto ff. de vſucap.* legitimitas à ſpurio, *Bald. in
rub. huius tit. in fine*, limites & fines parochia-
rum, & prouinciarum, *c. quicunque 16. quæſt.
3. & ibi gloſſ.* ius offerendi, *l. nec creditores &
ibi Cyn num. 2. C. de pign. act. l. Paulus §. fin. ff.
quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. l. pure §. fin ff. de
dol. mal. & met. except. Gail. obſ. 8. lib. 2.* Prædi-
27 cta omnia requiruntur in præſcriptione †
centenaria, quæ currit contra eccleſiam Ro-
manam, *c. ad audientiam & ibi Fel. num. 22. &
ſeqq. ampliat & limitat hoc tit. auth. quas actiones
C. de ſacroſ. eccleſ. & ibi DD.* quo nomine cen-
ſetur eccleſia Lateranenſis, & Dominus A-
poſtolicus, nō autē eccleſia S. Petri, *l. nemo &
ibi Archid. 16. q. 4. d. c. ad audientiam h. t. Gemin.
in c. 2. n. 7. eod. in 6. Bald. in d. auth. quas actiones
num. 16.* tam in rebus mobilibus, *Gemin. in d.
c. 2. §. fin. num. 5. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in princ.*
immobilibus, corporalibus, incorporalibus,
*Pan. in c. cum dilecta num. 12. de conf. vtil. vel in-
util.* incorporatis, quam delatis nondum in-
corporatis, *d. c. 2. & ibi Ioan. And. & Can. Pan.
in c. cum nobis n. 9. & 10. hoc tit.* Principaliter
ad eam pertinentibus, non ſecundario: *d. c.
ad audientiam & ibi Pan. numer. 12. & ſeqq.*
hinc contra eccleſiam & monaſteria ex-
empta currit præſcriptio communi tempo-
re, quatenus præiudicatur illi eccleſiæ, &
monaſterio, ſed non quatenus præiudica-
tur Papæ, & eius iuriſdictioni, *c. volumus 16.
quæſt. 4. & ibi gloſſ. in verb. eccleſiæ c. dilectus, &
ibi gloſſ. in verb. generetur de Capell. Monach. c.
cum dilecta verſ. quia vero de confirm. vtil. vel in-
util.* Excipe vnum caſum, quando bona ſunt
delata ad Romanam eccleſiam propter hæ-
reſim, quæ poſt mortem hæreticorum, qui
dum viuerent, catholici putabantur, à ca-
tholicis eorum filijs, nepotibus, aut extra-
neis quibuſcunque ſpacio quadraginta an-
norum bona fide poſſeſſa præſcribuntur,
ita vt vlterius in illis non ſint moleſtandi,
quanquam illi quorum bona fuerunt, tunc
& poſt completos quadraginta annos dete-
guntur hæretici fuiſſe: *c. 2. §. ſi poſt mortem hoc* 28
*tit. in 6.* Probatur † hæc centenaria præ-
ſcriptio per teſtes & per inſtrumenta, *Pan. in
d. c. cum nobis num. 5. & 6. hoc tit. Bald. in d. auth.
quas actiones num. 17.*

In præſcriptione † tanti temporis, cu- 29
ius contrarij non extat memoria, non requi-
ritur quod poſſeſſio iuſtificetur ex titulo, ſi
ius commune, vel præſumptio ſit contra
præſcribentem; quia præſumitur titulus ex

tanto tempore, *c.1. in fine hoc tit. in 6. & ibi*
*Franc.num.3.c.ſuper quibuſdam* §.1.*& ibi gloſſ.in*
*verb.non extat memoria & Can.de verb. ſignif.*
*Alex.conſ.6.vol.1.Spec.de prob.§.1.ſub.n.31.Mynſ.*
*ſing.obſer.30.cent.1.* & excluditur omnis præ-
ſumptio malæ fidei. *Oldr.conſ.244.ſub num.*
*xj.verſ.præterea cum quis poßidet l.1.§.fin. verſ.ſi*
*tamen & l.ſeq ff.de acq.pluu. arcen.l.hoc iure §.*
*ductus aquæ ff.de acq.quotid.& æſt.Greg.xv.deciſ.*
30 *467.num.14.* Probatur per † teſtes, qui de-
bent eſſe ſexaginta annorum, aut quinqua-
ginta quatuor annorum, vel ſaltem tantæ
ætatis vltra 40. annos, quod fuerint doli ca-
paces, tunc cum cæperunt videre, poſſidere,
& ſic probent poſſeſſionem 40. annorum
de viſu, ſubducto tempore litis motæ, *Rot.*
*Far.deciſ.248.num.4.part.2.Card.Seraph.deciſ.*
*1450.num.2.* & cum ad eam probandam re-
quiratur certa ætas, neceſſe eſt quod de tem-
pore dictæ ætatis præciſe & concludenter
appareat: *l.mater C.de prob.l.actum vbi gl.Bar.*
*& alij ff.de neg.geſt.Greg.xv.deciſ.298.num.2.&*
*ibi annot.* quia non ſufficit teſtimonium de
auditu à maioribus, qui dicebant vidiſſe &
audiuiſſe à maioribus eorum, & quod nun-
quam audiuerint, vel viderint contrarium,
& quod ſit publica vox & fama, & commu-
nis reputatio; niſi à quadraginta annis ſu-
pra, *gloſſ.fin.in c.relatum 37.diſt.& ibi Can.gloſ.*
*fin.in d.c.1.hoc tit.in 6.& ibi Franc. numer.16.*
*Anch.num.9.Gemin.nu.16.Caputaq.deciſ.344.*
*part.3.late Couarr.in c.poſſeſſor.2.part.relect.§.3.*
*num.6.7.& ſeqq. vbi tradit differentias inter*
*centenariam & immemorabilem præſcriptionem*
*Mynſing.pulchre obſ.30.cent.1.vbi ponit dicta re-*
*quiſita Greg.xv.deciſ.51.& 15.num.3. & deciſ.*
*196.num.1.deciſ.298.& ibi annot.* Non pro-
31 batur † per ſcripturas. *Io. And.in c.1.in fine*
*Gemin.num.16.Franc.ſub num.15. hoc tit.in 6.*
*Greg.xv.deciſ.51.num.4.* Memoria contrarij
actus per teſtes & per inſtrumenta probari
poteſt, quia eſt actus affirmatiuus, qui reci-
pit probationem per inſtrumentũ: *gl. add ad*
*gl.fin.in d.c.1.h.t.in 6.& ibi Fran.n.15.Anch.n.5.*
cęteris paribus probatio per teſtes memoriá
extare præfertur probationi memoriam nó
extare; quia licet quando negatiua eſt coar-
ctata, ita credatur teſtibus negantibus, ſicut
affirmantibus, *c.cler.18.diſt. & ibi gl.* tamẽ da-
ta paritate præferuntur affirmantes. *Frã.poſt*
*gl.fin.n.17.in d.c.1.hoc ti.in 6.* Replicatio † eſt 32
temporalis, ſicut & actio, illius naturæ, cu-
ius eſt actio, & eodem curſu temporis tolli-
tur: *l.quæſitum §.in dolo ff.de pecul. Bart.in l.*
*exceptio ff.de except.& in l.ſi pactum C.eod.Put.*
*deciſ. 293. num.12. lib.2.* exceptio perpetua
eſt iuxta regulam, annalia ad agendum ſunt
perpetua ad excipiendum, *l. pure §. fin. ff.de*
*dolo mal.& met.except. Felin.in c.ſi autem num.*
*6.de reſcript.vbi ponit 5.fall.* quæ procedit in il-
lis quæ non poſſunt deduci in iudicio agen-
do; ſecus ſi agendo deduci non poſſunt, vt
querela inofficioſi teſtamenti, à qua lapſus
quinquennij excludit tam per actionem
quam exceptionem. *Paul de Caſtro in l. Papi-*
*nianus § ſi filius ff.de inoffic.teſtam. Bart.in l.ex-*
*ceptio 1.n.3.& 4.ff. de except.* Eccleſia reſtitui-
tur aduerſus quadragenariam præſcriptio-
nem ſubſiſtente iuſta cauſa, & læſio non
conſideratur reſpectu rei, quæ præſcribitur,
nam eius reſpectu præſcriptio ſemper lædit,
ſed habito reſpectu ad totum patrimo-
nium, vt puta quando dempta re præſcripta,
parum aut nihil ſupereſt eccleſiæ, contra
quam eſt præſcriptum. *Rot.diuerſ.deciſ.418.*
*num.3.part.1.atteſtans ita ſeruare Rotam gloſſ.fin.*
*in fine in cap.1.de reſt.in integrum in 6.& ibi Can.*
*c.pen.& ibi gl.& Can.de reb.eccleſ.non alien. Soc.*
*ſen.conſ.266.num.24.& ſeqq.vol.2.* Præſcrip-
tio non opponente parte in ferenda ſenten-
tia eſt attendenda, ſi manifeſte appareat
probata. *c.ad aures hoc tit.l.1.§.1.C. de annali*
*except.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*except.&c.Mynſ.obſ.28.cent.3.* præterquam in criminalibus quia tempus non tollit crimen, *Bart.in l.eum qui §.qui ita ſtipulatus ff. de verb.oblig. Mynſ.obſ.35.cent.4.*

## De ſententia & re iudicata.

## Titulus XXVII.

### SVMMARIA.

1 *Sententia eſt diffinitio iudicialis controuerſiæ finem imponens.*

2 *Sententiæ tres ſunt ſpecies, Interlocutoria, definitiua, perceptum.*

3 *Interlocutoria eſt quæ ſuper quæſtionibus incidentibus & emergentibus fertur cauſa principali durante.*

4 *Poteſt reuocari quando per eius prolationem iudicis officium non finitur.*

5 *Ab eo non appellatur niſi quando per appellationem à definitiua non poteſt eſſe conſultum contra grauamen illatum.*

6 *In huiuſmodi interlocutoria poteſt Iudex ſibi reſeruare condemnationem vel abſolutionem expenſarum.*

7 *Interlocutoria per quam iudicis officium finitur habet vim definitiuæ.*

8 *Interlocutoria poſtquam non ſperatur ſententia definitiua reuocari non poteſt quando iudex aditur actione propoſita.*

9 *Interlocutoria quæ fertur officio iudicis nobili principaliter intentato poteſt cauſa cognita reuocari.*

10 *Differentiæ inter interlocutorias continentes irreparabile grauamen per appellationem à definitiua & interlocutorias habentes vim definitiuæ.*

11 *Præcepti ſententia eſt cum iudex ſine cauſæ cognitione præcipit alicui vt ſoluat alij decem quæ petit.*

12 *Sententia definitiua debet eſſe abſolutoria vel condemnatoria.*

13 *Abſolutoria in dubio præſumitur data definitiue & non ab inſtantia.*

14 *Condemnatoria debet eſſe certa.*

15 *Pura.*

16 *Sub conditione intrinſeca cohærente negocio vel cauſæ ferri poteſt.*

17 *Sub conditionibus de præſenti vel præterito lata tenet.*

18 *Item debet eſſe ſolemnis & iuſta.*

19 *Pro ſolemnitate & rectitudine proceſſus etiam narrati in ſententia non præſumitur niſi certis caſibus.*

20 *Pro iuſtitia ſeu rectitudine ſententiæ præſumitur, dummodo interuenerit cauſæ cognitio, alias non, quam præſumptiuam iuſtificationem Rota admittit in ſententijs antiquis & in quibus clara eſt obſeruantia.*

21 *Pro decreto interpoſito per viam voluntariæ iuriſdictionis, præſumitur quoad ſolemnitates requiſitas quando in inſtrumento ſit mentio ſolemnitatum particulariter ac etiam quoad iuſtitiam & cauſæ cognitionem quæ enunciantur interueniſſe.*

*Limita 1. vt procedat in decretis maiorum iudicum.*

*Limita 2. quando vrgentior probatio eſt in contrarium deducta.*

*Differentia inter decretum & ſententiam.*

22 *Sententia definitiua cum quibus ſolemnitatibus ſit proferenda.*

23 *Interlocutoria ſententia quomodo ſit proferēda.*

24 *Definitiuæ ſententiæ nihil poteſt addi nec detrahi nec eadem poteſt reuocari à iudice.*

25 *Limita dictam regulam duobus modis.*

26 *Iudicibus duobus diuerſas ſententias proferentibus quænam præualere debeat.*

27 *Sententia intra decem dies datos ad appellandum habet effectum in his in quibus ſit executio à iure in his quæ requirunt factum hominis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*minis lapſu decem dierum tranſit in auctoritatem rei iudicatæ.*

28 *Sententia pro veritate accipitur inter illos inter quos eſt lata, alijs vero non præiudicat aut nocet.*

29 *Fallit vltima pars regulæ in cauſa inofficioſi teſtamenti, filiationis & alijs.*

30 *Fallit 2. in eo qui paſſus eſt litigare illum cui ſecundo loco actio & defenſio competebat.*

31 *3. In ſententia lata ſuper iure reali.*

32 *4. In caſibus notatis per gloſſ. in cap. quamuis hoc tit.*

33 *Ex ſententia datur ei pro quo lata eſt aduerſus eum contra quem lata eſt, eiuſque hæredem actio, licet vetus actio fuerit temporalis & non tranſitoria.*

34 *Reo abſoluto datur exceptio.*

35 *Sententia eſt stricti iuris & tantum importat quantum verba ſonant neque limitatur ſecundum naturam obligationis aut libelli.*

36 *Limita quia ex vi attractiua trahitur ad aliud ſine quo illud ſuper quo lata eſt non poteſt ſortiri effectum.*

37 *Sententia ſimpliciter prolata declaratur ex actis.*

38 *Sententia non reſcinditur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.*

39 *Sententia condemnatoria & abſolutoria ſunt eiuſdem natura.*

40 *Sententiæ plures quarum vna plus continet quam alia in parte in qua ſunt conformes executioni demandantur quoties tot ſunt quæ executionem merentur.*

41 *Sententia ſui natura eſt indiuiſibilis.*

42 *Ex ſententia transfertur dominium ſecuta traditione.*

43 *Sententiæ executio quomodo fiat in prophanis traditur rem ſiue.*

44 *Sententiæ executio in cauſa beneficiali ſi quidem lata eſt pro reo nō videtur neceſſaria, ſed ſufficit eis abſolutio cū ſumptibus & expenſis.*

45 *Aut lata eſt pro actore & tres proponuntur via exequen. ex officio iudicis qui ſententiam tulit nobili, quod coram alio iudice proponi non poteſt abſque litteris iudicis qui ſententiam tulit.*

46 *Vna per deputationem executoris.*

47 *Altera vt condemnatus citetur ad videndum decerni litteras executoriales.*

48 *Tertia vt parte citata decernatur mandatum executiuum.*

49 *Sententia lata in electionibus, iuriſdictionibus & alijs iuribus incorporalibus in quibus nihil corporale attingitur, reus ſtatim poſſeſſionem amittit & actor illam ingredi poteſt abſque alia executione, ſecus quando incorporalia corporalibus ſunt annexa.*

50 *Sententias à ſe latas exequuntur iudices ordinarij & delegati à Papa extra Curiam infra annum.*

51 *Auditores Rotæ de ſtylo veteri non ſolent ſine ſpeciali commiſſione ſuas ſententias exequi, hodie iuxta reformationem Pauli Quinti ſufficit in Rota vnica commiſſio & iſtius vigore poſſunt ad finalem ſententiæ executionem procedere.*

52 *Delegatorum ſuorum ſententias exequitur ordinarius.*

53 *Delegatus à principe exequitur ſententias eorum qui vice eius cognouerunt.*

54 *Sententiæ executio peti poteſt per actionem iudicati quæ poteſt intentari vbicunque reus ſortitur forum ſine litteris iudicis qui ſententiam tulit.*

55 *Super fructuum & expenſarum liquidatione non requiritur pronunciatio in materia executiua ſed ſufficiunt probationes.*

56 *Diſtributiones quando veniant in condemnatione fructuum.*

57 *Intereſſe quando petitur quomodo procedatur in ſententiando & exequendo.*

58 *Executoriales decreta vel brachium ſæculare obtentum*

*obtentum contra prædeceſſorem poſſunt man-
dari executioni contra ſucceſſorem in bene-
ficio qui cauſam habuit à collitigante.*
59 *Executoriales decreta & intimata per præde-
ceſſorem ſuffragantur ſurrogato ad cauſam.*
60 *Tertius aliunde cauſam habens quam ab ipſo
condemnato comparens quando impediat
executionem ſententiæ.*
61 *Executioni quænam exceptiones opponi poſſunt.*
62 *A mandato de exequendo rem iudicatam dato
inter perſonas inter quas fuit lata ſententia
vel ab ipſa executione non datur appellatio
niſi modus excedatur.*

ORDINATO proceſſu, & cauſa inſtru-
cta, ac facta concluſione, quæ tamen
non eſt de ſubſtantia proceſſus, vt abſque
vitio nullitatis omitti poſſit, *gloſſ. in clem. ſa-
pe §. ſententiam in verb. concluſione de verb. ſignif.
& ibi Can. Gail. obſer. 107. lib. 1. Mynſ. obſ. 17.
cent. 3.* datur ſententia, *l. 2. C. de ſent. ex breuil.
recit. l. prolatam C. de ſent. & interloc. omn. iud.*
quæ ſi non appelletur, tranſit in rem iudica-
1 tam, ideo &c. Sententia † eſt diffinitio iu-
dicialis controuerſiæ finem imponens, *l. 1. ff.
de re iud. c. ei qui appellat. §. diffinitiua 2. qu. 6. la-
te Rom. in rub. ff. de re iud. nu. 1. & per tot.* Tres e-
2 ius ſunt † ſpecies, interlocutoria, diffinitiua,
*Clem vnic. in verb. definitiua de ſequeſt poſſeß. & c.
Franc. in c. cum ceſſante nu. 36. & ſeqq. vbi ponit
quaſdam ſententias de quibus dubitatur an ſint
interlocutoriæ vel diffinitiuæ hoc tit. late Fel. in rub.
huius tit. qui etiam ponit plures ſententiarum for-
mas,* & Præceptum, *gloſſ. in ſumm. 2. quæſt. 1.
gloſſ. in ſumma 11. quæſt. 3.* Interlocutoria eſt
3 quæ † ſuper quæſtionibus emergentibus,
& incidentibus fertur, cauſa principali
durante, ſic dicta, quia inter principium &
finem principalis cauſæ fertur, *Clem. 1. & ibi
gloſſ. in verb. definitiua & Can. de ſequeſt. poſ-
ſeſ. & fruct. l. quod iuſſit ff. h. t. & ibi poſt gl. DD.
Summa in Decretales.*

Poteſt reuocari † quando per eius proba- 4
tionem iudicis officium non finitur, *c. qua-
liter & quando el. 1. & ibi gl. in verb. corrigere de
accuſ. Bart. in d. l. quod iuſſit num. 9. & ibi Iaſ. in
princ. vbi ponit 9. ampl. & 10 fall. Bald. in l. ele-
ganter § ſi quis poſt num. 31. & ſeqq ff de cond. in-
deb. Franc. in c. cum ceſſante nu. 8 & ſeqq. vbi po-
nit. 12. fall. de appell. late Rom. permulta exempla
in rub. ff. de re iud.* A quolibet iudice ordina-
rio, *d. l. quod iuſſit*, delegato, *cap. cum ceſſante de
appel.* ac etiam arbitro, *l. dicere ff. de arbitr.* Poſt
decem dies datos ad appellandum, quia
tranſiuit in iudicatum quoad litigantes, vt
eius reuocationem non poſſint petere, non
quoad iudicem, *gloſſ in d. c. cum ceſſante & ibi
Can.* Ac poſt appellationem infra decem
dies ab ea interpoſitam ſi appellans non fe-
cit ſumptus, ad proſequendam appellatio-
nem, vel dictis ſumptibus refectis, *d. c. cum
ceſſante & ibi gl. in princ.* re integra, nam poſt
eius executionem non poteſt reuocari niſi
cauſa cognita, vel de partium voluntate; *l. 1.
§. fin. & ibi gl. fin. & Bart. ff. de prætor. ſtipul.* & ab
huiuſmodi interlocutoria non † poteſt ap- 5
pellari, niſi quando per appellationem à de-
finitiua non poteſt eſſe conſultum contra
grauamen illatum *l. 1. in princ. verſ. quæſitum de
appel. Bart. in l. 2. n. 2. & in l. eius qui n. 2. & ſeqq.
ff. de appel. recip.* In huiuſmodi interlocutoria
poteſt † Iudex ſibi reſeruare condemnatio-
nem vel abſolutionem expenſarum, ſecus eſt 6
in definitiua vel interlocutoria quæ dirime-
ret totam litem in quibus non poteſt iudica-
tionem de expenſis ſibi reſeruare, ſed tãtum
taxationem, quia primo caſu non expirat of-
ficium iudicis in illa cauſa, ſecundo caſu ex-
pirat, *Fel. in c. ſignificauerunt n. 6. & ibi Can. de
except. l. terminato & ibi Can. num. 3. & DD. C. de
fruct. & lit. expenſ. Mynſ. obſ. 45. cent. 1.* Interlo-
cutoria per quam † iudicis officium finitur
habet vim diffinitiuæ, & non poteſt reuoca- 7

ri, vt ſi pronunciet non eſſe procedendum,
ſe non eſſe iudicem competentem, c.ſignifi-
cantibus de off. deleg. l. dicere in fine ff. de arbitr. Iaſ.
in d. l. quod iuſſit num. 23. & ſeqq. Gail. obſ. 34. &
132. lib. 1. quia finitum eſt iudicis officium in
illa cauſa: l. poſt ſententiam & ibi gl. fin. & add.
& DD. C. de ſent. & interlocut omn. iud. l. iudex ff.
8 de re iud. Eadẽ ratione interlocutoria † poſt-
quam non ſperatur ſententia definitiua, re-
uocari non poteſt, quando iudex aditur a-
ctione propoſita, & pronunciat iubeo quod
ſoluas, non eſt procedendum ſuper libello,
&c. quia talis pronunciatio fit iudicis officio
mercenario quod per talem pronunciatio-
nem finitur, nec amplius ſe poteſt intromit-
tere: d. l. iudex cap. iudex in fine de offic. deleg. in 6.
Bart in d. l. quod iuſſit n. 20. Gail. d. obſ. 132. lib. 1.
9 ſed quando interlocutoria † fertur officio
iudicis nobili principaliter intentato, vt
quando dat tutorem, vel interponit de-
cretum in alienatione rei minoris, quia per
eam non finitur officium iudicis nobile, po-
terit cauſa cognita illud reuocare, l. quamuis
ff. de reb. eor. qui ſub tut. & ibi gloſſ. fin. l. quod ſe-
mel ff. de decret. ab ord fac. & ibi gloſſ. fin. l. ſi quis
cum procuratorio §. fin. & ibi gl. fin ff. de procurat.
niſi tranſierit in formam contractus, Bart. in
d. l. quod iuſſit nu. 6. & ibi DD ex quo infertur,
quod interlocutoria ſecundi decreti, poſ-
ſit per iudicem, qui eam tulit reuocari, cau-
ſa cognita, Iaſ. poſt Ioan. de Imol. & Alex. in d.
l. quod iuſſit ſub num. 29. cum dicta miſſio fiat
officio iudicis nobili, & ſit mixti imperij: l.
iubere cauere & ibi Bart & DD ff. de iuriſd. omn.
iud. quodque iudex poſſit ſuam ſententiam
mandare executioni, & aduerſus eam reſti-
tuere in integrum, quia & ipſa expediuntur
officio iudicis nobili, Bart. in l. iudex poſtea-
quam in princ ff de re iud. Magna diſtinctio eſt
10 † inter interlocutorias continentes irrepa-
rabile grauamen per appellationem à defi-
nitiua, & interlocutorias habentes vim diſ-
finitiuæ: pulchre Franc. Aret. conſ. 20. adducens
plura exempla Bart. in l. eius qui ff. de appel. recip.
Bald. in 1. addit. ad Specul de appel. verſ. caſus in
quibus appellatur ab interlocutoria, nam licita eſt
appellatio ab interlocutoria, quæ infert
grauamen quod per appellationem à diffi-
nitiua ſententia non poteſt retractari, ſeu
reſtaurari, & in euentum victoriæ, tota cau-
ſa deuoluitur ad ſuperiorem, Bartol. in l. 2. ſub
n. 11. ff. de appel. recip. & num. ſeqq qui perſequitur
exempla per omnes partes iudicij, ſed in huiuſ-
modi appellationibus debet inſeri cauſa:
Bart. in d. l. eius qui num. 2. Vim vero diffini-
tiuæ habet omnis interlocutoria, quæ non
ſperat aliam diffinitiuam poſt ſe, vel per quã
finitur officium iudicis, aut quæ definit v-
num articulum ſubſtantialem cauſæ princi-
palis, Franc. in c. cum ceſſante n. 9. de appell. Fel. in
rub. de re iud. nu. 3. & ſeqq. Marant. in Specul. iud.
in 3. part. 6. part. princip. & demum fertur ſenten-
tia num. 42. & ſeqq. ponens exempla Mynſing. obſ.
88. cent. 3. Gail. obſ. 136. lib. 1. ponentes exempla
Alu. Valaſſ. luſit. conſtit. 47. ponens exempla clem.
fin. & ibi pulchre Anch. ſub num. 5. Zab. num. 1.
& Can. de appell quæ non ſolum quoad effe-
ctum interponendæ appellationis, verum e-
tiam quoad alios iuris effectus, præterquam
quod ſolemnitatem tituli C. de ſent. ex
breuil. recit. Anch. in clem. fin. nu. 1. verſ. ſed hic
quæro & nu. 5. de appel. & quoad effectum re-
uocationis, Rom. in l. ſtipulationum nu. 36. ff. de
verb. oblig. qui deciſ. Rotæ & alios citat. veræ diſ-
finitiuæ per omnia æquiparantur, Gail. d. obſ.
130. n. 5. Rom. in rub. ff. de re iud. n. 2. Mynſ. obſ. 88.
cent. 3. maxime quando ſimilibus pronun-
ciationibus adijcitur deciſio negocij princi-
palis, quia tunc ſimpliciter eſt diffinitiua,
Zab. in clem. fin. n. 1. in fine de appel. & ibi Anch.
ſub num. 5. & Can. Decretum executorialium
eſt interlocutoria habens vim definitiuæ, &
appel-

appellatio ab eo operatur etiam effectum
ſuſpenſiuum: *late Mandoſ. in for. comm. execut.*
*in 3. & 4. q. dicens ſic fuiſſe in Rota iudicatum de v-*
*troque Bald. in 1. addit. ad Specul. de appel. verſ. à*
*pronunciatione ad exequendum gl. 1 in l. ab execu-*
*tione ff. de appel. contrarium decidit Caputaq. deciſ.*
*40 part. 1. late Franc. Marc. quaeſt. 392. nu. 5. & 6.*
*part. 1.* Certi iuris eſt, quod ſententia lata
primam fore executioni demandandam,
vel non, eſt interlocutoria habens vim
definitiuæ: *Bart. in l. ab executione ſub num. 1. C.*
*quor. appel. non recep. & ibi DD. Roman. in rub. ff.*
*de re iud. n. 10. Roman. conſ. 41 in 1. dubio.* mode-
ratio ſiue reuocatio inhibitionis eſt inter-
locutoria habens vim definitiuæ, quæ per
appellationem, aut extinguitur, aut ſuſpen-
ditur, *Pan. in c. tuam ſub num. 13. de ord. cognit.*
*Angel. de Peruſ. in l. ſi præſes numer. 3. C. quom. &*
*quand. Iud. Fel. in c. cauſam quæ nu. 2. de reſcript.*
*Innoc. in c. auditur ſub num. 2. de procur. Felin.*
*in c. quoad conſultationem n. 13. & ſeqq. de re iud.*
*Roman. conſ. 41. in 1. dubio,* moderatio & reuo-
catio vſurpantur pro eodem, *Quint. Mandoſ.*
11 *de inhib. q. 41. n. 5. & 6.* Sententia † præcepti
eſt, cum iudex ſine cauſæ cognitione, præci-
pit alicui vt ſoluat alij decem, quæ petit, *l.*
*fin. § fin. ff. quod met. cauſ. c. ex parte el. 1. & ibi gl.*
*fin. de verb. ſignif. gloſſ. in c. dudum 2. in verb. re-*
*ſponſionem de elect. gloſſ fin. in fine in l. 1. C. de litis*
*conteſt. late Rom. in rub. ff. de re iud. n. 11.* Senten-
12 tia diffinitiua debet eſſe † abſolutoria vel
condemnatoria, *§. 1. Inſt. de off. iud. l. 1. ff. de re*
*iud. l. præſes & l. cum iudex C. de ſent. & interloc.*
*omn. iud.* Abſolutoria in dubio præſumitur
13 † data diffinitiue, & non ab inſtantia; *Pan.*
*in c. examinata n. 10. & 12. de iud.* in abſoluto-
ria ab inſtantia iudex vtiliter inſerit cauſam
abſolutionis, ne videatur definitiue abſol-
uiſſe, ſi tamen non exprimit, tenet abſoluto-
ria, & actori agenti ex alia cauſa non obſtat
exceptio rei iudicatæ; *l. properandum §. illo C.*
*de iud. & ibi poſt gl. in verb. ſententia DD. l. 1. &*
*ibi gl. in verb. nec tenere & DD. ff. mens falſ. mod.*
*dix. Pan. in cap. examinata numer. 8. & 9. de iud.*
quia iudex non tenetur in ſententia cauſam
exprimere ſiue abſolutoria ſit, ſiue condem-
natoria, *c. ſicut 1. & ibi poſt gl. in verb. expriman-*
*tur Can. hoc tit.* aut interlocutoria ſiue defi-
nitiua, *Pan. in d. c. ſicut n. 9 & 10. vbi ponit hanc*
*regulam quam limitat 6. mod. hoc tit. & ibi Can.*
Condemnatoria † debet eſſe certa, *cap. 2. de* 14
*lib. oblat. §. curare Inſtit. de action. l. hac ſententia*
*1. & 3. C. de ſent. quæ ſine art. queant. &c.* in ac-
ceſſoriis tolleratur ſententia incerta, ſed de-
bet iudex ſibi vel ſuo ſucceſſori reſeruare li-
quidationem, *l. 2. & ibi glo. fin. & DD. C. de*
*ſent. quæ ſine cert. quant. &c.* Pura *l. 1. §. biduum*
*ff. quand. appel. ſit,* nam † lata ſub conditione 15
reſolutiua eſt ipſo iure nulla, *d. l. Iudex poſtea-*
*quam 55. & ibi Bart. n. 5. & DD. ff. de re iud. Pan.*
*in c. in litteris n. 4. de off. deleg.* quia iudex ſuam
ſententiam non poteſt retractare, ſub con-
ditione de futuro caſuali extrinſeca, vt ſi na-
uis ex Aſia venerit, non debet ferri, nec lata
tenet, abſurdum enim eſſet ſententiam ſtare
in ſuſpenſo: *Card. Seraph. dec. 701. n. 4. & 5. &*
*in d. l. 1. § biduum poſt gl. Bart. & DD.* Alij te-
nent eam valere quia lex procedit vltra ſu-
ſtinendo ſententiam ſub conditione latam,
ſub conditione † intrinſeca cohærente ne- 16
gocio vel cauſæ ferri poteſt, *l. cum iudex & i-*
*bi poſt gl. fin. Bart. & DD. C. de ſent. & interloc.*
*omn. iud. l. biduum 2. q. 6. Pan. in c. quod ad con-*
*ſultationem n. 2. Fel. in princ. & Can. hoc tit. Gail.*
*de pace publ. c. 4. n. 5. libr. 2. plures quotas citant.*
vt ſi eſt probatum, capiantur immobilia, ſi
non reperiantur mobilia, *l. à Diuo Pio §. 2. &*
*ibi poſt in verb. capiantur DD. ff. de re iud.* con-
demno reum, ſi actor iurauerit, quod iura-
mentū præſtandum eſt ſub ipſo iudice ſtatim
non obſtante appellatione, *l. generaliter C. de*
*reb. cred. & ibi DD.* ab eo, cui fuit delatum,

eoque defuncto, ab eius hærede non poteſt
præſtari, *Bal. in d. l. generaliter n. 2.* alijs etiam
17 ſub † conditionibus de præſenti vel præte-
rito lata tenet, *Pan in d. c. in litteris nu. 4.* quia
per rerum naturam certa ſunt, *§. conditiones
Inſtit. de verb. oblig.* omnibus autem caſibus
quibus ſententia tenet, ſtatim à dicta ſen-
tentia tempora ad appellandum computari
debent propter auctoritatem rei iudicatæ, *l.
1. § biduum l. duo iudices ff de re iud. c. præterea de
appell. & ibi Ioan. And. & Franc. c. quoad conſulta-
tionem de appel. DD. in l. generaliter §. omnis igitur
18 C. de reb. cred. Mynſ. obſ. 95. cent. 5.* Item † debet
eſſe ſolemnis, *c. quoniam contra de prob. l. prola-
tam C. de ſent. & interloc. omn. iud.* & cauſa,
*Inſtit. de off. iud in princ. l. nemo C. de ſent. &
19 interloc. omn. iud.* Pro ſolemnitate † & rititu-
dine proceſſus etiam narrati in ſententia
non præſumitur, & qui dicit ſe non fuiſſe ci-
tatum, talem non fuiſſe eius procuratorem,
impedit ſententiæ executionem, *c. tenor. hoc
tit. glo. fin. in c. quoniam contra & ibi Fel. n. 34. &
Can. de prob. Pan. in c. ad reprimendum ſub nu. 13.
de off. ord. Bart. in l. 4. §. condemnatum in princ. ff.
de re iud.* ſiue fuit appellatum à ſententia,
aut pendeat tempus interponendæ appel-
lationis, *cap. non ſolum de appell. in 6. l. poſt rem
ff. de tranſact.* ſiue ſententia lata ſit contra ab-
ſentes, non per contumaciam, *l. ea quæ C.
quom. & quand. iud. &c.* ſiue ſit lata de recenti
partibus præſentibus, & non appellantibus,
*Rot. deciſ. 196. n. 5. part. 2. Card. Seraph. dec. 615.
n. 5. & 6. Hoſt. in c. cum inter de re iud. n. XI. & 12.
d. c. quoniam contra in fine*, & licet Pan. in hoc
caſu *in d. c. quoniam contra ſub n. 23. verſ. ſecun-
do vero membro*, recenſeat quinque opinio-
nes, quas diſtinctione conatur concordare,
ac Rom. *in l. ſciendum ſub n. 6.* ponat ſex opi-
niones, & dicat præſumi pro ſententia, quã-
do non eſt appellatum per cap. cum inter
vos hoc tit. vbi præſumitur rite per omnia
celebrata, tamen à me poſita opinio verior
videtur, & vſu curiæ approbata, quia præ-
ſumptio, quæ facit pro ſententia, potiſſimũ
oritur ex acquieſcentia partis, quæ tollitur
ex reclamatione & oppoſitione, *Car. Seraph.
dec. 381. n. 8. per c. quoniam contra & ibi not. de
prob.* de tempore recenti infra biennium à
tempore ſententiæ numerandum, *Hoſt. in c.
præſentia n. 3. & ſeq. de renunc. & ibi Can.* tum
quia ius ad probationem actorum exigit
ſcripturam, ideo ſolemnitas probanda eſt
per eum, qui ſtat pro ſolemnitate & non per
excipientem: *c. legum 2. q. 1. Innoc. in c. innotuit
n. 4. & 5. de eo qui fuit ord. ſuſcep. Et in d. c. inter
vos hoc tit.* non fuit oppoſitum de aliqua nul-
litate, ſed de iniuſtitia ſententiæ, vt patet ex
eius inſpectione. Præterea Rota non atten-
dit ſententias & adiudicationes ſine pro-
ceſſibus, neque eas exequitur directe vel in-
directe, *Mohed. dec. XI. hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 84.
part. 1. & dec. 196. n. 5. part. 2. l. præſcriptione & l.
etſi non cognitio C. ſi cont. ius vel vtil. publ* niſi de-
ducantur per viam exceptionis, *Rot. diuerſ.
dec. 143. n. 6. & 7. part. 2.* atteſtans de vſu ſacri
palatij *arg. l. iurigentium § ſed cum nulla ff. de
pact. & not. per Felin. in c. lator ſub n. 1. verſ. & di-
cit Bald. plures citantem*, vel ad effectum repro-
bandi teſtes contrarios ſententijs, *Cæſar. dec.
1. n. 6. & 9. de locat. & cond. l. 2. § 11. in fine ff. de
pœn. l. 1. in fine ff ad Tertul. l ſi pater & ibi gl. fin.
DD. C. ne de ſtat. defunct.* qui Stylus iuri com-
muni conformis eſt, *Rot. diuerſ. deciſ. 85 nu. 1.
part. 1. per l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. & ibi
gl. allegat concord.* Quod ſi ſententia lata fuerit
partibus præſentibus (in dubio præſumitur
lata contra abſentem, niſi notarius in eius
prolatione atteſtetur de partium præſentia)
*Pan. in c. tenor n. 1. & ibi Can. de re iud.* fueritque
appellatum, ac appellatio ſit deſerta, trans-
fertur onus probandi in excipientem, pro-
pter auctam negligentiam, quia pendente
cauſa

cauſa nullitatis, præſumitur pro actis donec probetur contrarium, Imol. in d. cap. quoniam contra n. 24. circa finem & ita intelligendus videtur Innoc. in cap. cum in iure peritus de off. deleg. n. 4. & videtur innuere Rot. dec. 9. de prob. in nou. Rot. diuerſ. dec. 438. n. 1. part. 1. Præterea ſolemnitas & rititudo præſumitur, quando concurrit antiquitas temporis, & enunciatio ipſarum ſolemnitatum in ſententia, ſaltem in genere per clauſulam, ſeruatis ſeruandis, Rot. diuerſ. dec. 143. nu. 8. part. 2. Caſt. in auth. ſi quis in aliquo nu. 7. C. de edend. vbi diuerſas DD. opiniones conciliat. Put. dec. 328. lib. 2. Caſſad. dec. 3. de procurat. vel ſi probetur perditio actorum, gloſſ. fin. in d. c. quoniam contra & ibi Pan. nu. 9. poſt princ. Fel. n. 32. verſ. idem dico & Can. communiter, vel lata ſit ſuper crimine hæreſis, quia inquiſitores non conſueuerunt alicui dare proceſſum, Caſſad. dec. 1. de præſumpt. c. per hoc §. l. ibi teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus de hæret. in 6. ac aſſertioni notarij creditur de actu, qui potuit interuenire tempore ſententiæ, Iaſ. in l. ſciendum ſub n. 12. & ibi DD. ff. de verb. oblig. Rot. dec. 5. 6. n. 2. part. 1. diuerſ. Idem obtinet vt præſumatur pro ſententiæ rititudine, ſi ſententia lata ſit contra abſentem per veram contumaciam, Imol. in d. c. quoniam contra n. 24. circa finem & ibi DD. Rot. dec. 9. de prob. in nou. cum eius abſentia tunc Dei præſentia repleatur, l. properandum § ſin autem C. de iud. Aut etiam contra abſentem per fictam contumaciam, vt quia citatus fuit ad domum & apparet illum habuiſſe notitiam ſententiæ & non appellauiſſe intra decem dies à tempore ſetentiæ, Imol. in d. c. quoniam contra n. 24. circa fin. & ibi DD. Card. Seraph. dec. 290. num. 5. Rot. d. dec. 9. de prob. Pro 20 iuſtitia † ſeu rititudine ſententiæ præſumitur, c. ſicut hoc tit. auth. generaliter & ibi gloſſ. in verb. iniuſte C. de epiſcop. & cleric. Bald. in l. rem nouam numer. 5. C. de iud. dummodo interuenerit cauſæ cognitio, alias non Fel. in c. eccleſia S. Mariæ num. 12. & 17. de conſtit. Bald. in l. prolatum nu. 7. C. de ſent. & interloc. omn. iud. & ſecundum Bart. num. 8. & 10. quam præſumptiuam iuſtificationem Stylus Rotæ non admittit, niſi in ſententiis valde antiquis, puta, centum annorum, & in quibus clara eſt obſeruantia, Rot. diuerſ. dec. 438. n. 3. & ſeq. part. 1. c. cupientes §. denique ibi nihil de veteris iuris obſeruantia immutamus de elect. in 6. cap. ex ore §. 1. in fine de priuil. & quando de contrario non apparet ex inſpectione actorum, quia præſumptioni non poteſt eſſe locus, cum conſtet de veritate, l. fin. ff. de prob.

Pro decreto † interpoſitio per viam voluntariæ iuriſdictionis præſumitur non ſolum quoad ſolemnitates requiſitas, quando in inſtrumento fit mentio ſolemnitatum particulariter & præciſe, & non in genere: 21 l. ab ea parte in fine ff. de prob. §. fin. Inſt. de fideiuſſ. & ibi Fab. numer. 4. & 5. Bald. in l. ex his verbis ſub numer. 3. verſ. item oppono quod verb. C. de teſt. milit. Felin. in capite quoniam contra ſub numer. 37. verſ. 7. concluſio de prob. & ibi Can. ſed etiam quoad iuſtitiam, & cauſæ cognitionem, quæ enunciatur interueniſſe. l. actor & ibi gloſſ. in verbo omnimodo ff. rem. rat. hab. l. 1. & ibi gloſſ. in verbo omni & DD. C. de fid. Inſtrum. haſt. fiſc. lib. 10. Alex. in l. ſciendum nu. 26. & 27. ff. de verb. oblig. Greg. XV deciſ. 406. & ibi late annot. hinc creditur iudici ſuper requiſitis ad exemplandum inſtrumentum, nec reperitur quod iudex in exemplando habeat facere proceſſus in ſcriptis, ſed quod ipſe debet, dato termino contradictori ſi comparuerit ad iuſtificandam contractionem, Bald. in add. ad Specul. de appell. col. 10. verſ. lata eſt ſententia de conſilio per l. 2. in fine iuncta l. fin. C. de relat. de requiſitis ſe informare, & decretum inter-

ponere, Rot.diuerſ.deciſ.193.nu.6.part.2. Pan. in c.fin.num.2.& ſeq de fid.inſtrum. & ibi Can. Salic.in auth.ſi quis in aliquo n.4.C. de edend. licet non idem ſit in contentioſis vt dictum eſt, ratio diuerſitatis eſt, quia decreta interponuntur extraiudicialiter, & omnes ſolemnitates enunciatæ tunc poſſunt interuenire, ſolemnia vero iudiciorum tempore ferendæ ſententiæ non poſſunt interuenire, quia requirunt dilationem & competentem ordinem, d.c.quoniam contra de prob. Limita primo, vt procedant in decretis maiorum iudicum, ſecus eſt in decretis minorum iudicium, Bald.in l.tutores in princ.ff. de confirm.tut. Iaſ. in l. pacta nouiſsima C.de pact.n. 6. & 9.in fine Iaſ.in rub.C.qui adm.ad bonor.poſſeſ. n.7.Rot.deciſ.193.num.1.& ſeqq.part.2. diuerſ. Secundo, niſi vrgentior probatio ſit in contrarium deducta ex defectiua narratione facti, & ex falſa ſuggeſtione, Bald.in c.ſicut in fine de re iud.Ioan.de Imol.in l. ſi quis cum aliter num.7.ff.de verb.oblig. Rot.diuerſ.deciſ.529.num. 1.& 2.part.1. In multis aliis diſcrepat decretum à ſententia: decretum interpoſitum ex falſa cauſa regulariter non valet, l.1.§.hæc verba ff.ne vis fiat ei qui in poſſeſ.l. cum vero §. ſubuentum ff.de fideicom.libert.l.iuſte & ibi Bart. & Alex.numer.11.& 13.& ſeq.vbi ponit 6.fall. ff.de acquir.poſſeſ. interpoſitum partim ex vera cauſa partim ex cauſa falſa eſt ipſo iure nullum in toto, Bart.in l.ſi non ſortem §.ſi centum num.6.ff.de cond. indeb. Bald. in l. certi condictio §.quoniam ſub num.8.verſ. ſecundus ff. ſi cert.pet. Alex.in l.iuſte num.20.& plurib.ſeqq. Afflict.deciſ.218. quia decretum eſt indiuiduum, ſicut quælibet ſententia, l. in hoc iudicio ff.famil. erciſc. ideo ſi creditor accipit tenutam ex primo decreto pro maiori quantitate, quam vere ſit debitum, tota tenuta eſt nulla ipſo iure, Pulchre Aretin. in d. §.quoniam numer.21.& ſeqq. qui diſtinguit & ibi DD. niſi plura contineat capitula ſeparata, tunc enim pro capitulis in quibus debitum verum eſſet, decretum & datio in ſolutum ſuſtinentur, etiamſi tenuta ſit accepta pro tota ſumma, quæ reſultat ex pluribus capitulis: l.ædiles §.fin. cum gloſſ. ibi poſita ff.de ædil.edict. l.vbi fideiuſſor. ff. de ſolut. Bart.in l.Lucius §. quæ habebat ff.ad Trebell. pulchre Rot.diuerſ.deciſ.33.numer.6.7. & ſeqq.part.1. idem obtinet ſi decretum ſit interpoſitum per obreptionem, l.cum reo §. ſubuentum ff. de fideicom. libert. l. etſi præſes C.de præd.& aliis reb.min.Bart.in l.ius pluribus ſub num.2.ff.de iuſt.& iur. aut contra ius partis, l.cum ii.§.ſi prætor aditus & ibi Caſtr.nu. 6 ff.de tranſact.l.magis puto §.fin.ff.de reb. eor. qui ſub tut.&c.l.Fulcinius §.cum hoc ff. quib.ex cauſ.in poſſ.eat. Iaſ.in d.l.ius pluribus nu.8 aut in decreto ſubſit error iuris aut facti, Rot.diuerſ. deciſ.458.num.3.& 529.part.1.l.etſi præſes C.de præd.& aliis reb.min.l.1.§.hæc verba ff.ne vis fiat ei qui &c.Caſtr.in l.cum ii §.ſi prætor nu.6 ff.de tranſact. Sententia vero definitiua lata ex falſa cauſa regulariter non redditur nulla, l.ſi per imprudentiam ff.de euict.l.cum putarem ff.famil.erciſc. Alex.poſt Bart.in l.iuſte poſſidet nu. 8.& xj.& ibi DD.ff.de acquir.poſſeſſ. Felin. in cap. inter cæteras num.1.hoc tit. & lata contra ius partis valet, l.1.verſ.quod ſi de iure ff quæ ſent.ſine appell.reſcind.Bart.in d.l.ius pluribus nu.2 vbi pulchre diſtinguit & ibi DD. & poſtquam tranſiuit in iudicatum de eius iniuſtitia, non poteſt amplius allegari etiam in alio iudicio, l.qui Romæ § duo fratres & ibi Bart.in 2. not.Iaſ.num.5.& 6.de renunc.& DD.communiter ff.de verb.oblig. item lata ex duabus cauſis in ea expreſſis quarum vna eſt vera, altera falſa, ſuſtinetur ex cauſa vera, Alex.in d.l.iuſte num.24.ff.de acquir.poſſeſ.poſt Innoc.in c.præſentia de renunc. lata vero ex vnica falſa cauſa in ea expreſſa, eſt ipſo iure nulla, c.inter cæteras

& ibi

*& ibi Felin ſub nu 1. & n.5. & Can. hoc tit. Rot.*
*deciſ.27 hoc tit. in antiq. Clem. paſtoralis §. rur-*
*ſus & ibi gloſſ. in verb. non habebat Zab. in 5. not.*
*& Can. hoc tit. Greg. xv. deciſ.2 in princ.* Sen-
22 tentia definitiua † ferri debet præcedente
citatione ſpecifica ad audiendum ferri ſen-
tentiam, *Greg. xv. deciſ. 209. num.4. Rot. deciſ.*
*17. de re iud. in nou. Felin. in c. conſuluit num.16. de*
*offic. deleg. & ibi Can. Rom. ſing. 72. & ibi add.*
*Gail. obſ. 109. libro 1.* vel ſine dicta citatione,
vtraque parte præſente, *Ang. in l. de vnoquo-*
*que ſub numer. 5. Imol circa finem Alex. &* DD.
*ff. de re iud. Greg. xv. deciſ. 576. & ibi annot.*
& peremptoria, *l. 1. verſ. item cum ex edicto ff.*
*quæ ſent. ſine appell. reſcind. Rom. in l. ſi finita §. Iu-*
*lianus nu.14. & 15. vbi ponit 12 fall. ff. de damn.*
*infect. c. 1. de cauſ. poſſeſſ. Clem. paſtoralis de re iu-*
*dic. Pan. in c. venerabilem num 5. de elect.* à iudice
pro tribunali in loco maiorum, *l. ius pluribus*
*in fine & ibi Iaſ. in 2. not. ff. de iuſt. & iur. l. ſi vt*
*proponis l. 2. C. quom. & quand. iud. &c.* ſeden-
te, non ſtante, *d. l. §. dies bonorum & §. ſeq. ff.*
*quis ord. in bonor. poſſeſſ. ſeruand.* quæ duo non
ſunt neceſſaria in definitiua ferenda in cau-
ſis ſummarijs vigore reſcripti apoſtolici, aut
per clem. diſpendioſam de iud. *Clem. ſæpe §.*
*ſententiam de verb. ſignif.* de die, & non de no-
cte, *c. conſuluit de offic. deleg. & ibi Felin. num. 18.*
*ponit 4. fall Bart. in l. non minorem C. de tranſact.*
*gloſſ. in §. omnis ſtipulatio in verbo tribui debet*
*Inſt. de verb. oblig.* de antiquo ſtylo Curiæ
Romanæ ſententiæ feruntur de nocte, *Hoſt.*
*in ſumma de iud. num. xj. Felin in c conſuluit ſub*
*num. 18. de off. deleg. Iaſ. in l. non minorem ſub*
*numer. 3. C. de tranſact. Greg. xv. deciſ. 131. n 3. &*
*ſeqq.* ſuper toto eo quod petitur, alias non
valet, *l. in hoc iudicio ff. famil. erciſc. Felin in cap.*
*cum inter nu 5. 6. & ſeqq. ponens 14. fall. hoc tit.*
*Rom. in l. ſi conſtante §. ſi bona nu. 2. ff. ſolut. mat.*
*ponens vnam fall.* partibus præſentibus, vel
altera per contumaciam abſente, *l. ea quæ C.*
*quom. & quand. iud. &c. l. properandum in*
*princ. & ibi gloſſ. in verbo triennij verſ. item*
*nota ad euidentiam C. de iud.* lata vtraque ab-
ſente eſt nulla, *d. l. prpperandum §. etſi qui-*
*dem & ibi gl. in verbo licentia.* in dubio præſu-
mitur lata contra abſentem, *Felin. in c. tenor. n.*
*1. & 2. hoc tit. & in c. cum Berholdus num. 10. eod.*
*& ibi num. 21. & ſeqq. limitat. 5. mod.* Item eſt
ipſo iure nulla, ſi non apparet quod ſit
lata parte inſtante, *d. l. properandum §. etſi qui-*
*dem & ibi Iaſ. n. 5. & 6. qui limitat. 4. mod. &*
DD. *communiter de iud.* niſi lata ſit ambabus
partibus præſentibus in fauorem actoris, li-
cet aliter non appareat ex proceſſu, quod a-
ctor petierit à iudice ſententiam ferri, quia
ſufficit petitio generalis facta in libello per
actorem, vbi petijt ſententiam pro ſe ferri,
quæ petitio ſemper durat, *Bald in l. vnica C.*
*vt quæ deſunt ad part. &c. ſub n. 9. verſ. vidi dubi-*
*tari Caſ. deciſ. 9. num 4. & 10. de cauſ. poſſeſſ. &*
*propriet.* In dubio ſententia præſumitur lata
ad inſtantiam partis, quando pars aduerſa
fuit citata, *Rot. diuerſ. dec. 516. n. 2. part. 1. c. & ibi gl. mag & Can. per illum text. de iud.* Et debet
iudex eam recitare ex ſcriptis, etiam in cau-
ſis ſummarijs, ex reſcripto apoſtolico, aut
per Clem. diſpendioſam de iud. *Clem. ſæpe §.*
*ſententiam de verb. ſignif.* alioquin recitata ſine
ſcriptis, vel ſcripta, & edita partibus, &
non recitata, non valet, *c. fin. de re iud. in 6.*
*l. 1. C. de ſent. ex breuil. recit.* & non confirma-
tur per deſertionem appellationis, *Franc. in*
*d. c. fin. n. 7. de appell. & ibi Can. communiter l. ſi*
*expreſſum ff. de appell.* niſi breues ſint lites, &
maxime vilium perſonarum vel cauſarum,
& niſi epiſcopus cognoſcat inter ſuos ſub-
ditos, *l. 1. & 2. & auth. ibi poſit. C. de ſent. ex*
*breuil. recit.* aut præſes conueniatur finito of-
ficio ſuo, vt reddat rationem adminiſtra-
tionis. *Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio §. ne-*
*ceſſitatem collat. 2.* Sententia † interlocutoria 23
poteſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poteſt ferri in ſcriptis, & ſine ſcriptis à iudi-
ce ſedente pro tribunali quando requirit
cauſæ cognitionem alias non, *Bart.in l.2.nu.*
*5.C.de ſent.ex breui.recit.* *& ibi DD.* & poteſt
ferri ſub conditione, *gloſſ.in l à diuo Pio §.in*
*venditione in verbo capiantur Bart.& DD.ff.de re*
24 *iudic.* Sententiæ defi nitiuæ † nihil poteſt ad-
di, nec detrahi, nec eadem poteſt reuocari
à iudice, poſt quam eam tulit, *l. dicere cum l.*
*ſeq.& ibi gl fin & DD.ff.de arbit. l.1. C de ſent.*
*reſcind.non poſſe Franc.in capit. cum ceſſante poſt*
*num.7.de appell.* ſiue ordinario, *l.iudex ff.de*
*re iud.* ſiue delegato, *c.in literis de off deleg.* eti-
am infra decem dies, eſt de conſenſu parti-
um: *l ſi diuerſa & ibi gl.fin.C.de tranſact.& ibi*
*DD.Bald in l.1.n.6.C.ſent reſcind.non poſſe.* ſe-
mel enim ſiue male, ſiue bene officio fun-
ctus eſt, *l.iudex ff.de re iud.c.literis c.venerabili de*
*off.deleg c.ſi compromiſſarius §.ſi vero de elect. in*
25 *6.* niſi ſententia † ſit ipſo iure nulla, quæ tunc
ordinarius iterum poterit pronunciare, *l.ſi*
*præſens C.quom.& quand.iud.&c.l.1.& ibi glo.*
*1.& fin.C.de ſent.ex breui.recit.* in delegato
vero impetrabitur à ſuperiore, vt ipſe vel a-
lius ex integro iudicare poſſit: *l.ſi vt proponis*
*la.1 C.quom.& quand.iud.&c. cap.qualiter &*
*quando el.1.& ibi Pan.pulchre diſtinguit num.4.*
*& ſeqq.de accuſ.* item ordinarius poteſt adiri
per beneficium reſtitutionis in integrum,
*cap.cum Bertholdus & ibi gloſſ.in verbo decer-*
*nerent hoc tit.& ibi Can.* Secundo, fallit in fru-
ctibus, & expenſis, & alijs acceſſionibus
conſimilibus, in quibus eadem die poteſt
ſententiam definitiuam ſupplere non ta-
men minuere tam ordinarius, *l. Paulus la.*
*1.ff.de re iud.& ibi DD,* quam delegatus, *c.in lit-*
*teris de off.deleg.& ibi Can.c.cum appellationibus*
*de appell.in 6.& ibi gl.in verbo eadem die & Can.*
*gl.fin.in l.quia arbiter ff.de arbit.* etiamſi actor
fructus, intereſſe, vſuras aut alias acceſſio-
nes vel expenſas non petierit, *l.fin.& ibi gl.in*
*verbo confiteatur C.quando prouocare non eſt nec.*
*Mynſing.obſ.55.cent.4.* In interlocutoriis vero
poterit poſtea & ſemper vſque ad ſenten-
tiam definitiuam ſupplere, quia per definiti-
uam expirat officium iudicis, non ſic in in-
terlocutorijs. *Franc.in c.ſæpe n.54.hoc tit.Bart.*
*in l.terminato n.5.C.de fruct.& lit.expenſ.* Ter-
tio, fallit ex pluribus alijs caſibus notatis per
gloſſ.1. *in l.1.C ſent.reſcindi non poſſe &c. gloſſ.*
*fin.in l.iudex ff.de re iudic.*

Duobus iudicibus † diuerſas ſententias 26
proferentibus, ſi ex iuriſdictione ordinaria
proceſſerunt, tenet pro reo non pro actore
ſententia, niſi in cauſa fauorabili, puta ma-
trimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento,
pro ipſo fuerit promulgata: ſi vero ex dele-
gata poteſtate, vtraque pendet ſententia ex
arbitrio delegantis: quod ſi ex compromiſ-
ſo, neutra habet vigorem: *c.duobus hoc tit.&*
*ibi gl.& Can.l.duo 1.ff de re iud.gl.in l.diem pro-*
*ferre §.ſi plures in verb.diuerſas ff.de arbit.* ratio
diuerſitatis eſt, quia plures iudices ordinarij
habent iuriſdictionem eiuſque exercitium
in ſolidum: *Bart. in l. ſi vni ex pluribus alias*
*pomponius ff.de re iud.n.1.* plures delegati ha-
bent quidem iuriſdictionem in ſolidum,
*Bart.in d.l.ſi vni ex pluribus num.* 7. ſed eius
exercitium tantum pro parte: *c. cauſam ma-*
*trimonij cap. vno delegatorum & c. prudentiam*
*& ibi gloſſ.in verb.tenentur de off.deleg.* arbitri
vero nullam habent iuriſdictionem, ſed co-
gnitionem, eorumque poteſtas pendet ex
compromiſſo. *dictum eſt ſupra tit.de arbit* Sen-
tentia intra † decem dies, qui dantur ad ap- 27
pellandum, habet effectum incontinenti in
his, in quibus fit executio à iure ſine facto
hominis, vt condemnatus furti, fit infamis
&c. *l.furti in princ.& ibi Bald.in §.1. per tot.*
*ff.de his quæ not.infam.l quod ad ſtatum l.qui vl-*
*timo ff.de pœn.l.ſi quis filio exhæredato § irritum*
*ff.de iniuſt.rupt.& irrit.fact.teſtam.* in his quæ
requi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

requirunt executionem & factum hominis,
intra decem dies non dicitur res iudicata,
quia interim executioni mandari non po-
teſt, *l.1.ff.nil.nou.appell.pend.& ibi not.Bart.in l.
litigatoribus num.5.& 6.C. de appell.* ſed lapſu
dictorum decem dierum tranſit in auctori-
tatem rei iudicatæ, *c. quoad conſultationem hoc
tit.* omneſque clauſulæ in fine & in eodem
inſtanti concluduntur, & non tranſit in iu-
dicatum, prius vna clauſula, quam altera,
ſed omnes eodem tempore. *Bald.in l.quid er-
go §.pœna grauior in 2.lect.ſub num.20.verſ.item
non eſt verum ff.de his qui not.infam. Rot. diuerſ.
deciſ.756.num.6.& ſeqq.part.1.* Multiplices
ſunt effectus ſententiæ, primus eſt, ſententia
28 pro veritate † accipitur, quantum ad illos
inter quos lata eſt, poſtquam tranſiuit in iu-
dicatum, *d.l.res iudicata ff.de reg.iur.* alijs vero
non præiudicat, *c. quamuis hoc tit. & ibi gloſſ.
mag. & Can.* aut prodeſt; *l. res inter C.quib.
29 res iud. non nocet.* fallit in cauſis † inoffi-
cioſi teſtamenti, *l. Papinianus §.fin.& l.eum
qui §.fin.ff.de inoffic.teſtam.* filiationis, *l.1.in fine
& l.2.ff.de lib.agnoſc.* nullitatis proceſſus, &
inſtrumentorum, *Innoc.in c.in noſtra numer.8.
& ſeqq.de procurat. Iaſ.in l.ſed etſi poſſeſſori § ſi
cum de hæreditate num.3.ff.de iureiur.* ingenui-
tatis, *l.ingenuum ff.de ſtat.homin. Felin. in c. ſu-
per eo el.1.num.2.de teſtib.* puritatis ſanguinis.
*Greg.xv.deciſ.498.num.5 & 9.vbi plures quota
allegantur.* ſtatus & qualitatis Caſtrorum ex
primogenitura. *Gregor.xv.deciſ.555.numer.3.
arg.d.l. ingenuum.* in quibus ſententia facit
ius, quoad omnes, quando cauſæ a-
ctæ fuerunt citato legitimo contradictore,
cuius principaliter intereſt, & ſententia lata
eo præſente, *l.ſi proluſorio §.fin ff de appell. &
ibi Bart.notat.& Angel.de Peruſ.num. 2. Bart.
in d.l.ingenuum & ibi Bald.in 2.lut.recenſet octo
& plures cauſas in quib.ſententia facit ius quoad
omnes Bald.in l.2.num.4.vbi plures ſimiles cauſas
enumerat C.quib.res iud.non nocet Mohed. deciſ.
8.hoc tit.* ſed ſententia lata ſuper declaratio-
ne ſeruitutis, non facit ius quoad omnes, *gl.in
d.l.ingenuum Mohe.dec.8.in fine h.t.* aut ſi decla-
ret eum nō eſſe actoris libertū, non eſſe acto-
ris ſeruū, *l.diui fratres & l.ſi ſeruus ff.de liber.cauſ.*
ratio diuerſitatis deſumi poteſt ex definitio-
ne ingenui Inſt.de ingen.in pr.& definitio-
ne ſeruitutis, *§.1.Inſtit. de ijs qui ſui vel alien.
iur.ſunt.* fallit ſecundo in eo qui † paſſus 30
eſt litigare illum, cui ſecundo loco actio &
defenſio competebat, veluti ſi debitor expe-
riri paſſus eſt creditorem de proprietate
pignoris, aut paſſus eſt eum experiri, à quo
cauſam habuit, vt ſi poſſeſſor patiatur ven-
ditorem experiri de proprietate rei emptæ,
*c.quamuis hoc tit.l.ſæpe ff de re iud.& c.late Co-
uarr.pract.quæſt cap.13.numer.4.& ſeqq.* aut
is ad quem ſpectat præſentatio, electio,
collatio, patiatur experiri præſentatum, e-
lectum, vel inſtitutum, de cuius veritate vi-
de Couarr. *pract quæſt.cap.14. per totum &
Can.in c.cum olim.de cauſ.poſſ.& propriet.* fal-
lit tertio, in ſententia † lata ſuper iure rea- 31
li non perſonali, quod ſcilicet beneficium
ſit grauatum, aut ſuper ſeruitute reali, quæ
nocet ac prodeſt alijs, ac vniuerſali, & ſin-
gulari ſucceſſori, *Alex.in l.ſæpe num.48. ff.de
re iud.Caſ.deciſ.2.numer.4.& 5.de iudic.* fallit
quarto, in † caſibus notatis per gl mag. 32
*in c.quamuis hoc tit.& ibi Can.& in l.2.C.quib.
res iudic.non nocet in verbo irrogare.& in l.1.C.
res inter alios actas vel iudic.* Quibus autem
caſibus ſententia alijs nocet, & prodeſt, no-
cent & proſunt etiam acta, *Alex.in d.l.ſæpe
num.125.plures cumulans Caſ.d.deciſ.2.numer.3.*
Rota prout alia ſuprema tribunalia, non at-
tendit res iudicatas, quandocunque appa-
ret de errore, ac iniuſtitia ſententiarum, et-
iam non notoria. *Guid.Pap.quæſt.215.ſub num.
9.& quæſt.368.Caſ.de graſſes deciſ.10.num.12.*

& ſeqq. de re iud. Greg. xv. deciſ. 317. num. 1. De
ſtylo ſignaturæ non datur clauſula parito iu-
dicato, niſi vbi adſunt tres conformes, non
autem ſolet dari vbi adeſt vnica tantum ſen-
tentia, aut etiam duæ, quæ ex ſtatuto loci
faciunt rem iudicatam, niſi cum clauſula ar-
bitrio Rotæ, Greg. xv. deciſ. 361. n. 1. vbi alias de-
ciſiones allegat & ibi annot. Gab. de execut. rei iud.
concl. 1. n. 37. operatur autem dicta clauſula,
vt quis non ſit audiendus, niſi prius doceat
ſe integre paruiſſe iudicato, Greg. xv. deciſ.
566. n. 2. & ibi annot. limitat. vno modo. Secun-
33 dus, datur † etiam actio ex re iudicata ei,
pro quo lata eſt ſententia, aduerſus eum
contra quem lata eſt, eiuſque hæredem, licet
vetus actio fuerit temporalis & non tranſi-
toria: l. miles §. fin. & ibi gl. fin. ff. de re iud. l. licet
§. idem ſcribit ff. de priuil. nam executioni ſen-
tentiæ præſcribitur ſpacio 30. annorum, Bal.
in rub. de præſcript. n. 22. in fine Fel. in c. inter mo-
naſterium n. 30. hoc tit. Pan. c. fin. n. 30. & ſeqq. de
præſcript. niſi eſſet cæpta executio, & non fi-
nita, quia tunc illa actio in factum quæ da-
tur pro executione, eſt effecta litigioſa, &
pendente lite non currit præſcriptio; quia
lis in Curia Romana & inſtantia eſt perpe-
tua, Achil. deciſ. 5. de præſcript. dictum eſt in tit. de
iud. c. pen. & ibi Can. de iud. Reo abſolutio da-
34 tur † exceptio contra eum qui ſuccubuit,
& omnes alias perſonas, quæ rem in iudiciũ
deducere poſſent, ſiue vniuerſalis, ſiue ſingu-
laris ſit ſucceſſor, l. rei iudicatæ l. cum hoc cum l.
ſeq. ff. de except. rei iud. quia non tollitur actori
actio ipſo iure, vt latius dictum eſt in §. item
ſi in iudicio inſtit. de except. Tertius, ſententia
35. eſt † ſtricti iuris, c. dilectus de off. ordin. & tan-
tum importat quantum verba ſonant, Rot.
diuerſ. deciſ. 217. n. 4. part. 2. l. res iudicata ff. de reg.
iur. gloſſ. 1. in l. 1. verſ. item fallit hæc regula C. plus
valere quod agitur & ibi DD. Cepoll. in rub. de
verb. ſignif. n. 19. & ſeq. neque limitatur ſecun-

dum naturam obligationis, aut libelli præ-
cedentis, l. Paulus reſpondit la. 2. & ibi Bart. nu.
1. ff. de re iud. Bart. in l. miles §. decem num. 3. ff. de
re iud. ideo ſi plures in ſolidum obligati &
conuenti vna & certa quantitate poſt litem
conteſtatam ſimpliciter condemnati ſint,
nec additum vt quod ab altero ſeruari non
poſſit, id alter ſuppleret, effectus ſententiæ
pro virilibus portionibus eſt diſcretus: d. l.
Paulus reſpondit l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſent.
condem. l. ſi qui ſeparatim §. fin. 1. reſpon. ff. de ap-
pell. ſecus in præcepto facto ante litem con-
teſtatam, pluribus obligatis in ſolidum
quod ſoluant, quod in ſolidum factum cen-
ſetur ſicut contractus loquitur cum fiat in
eius executionem, Bald. in l. 1. numer. 2. & 3.
C. ſi plures vna ſent. condem. &c. ratio diuerſi-
tatis eſt, quia per interlocutoriam non fit
nouatio, ſed per litis conteſtationem, l. a-
liam & ibi Bart. ſub numer. 1. ff. de nouat. ac per
ſententiam definitiuam, l. fin. C. de vſur. rei
iud. In dubio ſententia eſt interpretanda in
fauorem condemnati, vt minus cenſeatur
condemnatus, quam ſit poſſibile: l. hac enim
cauſa ff. de ſuſpect. tut. & curat. Crauett. conſ. 74.
numer. 10. & licet in ea verba aliquando im-
proprientur ad euitandum abſurdum, non
tamen impropriantur, vt verba latius intel-
ligantur, l. & puto & ibi gl. in verb. communicare
& DD. ff. famil. erciſcund. Felin. poſt Pan. in c. au-
ditis n. 3. de præſcript. & nunquam accipiuntur
improprijſſime, quia eſt magis abuſio, Creſc.
deciſ. 6. hoc tit. l. item prætor ff. de ſuis & legit. hær.
Limita primo, † quia ex vi attractiua trahi- 36
tur ad aliud, ſine quo illud, ſuper quo lata
eſt, non poteſt ſortiri effectum, l. fin. C. de vſur.
rei iud. l. aduerſus l. ſi duo ff. de arbit. vt ſententia
declarans fideicommiſſarium eſſe immi-
tendum in bonorum poſſeſſionem in neceſ-
ſariam antecedentiam, declarat hæredita- 1
tem debere reſtitui, Rot. diuerſ. deci. 450. par. 1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*arg.l.fin.C.de vſur.rei iud.l.aduerſus l ſi duo ff. de*
*arbit.l ſi ſtipulatus fuero ff.de verb.oblig.* Quar-
37 tus eſt, Sententia ſimpliciter prolata † de-
claratur ex actis, *l.ſi quis ad exhibendum & ibi*
*Bart.ff.de except.rei iud.* & eſt interpretanda
ſecundum ius commune. *l. miles §. decem ff.*
*de re iud.Bart.in l.ſi fundus §. in vendicatione*
*ſub numer.4.& 5.ff de pign.& hypoth.* Quin-
38 tus, non † reſcinditur prætextu inſtru-
mentorum de nouo repertorum, *c. inter*
*monaſteria hoc tit.* niſi ſit lata aduerſus fiſcum,
quæ infra triennium retractatur. *l.vnic.C.de*
39 *ſent.aduerſ.fiſc.retract.libr.*10. Sextus, † Sen-
tentia abſolutoria & condemnatoria ſunt
eiuſdem naturæ ideo ſicut appellatio ſe-
quens non ſuſpendit excommunicationem
ita nec abſolutionem. *Imol. in Clem. fin. num.*
40 10. *de appell.* Septimus, plures † ſenten-
tiæ, quarum vna plus quam alia continet in
parte, in qua ſunt conformes, executioni
demandantur, quoties ſunt tot, quæ execu-
tionem merentur. *Clem.1.hoc tit, & ibi Can.*
*Rot.diuerſ.deciſ.*241.*numer.4.part.*1. Octauus,
41 ſententia † ſui natura eſt indiuiſibilis,
*gloſſ fin.in l.fin ff.de iuriſd.omn.iud.& ibi Bart.*
*& DD.l.in hoc iudicio ff famil.erciſc.* ideo in ea
ſub maiori ſumma non includitur minor,
*Iaſon.in l.1.§.ſi ſtipulanti numer.8.ſub num.9.*
*verſ.5.limita ff.de verb oblig.& ibi DD.Put. de-*
*ciſ.*315.*lib.*1. ſecus eſſet quando petitio, &
ſententia haberet plura capitula ſeparata:
*gloſſ.in l.etiam § 1.in verbo audiendus & ibi DD.*
*ff.de minor,l.quædam mulier ff.famil. erciſcund.*
*Greg.xv.deciſ.*5 2.*numer.1.cap.2.& ibi gloſſ.in*
*verbo eadem ſententia & Can.de ord.cognit.* im-
mo plures ſummæ ex pluribus cauſis debitæ
vna actione comprænenſæ cumulantur, &
pro vna reputantur, & non pro pluribus, *l. ſi*
*qui ſeparatim §.1.de appell.* vt appellatio ad
principem interpoſita valeat. Nonus, per
42 ſententiam † transfertur dominium ſecu-
ta traditione propter rei iudicatæ auctori-
tatem licet aliqui diſtinguant inter actio-
nem perſonalem & realem, *Iaſ.in l.ex hoc iure*
*num.44.ff de iuſt. & iur.& ibi DD.Bart.in l.*
*Pomponius §. ſi iuſſu ff.de acquir.poſſ.& ibi DD.*
*Cyn.in l.1.num.4.C.com.vtr.Iud.Felin.in c cum*
*venerabilis num.28.& ſeqq de except.* Executio
ſententiæ † in prophanis fit iuxta tradita 43
per gloſſ. & DD *in § 1.Inſtit.de offic.iud.* quæ
non tranſcribo & per Gail.*obſ.113.& pluribus*
*ſeqq.& obſ.181,& ſeqq.lib.1.* & quando cauſa
per Procuratores ſine mandato tractata
fuit tenenda eſt obſ. Mynſing. 79. *cent.1. &*
*obſ.49.cent.5.* Notandum eſt, quod ordo
datus in executione ſententiæ condemnato-
riæ latæ in actione perſonali ſuper debito, vt
primo fiat in mobilibus, deinde in immobi-
libus, non eſt ſubſtantialis, ſed pro vtilitate
partis, vnde ſi contra fiat debet appellari,
quia peruerſio ordinis adhibiti ſiue à iudice,
ſiue à nuncio, vel executore, non inducit
nullitatem, ſed iniuſtitiam. *Bart.in l.à diuo*
*pio §.in venditione num.8.& 9 ff.de re iud Bald.*
*in auth.ſed hodie ſub num.3.verſ. quæro nunquid*
*C.de act.& oblig.Pan.in c.quoad conſultationem*
*num.27.hoc tit.Mobed.deciſ.7.eod.* Idem iuris
eſt ſi executio non ſit facta iuxta motum
proprium ſummi pontificis, *Mobed deciſ.7.*
*Iaſon.in d.§.in venditione numer.19.* In cauſa † 44
beneficiali aut ſententia eſt lata pro reo, &
reus non poteſt prætendere executionem in
poſſeſſione, ſed tantum abſolutionem cum
expenſis & ſumptibus: *§.1.Inſtit.de off.iud.&*
*ibi Fab num.1.in fine Innoc.in c.cum noſtris in gl.*
*in verbo irritum verſ. & idem dicimus in omni*
*ſent.de conceſſ.præb.& ibi Anchar.ſub num.16.&*
*Can.communiter.* aut pro actore † contra 45
reum, & tres proponuntur viæ exequendi,
ex officio iudicis qui ſententiam tulit nobili,
quod coram alio Iudice fieri aut proponi
non poteſt niſi mediantibus literis Iu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicis qui ſententiam tulit, quia in ciuilibus
ſententia poteſt ferri in vno loco & in alio
executioni demandari, *l. properandum* §. *ſin
autem reus C.de iud.c.Romana* §.*contrahentes de
foro compet.in* 6.*Bart.in l.à diuo Pio* §. *ſenten-
tiam num.*1.*& ibi Iaſ.nu,*2.*& ſeqq.ff. de re iudic.*
46 *Mynſing.obſ.*68.*&* 69.*cent.*3.Vna per † de-
putationem executoris,*c.de cætero hoc tit.Rot.
diuerſ.deciſ.*33.*part.*2. *Pan.in c.paſtoralis* §. *quia
vero num.*3.*& ſeqq.de off.iud. deleg.* executor
mixtus datus,non cognito nec diſcuſſo ne-
gotio executionis,habet cognitionem exce-
ptionum non deciſionem quam refert iudi-
ci à quo datus eſt executor:*d.c.de cætero & ibi
Pan.& Can.& Felin.limitat* 3.*mod.c.dicenti* §.
*item Imperator Conſtantinus & ibi gloſſ. in verbo
cognoſcatur* 25.*quæſt.*2 *c.ei qui appellat.* §.*ab exe-
cutore & ibi gloſſ in verb.non poteſt & Can.* 2.
*quæſt.*6.*Gemin.in c.ſicut num.*7.2. *quæſt.* 1. exe-
cutor merus datus poſt liquidatam mate-
riam executionis,vt nuncius datus ad tra-
dendam poſſeſſionem,nullam exceptionem
audit,*gl.in d.c.de cætero l.ſi vt proponis & l.exe-
cutorem C.de execut.rei iud.*niſi in quinque ca-
ſibus notatis per Felin.*in d.c.de cætero poſt nu.*
47 4.Altera eſt,quam † ſtylus Rotæ hactenus
in omnibus cauſis obſeruauit, vt condem-
natus citetur poſt rem iudicatam, domi di-
miſſa copia,aut per affictionem abſque alia
diligentia ; ad videndum decerni litteras
executoriales,*Rot.diuerſ.deciſ.*688.*ſub num.*3.
*&* 4.*part.*1.*l.minor vigintiquinque annis cui ſi-
deicommiſſum ff.de minor. Rot.deciſ.*25. *de re iud.
in nou.l.*4.§.*ſi ex conuentione ff.de re iud.* quæ
obtentæ debent intimari condemnato per-
ſonaliter & litteræ originales ei porrigi, vel
legi,& ſi petat dari copia ſuis expenſis, *Ca-
putaq.deciſ.*332.*& ſeq.part.*1.*Creſc.deciſ.*7.*de dol.
& cont.quæ ita explicant. Clem. cauſam de elect.*
ſi perſonaliter intimari non poſſent, con-
ſtito de non tuto acceſſu, intimentur per
edictum, *Caputaq.deciſ.* 334. *part.* 1. *d.
Clem. cauſam* §. *verum & ibi Can.* quia
requiritur certa, & indubita, nec ſuffi-
cit præſumpta ſcientia, decreti executo-
rialium; vt procedi poſſit ad declarato-
riam incurſus cenſurarum in executoriali-
bus comminatarum, *Caſſad.deciſ.*6.*de cauſ.
poſſeſſ & prop.in fine Innoc. in c.fin. ſub numer.*
3. *de eo qui mittitur in poſſeſſ. Rot. deciſ. xj. de
dol.& cont.in nou. Mohed. deciſ.* 7. *numer.* 1.
*vt lit. pend.* niſi is cui fieri debet execu-
torialium intimatio malitioſe latitet, quia
tunc ſufficit intimari ad domum, & alia
loca, cum malitioſe latitans, nec citetur,
habeatur pro perſonaliter citato, *c. quo-
niam* § *porro vt lit.non conteſt.& c. Creſc. deciſ.*
18.*hoc titul.* & dicta intimatio reproduci
debet iudici in actis, ac ſeruari debent qua-
tuor termini ad docendum ſe paruiſſe,
*Felin.in c.ad probandum hoc tit. Mandoſ in* 29.
*commiſſ.execut.in* 1.*&* 2.*quæſt.Gregor. xv. de-
ciſ.*43.*numer,*13. *& ſeq.* declaraturque, ſi
non paruerit, aut ſe legitime excuſauerit,
incurriſſe excommunicationis &c. ac alias
pœnas in executorialibus contentas, ac
ſucceſſiue proceditur ad aggrauationem,
reaggrauationem, interdictum, & vſque
ad brachium ſæculare, *Franc. Marc.quæſt.*
771. *part.* 1. *Gail. obſeru.* 115. *libr.* 1. inclu-
ſiue: & ita habetur canonice poſſeſſio
& non alias, *Caſſad.deciſ.*6. *numer.* 10. *de
cauſ.poſſeſſ & prop.Felin.in c. ad probandum nu-
mer.*6. *de re iud.* quæ non ſeruatis iſtis qua-
tuor, poſt intimationem executorialium
ſeruari ſolitis, terminis eſſet attentata,
*Creſcent.deciſ* 2.*vt lit.pend.&c. & deciſ.* 1. *de
ſequeſt. poſſeſſ.& fruct. Mandoſ. in* 29. *com-
miſſ execut. quæſt.* 24.*Gregor. xv.deciſ.* 43. In
his executorialibus ad dimittendam poſ-
ſeſſionem

ſeſſionem beneficij, aſſignatur à die inti-
mationis executorialium terminus ſex
dierum, & alij triginta dies ad ſoluendum
expenſas, & fructus, poteſt tamen ſer-
uatis quatuor terminis, de quibus ſupra,
infra illos ſex dies, quia non dimittit poſ-
ſeſſionem, & infra illos 30. dies, reſpe-
ctu etiam expenſarum procedi ad de-
clarationem incurſus pœnarum, licet par-
tes non conſueuerint petere ante 30. dies:
*Mohed.deciſ.1.de ſent.excom.* ratio eſt quia in
reali res ſtatim reſtituenda eſt cum fructi-
bus. §.1 *Inſtit. de offic. iud.* Tertia via eſt,
quod loco † executorialium parte citata
48 decernatur mandatum executiuum, aut in
ipſa ſententia ſimul vnico contextu relaxe-
tur abſque alia partis citatione: *Caſ. deciſ.
7.numer.10.& xj.Caſſad.deciſ.6. numer. xj. de
cauſ.poſſeſſ.& prop. Pan.poſt Innoc.in c.ex ratione
numer.14 & ibi Can.de appell.Bart.in l. à diuo
pio §.in venditione numer.2.& ſeqq.& ibi DD.
ff.de re iud.* quando materia non eſt appella-
bilis, ſecus ſi eſt appellabilis, *Gregor. xv. de-
ciſ.545.& ibi annot.l.1.& l.final C. de execut.
rei iud.* quæ magis videtur conformis Con-
cilio Trid. mandanti, vt à cenſuris abſtinea-
tur, quando poteſt fieri executio perſona-
lis aut realis, *c.quamuis §.1 in cauſis ſeſſ.* 25. In
electionibus † iuriſdictionibus, & alijs
49 iuribus incorporalibus, in quibus nihil cor-
porale attingitur, ſtatim lata ſententia
reus poſſeſſionem amittit, & actor poteſt
illam ingredi abſque alia executione, &
eligere, ac iuriſdictionem exercere, *Zab.
poſt Innocent.in cap.cum noſtris quaſt.22.de con-
ceſſ.præb. Anchar.numer.16. Boick. numer.6.7.
& 8.& Can.communiter.* quando autem in-
corporalia corporalibus ſunt connexa, vt
in præbendis, quibus inhæret ius eligendi,
intereſſendi tractibus, & ſimilibus, vel in
ſeruitutibus realibus, quæ adhærent ſolo,
tunc debet ſimiliter interuenire executio,
antequam poſſeſſor condemnatus prohi-
beatur vti ſua poſſeſſione, vt prius, *Anch.
in d.c.cum noſtris ſub numer.16. & Can. com-
muniter Rot.diuerſ.deciſ.70.numer.2.& 8.part.
2. Angel.de Peruſ.in l.qui reſtituere ſub numer. 22
ff.de rei vend.* & loco poſſeſſionis eſt patien-
tia aduerſarij, & cautio quod non impe-
diet victorem vti ſeruitute & iuribus præ-
bendæ, *l. harum l.egi ff.de ſeruit. vend.* Præ-
fata procedunt in iudice † ordinario, ac
delegato à Papa, extra curiam, qui poteſt 50
ſententiam ſuam exequi, infra annum
abſque alia commiſſione, *c. ſignificaſti c.qua-
renti de offic. deleg.* In † curia de ſtylo ve-
teri non ſolent auditores Rotæ ſine ſpecia- 51
li commiſſione ſuas ſententias exequi pro-
pter præſentiam Papæ, *Caſſad. deciſ.13. in fine
de reſcript.& deciſ.?. in fine de dol.& contum.
veſtr.in praxi lib.8.cap.fin.numer.9.10.& ſeqq.
Mandoſ.in for.commiſſ. execut. in gloſſ. cauſarum
auditore Rot.deciſ 39. de appell in antiq.* ſed ſo-
lebant litigatores qui prætendunt rem iu-
dicatam, adire ſignaturam iuſtitiæ, & pe-
tere, vt executio rei iudicatæ iudicibus, qui
merita cauſa nouerunt, delegaretur cum
clauſula ſeruatis quatuor terminis ſolitis,
vel præfixo illorum loco aliquo breui per-
emptorio termino quam vocabant com-
miſſionem executorialem, *Mandoſ. in for.
commiſſ. execut.* aut huius loco commiſſio-
nem mandati executiui. *Mandoſ.in for.com-
miſſ.mand.execut.veſtr.in praxi lib.8. cap. fin.
numer.9.verſ.ſed hodie.* Hodie iuxta reformat.
Fel.record. Pauli V.in Rota ſufficit vnica
commiſſio, quoad cognitionem & deciſio-
nem cauſæ, & iſtius vigore auditor poteſt
ad finalem ſententiæ executionem proce-
dere incluſiue, prout de iure ordinarij fa-
cere poſſunt, *Pius IV.in bulla ſuper refor. off.
Rota in princ.verſ.& idcirco ſub dat. Cal. Ian.*

*1562.confirmata per Paulum V.in reformat.edita*
*de anno 1612.ſub rub.de auditorio Rota Rot. Fa-*
*rin.deciſ.641. ſub numer. 5.* Ordinarius exe-
52 quitur † ſententias ſuorum delegatorum,
quas ipſi non poſſunt executioni deman-
dare : *l.à Diuo Pio in princ.ff de re iud c. ſi quis*
*contra clericum de for.compet.l præcipimus §. hac*
*ſi appellatio C.de appell.* delegatus à principe
53 † exequitur ſententias eorum; qui iure e-
ius cognouerunt : *l fin. & ibi Bart. numer.1.*
*Iaſ.num.5.atteſtans de communi C.de iud.* Præ-
terea actor, pro quo iudicatum fuit, poteſt
intentare actionem iudicati ex ſententia
definitiua contra reum lata, quæ in cauſa
beneficiali poſt decennium tranſit in iudi-
catum, *c.cum dilectus in fine & ibi Pan.num.5.&*
*Can.de elect.gloſſ.fin.in fine in c.1.de conceſſ.præb.*
*gloſſ.in el.fin.in verb.repulſione verſ.præterea natu-*
*ra de appell.Fel.in c.lator num xj.de re iud.* quæ
54 poteſt † intentari vbicunque reus ſortitur
forum ſine litteris iudicis qui ſententiam tu-
lit *l.fin.in fin.C.de præſcript.longi temp. Bart.in l.*
*à Diuo Pio §.ſententiam ſub n.1.& ibi Iaſ.nu.3.*
*de re iudic.* in qua requiritur citatio quoties
mutatur perſona Iudicis *Gabriel.decitat.concl.*
*1.nu.123.plures cumulans Greg.xv. deciſ.546.n.*
*3.& 6.& ibi annot. Ang.de Peruſ.in repet.l.1.C.de*
*iudic.num.31.& ibidem num.26.& ſeq.ponit 9.*
*concluſ.* & in qua neceſſarius eſt libellus, li-
tis conteſtatio, & proceditur ordinarie, ſed
breuiores dantur dilationes, quod cauſa ſit
executiua, *Angel.Peruſ.in repet.l.1 num.6. C. de*
*iud.Bart.in l.intra dies ff.de re iud.Gail. obſ.113.*
*num.9.& 13.& per tot.lib.1.Greg.xv.dec.545.*
*num.2.& ibi annot.* ac producta ſententia per
actorem, reus ad nullam defenſionem ad-
mittetur, niſi ſi qua ei poſt ſententiam ſu-
peruenißet, forma autem ſententiæ erit,
quia iudex præcipiet reo, quod obediat ſen-
tentiæ contra eum latæ. *Bald.in l.2.num.2.C.*
55 *execut. rei iud.* Super liquidatione † fru-
ctuum, & expenſarum non requiritur, pro-
nunciatio in materia executiua, ſed ſuffi-
ciunt probationes, *Iaſ.in l.ſtipulatio §. habet*
*num.6 & ſeqq.ff.de nou.oper.nunc. Galeſ.ad for.*
*oblig.Cam.tit.de liquidatione num.13.Rot.diuerſ.*
*dec.100.ſub num.28.& ſeqq.part.1.* Fructus
percepti probari debent concludenter per
teſtes deponentes de vera & actuali, & non
de veriſimili, aut præſumpta perceptione;
percipiendi probantur per coniecturas,
*Bald.in l.1.num.22.& ſeqq.C.de fruct.& lit.ex-*
*penſ.& ibi DD.Caputaq.deciſ.30.& 31.part.2.*

In condemnatione fructuum veniunt † 56
diſtributiones quotidianæ *Mobed.dec.6. de*
*præb.Put.dec.233.lib.1.*perceptæ, ac etiam illæ,
quæ non fuerunt perceptæ, quando inter-
poſita fuit proteſtatio à procuratore haben-
te ſpeciale mandatum, ac eadem fuerit inſi-
nuata ex aduerſo principali, non eius procu-
ratori *Put.dec.373.lib.1.Rot.diuer.dec.618.par.*
*1.* Quando petitur † intereſſe, quod ſtat in 57
æſtimatione iudicis, *l.1.C.de ſent.quæ pro eo*
*quod intereſt prof* admittitur libellus incertus,
ſed fertur ſententia certa; *gl.in l certi conditio*
*in princ.ff ſi cert.pet.Bart.in l.1.C de eo ſent.quod*
*intereſt prof.* quandoque non poteſt intereſſe
declarari, nec in petitione, nec in ſententia,
& tunc procedit libellus incertus & ſenten-
tia incerta; vt quando aliquis, cui promiſſa
eſt indemnitas, iam incurrit aliquod dam-
num, & maius damnum poterit incurrere
de futuro, vnde cum non poſſit certificari
id, quod dependet ex futuro, iudex pronun-
ciat de indemnitate ſuper futuro, & pro
præterito condemnat, *l.1.C.de ſent.quæ ſine*
*eſt quant.prof* dictaque ſententia habet exe-
cutionem paratam facta liquidatione, quæ
fit hoc modo : actor petet ſententiam exe-
cutioni mandari, in qua talis eſt condemna-
tus ad indemnitatem præſtādam, & ad pro-
bandum quod ſit damnificatus facit arti-
culos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

culos abſque libello, & litis conteſtatione, & proceditur ſummarie iuxta formam *l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. Bart. in l. 2. n. 4. & 5. C. de ſent. quæ ſine art. quant. prof. & ibi DD. communiter*, exequutio enim ſententiæ non liquidæ peti poteſt, vbicunque liquidatio fieri intenditur in exequutione; *d. l. 2. C. de ſent. quæ ſine art. quant. prof. Bart. in l. 1. n. 8. & ibi DD. ff. de eden. Anchar. deciſ. 129. nu. 14. & ſeqq. plures cumulans Greg. xv. deciſ. 220.* exequutio autem facta, nulla præcedente liquidatione, aut de qua ex actis non apparet, ſubſecutaque ſubhaſtatio, ſunt nulla, *l. proinde §. notandum ff. ad l. aquil. & ibi Bart. & DD. Bald. conſ. 164. lib. 4. & conſ. 9. lib. 5. Natt. conſ. 27. n. 4. Rom. conſ. 211. n. 5. Greg. xv. dec. 224. l. ſi cum nulla ff. de re iudicat.* quod ſi reus debitis ſatisfecerit ſimplici iuſſione & non cognitione habita, quamuis non extra ordinem fieri exactionem ſed ciuiliter oportuit, quæ tamen ſolutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, reuocare inciuile eſt, *l. fin. §. fin. in fin. ff. quod metus cauſa Lanfr. dec. 249. cent. 2.*

58 Executoriales decretæ † vel brachium ſæculare obtentum contra prædeceſſorem, poſſunt mandari executioni contra ſucceſſorẽ in beneficio, vel alia re, mediatũ, & immediatum, præmiſſa eius citatione quę ſemper neceſſaria eſt quando non eſt idẽ Iudex vel alia perſona, vel fit executio nõ in re ſuper qua fuit iudicatũ, ſed in alia re, *Bar. in l. à Diuo Pio §. in venditione ſub n. 2. & ibi DD. communiter ff. de re iud. Gabriel. tit. de citat. concl. 1. n. 123. plures cumulans Felin. in c. ex ratione nu. 9. & 10. de appell. & ibi Can. communiter*, abſque nouo iudicio, quando per litem beneficium ſiue res fuerunt effecta litigioſa, iuxta diſtinctionem traditam *in tit. vt lit. pend.* &c. & ſucceſſor cauſam habuerit à prædeceſſore colitigante, *Pan. in c. fin. num. 8. de alien. iud. mut. cauſ. fact. & in c. eccleſia S. Mariæ 1. ſub numer. 10. verſ. & hæc ſententia lata vt lit. pend. niſi id innou. Bart. in l. creditores numer. 23. vbi pulchre diſtinguit C. de pign. & hypoth. Bald. in l. executorem num. 27. C. de execut. rei iud. Mohed. dec. 1. hoc tit.* Onus probandi intruſionem, lite pendente, incumbit ei qui obtinuit executoriales, *Rot. dec. 14. de prob. in nou. Creſc. dec. 16. hoc tit. in princ. c. quamuis hoc tit. l. ſæpe cum ibi not. ff. de re iud. Bell. dec. 708.* Limit. 1. quia tertius qui reperitur in poſſeſſione poſt executoriales decretas, tenetur probare ſe fuiſſe in poſſeſſione ante litem motam, quando is contra quem obtentæ fuerunt executoriales eſt probatus poſſeſſor tempore iudicij, per duos teſtes, aut per alias veras probationes, & non per eius confeſſionem vel indicia, *Achil. deciſ. 21. de prob. Bellam. dec. 709. Fel. in c. cum ſuper ſub num. 18. verſ. & ſubdit. deciſ. ſeqq. hoc tit.* Limita 2. quando probatur tempore ſententiarum illum, contra quem latæ ſunt, fuiſſe intruſum, nam neceſſario ſequitur iſtũ tertium nunc poſſeſſorem poſt illum ſe intruſiſſe: *Creſc. dec. 16. hoc tit. qui illud non omnino firmat Bald. in l. ſi duo Patroni n. 8. & antiq. lect. ff. de iureiur. & c. l. exceptio ff. de except. rei iud.* iſteque intruſus lite pendente non appellat ſuſpenſiue, nec alias poteſt impedire executionem, *Rot. diuerſ. dec. 100. num. 23. & 25. part. 1. Iaſ. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus num. 10. & ibi Caſtr. n. 8. & DD. communiter ff. de re iud. Bald. in l. executorem n. 26. & 27. C. de execut. rei iud. Rot. dec. 14. de prob. in nou. Bald. in l. ob maritorum C. ne vxor pro marito.* Quod ſi res non ſit litigioſa, ſiquidem debitor eam alienauit, ſeu dolo deſijt poſſidere poſt litem motam in fraudem executionis ſententiæ, recta via poteſt fieri executio contra illum poſſeſſorem fraudis participem, *l. qui autem §. hoc edictum ff. quæ in fraud. cred. fact. ſunt vt reſtit.* ac facta probatione fraudis in hoc iudicio executionis, fit executio in illam rem

non

non facta aliter reſciſſione contractus: *Paul.*
*de Caſtro in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus nu. 8. &*
*ibi Iaſ. n. 10. plures cumulans ff. de re iud. Bald. in*
*l. ob maritorum n. 8. C. ne vxor pro marito, &c.* Si
vero alienauit ante litem motam, in frau-
dem creditorum, diminuendo bona, agen-
dum eſt ordinarie per actionem Paulianam
ad reſciſſionem contractus, §. *item ſi quis in*
*fraudem Inſtit. de action. Paul. de Caſtro in d. §.*
*ſi ſuper rebus n. 8. & ibi Iaſ. n. 10.* Fallit fauore
vltimæ voluntatis, vbi etiam contra empto-
rem fit miſſio, & executio non reſciſſo con-
tractu, *l. ſi legatorum ff. vt in poſſeſſ. legat. l. cer-*
59 *ta forma C. eod. &c.* Præterea executoriales †
decretæ, & intimatæ per prædeceſſorem,
ſuffragantur ſurrogato, ad cauſam & proſe-
cutionem executorialium tam immediato,
quam mediato, vt ad eius inſtantiam decer-
ni poſſit declaratoria cenſurarum, contra
reum poſſeſſorem, *Mohed. dec. 2. hoc tit. & dec.*
*7. vt lit. pend. contra Staphyl. deſignat. lit. iuſt. §.*
*ad prædicta facit verſ. nam ſi quis ſubrogetur l. com-*
*perimus C. de prox. ſacror. ſcrinior. lib. 12. l. minor*
*§. fin. ff. de procur. l. ſi iudex ff. de iud. l. 1. §. ij*
*quibus in fine ff. de leg. 3. & ibi Bart. & DD.* Ter-
60 tius quilibet † habens cauſam aliunde,
quam ab ipſo condemnato, comparens pro
ſuo intereſſe docto de eo ſummarie, *Fel. in*
*cap. veniens 2. n. 13. de teſt. & atteſt.* & inconti-
nenti, *d. c. veniens & ibi gloſſ. in verb. incontinenti,*
ſiue actum ſit petitorio, ſiue poſſeſſorio, *Fel.*
*in d. cap. veniens 2. n. xj.* ſi executio fiat in be-
neficio, *Pan. in d. cap. veniens 2. n. 7.* ſeu alia re-
petita à condemnato, quæ à nemine erat
poſſeſſa, impedit executionem, *Innoc. in d. c.*
*veniens el 2. & ibi Can. Fel. in c. cum ſuper de re iud.*
*Bart. in d. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 3. & ibi*
*Iaſ. n. 16. & DD. ff. eod. Cæſ. dec. 3. nu. 4. de verb.*
*ſignif. Cou. pract. quæſt. c. 16.* etiam poſt tres
ſententias conformes, quia Clem. 1. hoc tit.
procedit inter ipſos litigantes, *Zab. in d. clem.*
*1. n. 5. Iaſ. in d. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus nu. 16.*
*Fel. in d. c. veniens 2. nu. 13. Rot. diuerſ. dec. 320. par.*
1. Et poteſt iſte tertius producere teſtes ſu-
per eiſdem articulis, etiam publicatis atte-
ſtationibus, *Fel. in d. c. veniens 2. num. 18. Bart. in*
*l. ſi proluſorio §. 1. n. 3. ff. de appell. Put. dec. 71. lib.*
3. tum quod ſibi ignoranti non præiudicant
acta, aut publicatio, tum etiam quia ſua in-
tereſt, ne poſſeſſio ab alio occupetur, cum
facilius poſſit conſequi ſuam poſſeſſionem
vacantem, quam quando eſt capta, *arg. l. fin.*
*C. de edict. D. Adr. toll. &c.* Quando tertius ſci-
uit cauſam pendere, & non ſe oppoſuit, nec
appellauit, fit ſibi præiudicium in executio-
ne ſententiæ, quoad poſſeſſionem, ſaltem
præſtita cautione indemnitatis per actorem,
qui obtinuit ſententiam; *Franc. Marc. q. 272.*
*n. 2. part. 1. gl. in c. cum ſuper in verb. non noceat &*
*ibi Innoc. & Can. de re iud. l. pen. ff. de petit. hered.*
*l. is à quo ff. de rei vend.* Si à condemnato erat
poſſeſſa tunc tertius non impedit executio-
nem, ſed cauebitur de indemnitate poſſeſ-
ſori: *d. l. is à quo ff. de rei vend.* quia quando
poſſeſſio eſt plena non agitur de præiudicio
tertij cum ita poſſit ab alio auocare, ſicut à
poſſidente niſi forte ratione durioris aduer-
ſarij, *Pan. in c. veniens el 2. n. 6. in fine Cæſar. d. dec.*
*3. n. 4. de verb. ſignif. Couarr. d. c. 16 pract. q. nu. 3.*
Si vero fit miſſio in alia re, quam petita, tunc
quilibet tertius impedit executionem, quia
de iure illius rei nunquam fuit cognitum, *d.*
*l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus & ibi Bart. nu. 3. &*
*DD. communiter ff. de re iud.* ideoq; contra eum
non habet locum via executiua, *Alex. in d. §. ſi*
*ſuper rebus n. 25. & 28. l. 1. & 2. quib. res iud. non*
*nocet l. 1. C. res inter alios actas &c. Mynſ. obſ. 75.*
*cent. 3.* & ſi proteſtatus fuerit, ne fieret exe-
cutio in bonis per ipſum poſſeſſis, executio
poſt proteſtationem facta redditur ipſo iu-
re nulla, *Angel. Peruſ. in l. à Diuo Pio § ſi ſuper*
*rebus n. 1. Caſtr. n. 2. ff. de re iud. Alex. ſub num. 9.*
*Iaſ. n.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Iaſ.n.9.Bald in l.ob maiorum n.4.& 5.C.ne vx.r pro marito &c. Greg.xv.deciſ.22.* Contra exe-
61 cutionem † opponi poteſt, 1 quælibet exce-
ptio, etiam poſt quadrimeſtre tempus,
quod datur condemnatis ad ſoluendum,
*gloſſ.in l.ab executione in verb.excedat & ibi DD. C.quor.appell.non recip.Iaſ.in l.1.n.20. C.de iur. & fact.ignor.* Per quam dicitur iudicium fuiſ-
ſe nullum, ratione iudicis, partis, rei, vel pro-
ceſſus inordinati, *Iaſ.n.xi.& ſeq.poſt gl.fin.in l.1.C.de iur. & fact.ignor.gloſſ.in l.tamen ſi ff.ad Macedon.& vtrobique Can.poſt gl. fin.in clem. 1 de ſeq.poſſeſſ.& fruct.c.in noſtra de procur.* vel
ſi iudicatum ſit ex falſis inſtrumentis, *c.cum I.& A.hoc tit. tot.tit.C.ſi ex falſ.inſtrum. vel teſtib.&c.* ex falſis teſtibus, *l.Diuus ff.de re iud. c.lis & cauſa & ibi gloſſ.in verb. ſe aſtringit de prob.* ex falſis allegationibus contra abſen-
tem, *l.ſi pretor §.Marcellus ff.de iud.* vel ſenten-
tia dicatur venalis, *l.venales C.quando prouoc. non eſt neceſſe,* aut ſi excipiatur de hoc, quod
fuit compulſus eo tempore quo compelli
non debuit, *l.1.ff.de ferijs,* vel ſententia ſit la-
ta contra eum, qui venire non debebat, *l.ſi pretor §.fin.ff.de iud.* aut conſtet de iniuſtitia
ex eiſdem actis, *cap.1.de re iud.& ibi Innoc.& Can.Franc.in c.dilecti qu.12.& 54.de appell.Rot. diuerſ.dec.85.& 165.part.1.* Secundo exceptio-
nes quæ opponuntur ad moderandum, &
limitandum executionem ſententiæ, & non
impugnant ſententiam: *Iaſ.in d.l.1,nu.15.& ſeqq.& ibi DD.C.de iur.& fact.ignor.plura proponens exempla,* videlicet ne exigatur ab ali-
quo niſi in quantum facere poteſt, *l.Neſennius ff.de re iud.l.ſi fideiuſſores §.idem reſpondi ff. de fideiuſſ.l.ex diuerſo ff.ſolut.mat.* retentionis,
*Bald.in l.peremptorias C.ſentent. reſcindi non poſſe Rot.diuerſ.deciſ.281.numer.12.part.2.* confe-
cti inuentarij, ab hærede, *d.l.Neſennius §.fin. & ibi Bart.* compenſationis, *l.2.in fine C.de compenſ.Fel.in c.ſuborta n.2.de re iud.Afflict.dec. Summa in Decretales.*

*121.Greg.xv.dec.342.& ibi annot.* Tertio om-
nis exceptio peremptoria inducta princi-
paliter odio creditoris agentis poteſt quan-
docunque opponi, etiam poſt ſententiam,
quia ei non poteſt renunciari expreſſe, aut
tacite, *Iaſ.poſt Bart.in d.l.1.num.22.C.de iur.& fact.ignor.* Quarto exceptiones quæ oppo-
nuntur contra primam actionem, ſi illæ ori-
antur poſt ſententiam, *l.poſt rem ff de tranſact. l.4.§.ſi ex conuentione ff de re iud.* vel in ipſa ſen-
tentia oriantur, vel renouentur, *l.tamen ſi ff. ad SC.Macedon.Bart.in l.Paulus reſpondit 2.nu. 2 & 3.ff.de re iud.* vt exceptio pretij non ſo-
luti, *Gail.obſ.17.lib.2.n.8.& ſeqq.plures cumulans,* Limita prætacta omnia vt ſi iudex ſta-
tuiſſet reo terminum ad opponendum om-
nes exceptiones peremptorias, dilatorias,
& anomalas, tunc poſt ſententiam iſtæ ex-
ceptiones opponi non poſſent, *Bald.in l.ab executione ſub n.15.C.ſententiam reſcindi non poſſe Iaſ.in l.1.n.19.C.de iur.& fact.ignor.* Secun-
do quando iſtæ exceptiones fuiſſent ante
ſentẽtiam oppooſitæ & per iudicem repro-
batæ, *gl.fin.in d.l.Neſennius §.fin.ff de re iud.& ibi Bart.& DD.* Tertio quãdo eſſet datus ter-
minus poſt ſententiam ad opponendum, &
quidquid, &c. vt executio fieri non deberet
allegandum, maxime in vim commiſſionis,
*Achil.deciſ.4.de except.Bald.in d.l.ab executione ſub nu.15.C.quor.appell.non recip.c.paſtoralis & ibi gl.in verb.nullatenus & Can.notant de except. Iaſ.in l.1.ſub n.19.C.de iur.& fact.ignor.* Cæte-
ræ exceptiones quæ habent originem ante
ſententiam non poſſunt opponi poſt ſenten-
tiam, *l.peremptorias C.ſententiam reſcindi non poſſe,* Fallit in minore petita reſtitutione in
integrum, *l.minor 25.annis omiſſam ff.de minor. &c.* Secundo in milite, qui eſt ipſo iure reſti-
tutus, *l.1.C.de iur.& fact.ignor.* Tertio quan-
do ſententia ſubiacet vitio nullitatis, vt de
concordia, & tranſactione facta lite pen-

dente opponi poteſt poſt ſententiam, quia per huiuſmodi tranſactionem actio & inſtantia fuerunt extincta, *Mobed.dec.3.de tranſact.c.1.de tranſact. c.1.de lit conteſt.in 6. l. fratris tui & ibi DD.C.de tranſact.* Quarto in alijs qui reſtituuntur ex clauſula generali, *l fin ff. de in integr.reſtit, Bart.& DD. in l.1.C.de iur. & fact.ignor.* Quinto in caſibus, in quibus poſt ſententiam, inſtrumenta, aut teſtes perduci poſſunt notatis, *per Mynſing obſ. 60 .cent.4.*

62 A pronunciatione ſiue mandato † de exequendo rem iudicatam dato inter eaſdem perſonas, inter quas lata fuit ſententia, aut ab ipſa executione, non datur appellatio, *d. l.ab executione C.quorum appell. non recip. l.executorem C.de execut.re iud.l.ab executore ff.de appell.c.nouit.eod.Fel.in c.quoad conſultationem, nu. 13.& 14 hoc tit.Caputaq.dec.40.part.1.* neque etiam à declaratione qualitatis pertinentiarum, non augentium, vel minuentium condemnationem, ſed tantum inducentium interpretationem declaratiuam ſententiæ; quia non eſt noua ſententia interlocutoria, ſed quædam declaratio, quæ fingitur vna cum ſententia declarata eodem tempore emanaſſe, *Bald.in l.terminato n.6.C.de fruct.& lit expenſ.Bart. in d.l.ab executore n.7.ff.de appel. Rom.conſ.45.Rot.diuerſ.dec.100.n.14. & ſeqq. part.1.* niſi excedatur modus, & in ipſi appellatione facta in ſcriptis exprimatur exceſſus, *Clem.appellanti de appel.Mynſ.obſ.32.cent.3.* excedit autem executor modum non ſeruando iuris ordinem, *gloſſ in d.l.ab executione in verb.excedunt C.quor.appell.non recip.* inique interpretando ſententiam, *Bart.in l.ab executione num.15.ff.de appell.* & quot modis dicitur plus vel minus, *Bartol.in d.l.ab executione n.3.C.quorum appell.non recip.*

## De appellationibus, recuſationibus & relationibus

## Titulus XXVIII.

### *SVMMARIA.*

1 *Sententia impugnatur quinque modis.*
*Per appellationem.*
2 *Per ſupplicationem quando lata eſt à principe vel ab alio à quo appellare non licet.*
3 *Per querelam in caſibus in quibus ſententia non tranſit in iudicatum.*
4 *Per reſtitutionem in integrum.*
5 *Per viam nullitatis.*
6 *Appellatio alia eſt extraiudicialis, alia iudicialis, Extraiudicialis appellatio eſt ab illato ſeu futuro grauamine ſiue ab electionibus, & alijs extraiudicialibus actibus ad ſuperiorem qui poteſt adiri per querelam prouocatio.*
7 *Regulariter non eſt licita appellatio ab actibus extraiudicialibus.*
8 *Non habet regulariter vim citationis interpoſita à futuro grauamine.*
9 *In ea non requiritur expreßio cauſæ vel perſonæ.*
10 *Sufficit quod fiat ex veriſimili cauſa & poſtea ſubſequatur grauamen.*
11 *Non operatur retractationem attentatorum niſi ſpecialis cauſa grauaminis fuerit expreſſa & probata.*
12 *Habet vim citationis quando fit à grauamine illato extra iudicium in beneficialibus & alijs actibus in quibus appellatio à iure permittitur.*
13 *Interponenda eſt infra decem dies in ſcriptis cauſa expreſſa, petitis apoſtolis in præſentia iudicis vel prælati grauamen inferentis, vel eius procuratoris in cauſa ſpecialiter conſtituti, vel eorum alteri legitime intimari.*
14 *Quod ſi appellatus abſit & procurator ſpecialis non reperiatur, quomodo fieri debeat intimatio.*

15 Quan-

15 Quando interponitur per procuratorem requiritur ſimilis procuratorij intimatio.

16 Appellans debet eam finire & proſequi intra annum.

17 Multos operatur effectus deuoluit cauſam.

18 Limita quando interponitur contra pacificum poſſeſſorem aut eum qui habuit gratiam ſiue collationem & ab ea ſuiſque proceſſibus appellatur.

19 Poteſtatem eius à quo appellatur ſuſpendit ſed non ſuſpendit factum de præterito, nec etiam id quod eſt omnino conſecutiuum ad ius explicitum de præterito.

20 Reuocationem attentatorum operatur quæ fiunt poſt & contra appellationem probata veritate cauſæ in fauorem appellati, contra appellantem vero indiſtincte reuocantur.

31 Non inducit litis pendentiam.

22 Proſequenti appellationem extraiudicialem non obſtat exceptio excommunicationis.

Impedit quod alius iudex non cognoſcat de illo ſuper quo fuit appellatum.

23 Iudicialis appellatio eſt à minore iudice ad maiorem prouocatio.

24 Suſpendit omnia quæ ipſam appellationem tangunt.

25 Reſcindit ſententiam & reducit ad ſtatum in quo erat poſt litis conteſtationem.

26 Eximit appellantem à iuriſdictione iudicis à quo in illa cauſa.

27 Tollit præſumptionem iuſtitiæ quæ eſt pro ſententia.

28 Deuoluit cognitionem & executionem ad iudicem ad quem.

29 In ſententiis cenſurarum operatur effectum deuolutiuum non ſuſpenſiuum.

30 A quibus appellare non licet.

31 Appellari debet infra decem dies à die ſententiæ.

32 Ab Interlocutoria iure ciuili non appellatur, ſed à definitiua cuiuſcunque iudicis.

33 à Delatione iuramenti litis deciſorij ab eo contra quem iuratum eſt.

34 Iure Canonico à definitiua interlocutoria & omni grauamine permiſſa eſt appellatio niſi reperiatur prohibita.

35 Qua regula limitatur octo modis.

36 Appellatio ſemper eſt admittenda quando complicantur duæ cauſæ, quarum vna admittit appellationem, altera non.

37 Appellatio eſt de appendicis illius inſtantiæ cuius eſt ſententia à qua interponitur.

38 Appellare qui poſſint.

39 Appellatio eſt communis vtrique parti, etiamſi vna pars tantum appellauerit.

40 Limitatur dicta regula tribus modis.

41 Appellans an poſſit renunciare appellationi interpoſitæ à definitiua vel ab interlocutoria ſententia inuito appellato.

42 Appellandum eſt vtroque iure ad ſuperiorem iudicem gradatim.

43 Ad ſummum Pontificem valet appellatio omiſſis mediis.

44 Ad quatuor patriarchas principales in omnibus prouinciis eorundem iurisdictioni ſubiectis omiſſis mediis prouocatur.

45 Ad legatum à latere in prouincia ſibi decreta.

46 A Delegato appellantur ad delegantem.

47 A Subdelegato à delegato principis, ad quem ſit appellandum.

48 Appellatio interponi debet coram iudicibus vel maiore parte ipſorum ſi plures ſint ſeparatim vel coram iudice qui ſententiam tulit.

49 A Definitiua incontinenti ſufficit viua voce appellare, alias in ſcriptis appellandum eſt.

50 Ab Interlocutoriis habentibus vim definitiuæ poteſt etiam incontinenti appellari.

51 A mere interlocutoriis vel grauamine extra iudicium à iudice illato vel comminato, cum qua ſolemnitate ſit appellandum.

52 Iudicis à quo appellatur officium.

53 Apoſtoli ſunt pars & de ſubſtantia appellationis.

54 Appellans continuans iudicium coram iudice,

*à quo videtur appellatione interpoſita renunciare.*

55 *Annus datur ad inchoandam ac exercendam appellationem, ſed iudex à quo quando admiſit appellationem, immo ipſe appellans poteſt ſibi præfigere terminum infra quem ſe præſente coram iudice ad quem & appellationem proſequatur.*

56 *Appellanti à definitiua iuxta ſtylum Curiæ Romanæ dantur apoſtoli reuerentiales cum termino decem dierum in forma.*

57 *Ex fatalium curſu ſiue à iure ſiue ab homine præfixo quænam deducantur.*

58 *Iudex à quo non poteſt ſtatuere appellanti terminum breuiorem ad finiendam appellationem.*

59 *Appellanti an currant fatalia quando formauit libellum ineptum vel conſtituit procuratorem non idoneum.*

60 *Iudicis ad quem appellatum fuit officium & in appellatione iudiciali diſtinguuntur quatuor caſus circa decernendam inhibitionem & cognitionem principalis negocij.*

6. *In appellatione extraiudiciali quid iuris ſit.*

62 *Secundo ad officium iudicis ad quem pertinet reuocatio attentatorum.*

63 *Appellationis cauſæ imponitur exordium vna tantum parte præſente, dummodo interueniat citatio alterius.*

64 *Appellans, ſeu alias ob lapſum biennij ad alium iudicem recurrens, tenetur ſuis expenſis acta transferre & reproducere parte citata.*

65 *Appellans appellationem iudicialem & extraiudicialem vſque ad finem peragere debet infra annale tempus & ex cauſa impedimenti in primo fatali infra biennium.*

66 *Appellatus ante vltimum menſem biennij proſequi poteſt, ſed non petere definiri.*

67 *Neutro comparente poſt ſecundum fatale permanet ſententia rata & appellans cadit de appellatoria iuuamine.*

68 *Sententia ſuper deſertione, an ſit definitiua vel interlocutoria.*

69 *Appellationis fatalia an poſſint prorogari.*

70 *Appellationis iudex debet pronunciare primam ſententiam iuſtam vel iniuſtam.*

71 *Appellationis iudex, ſiue ordinarius ſit, delegatus principis, aut vnus ex Rotæ auditoribus, an & quando ſuam ſententiam exequatur.*

72 *De Nullitate cognoſcitur excipiendo & agendo, aut incidẽter aut principaliter & de per ſe.*

73 *In cauſa nullitatis quis ſit iudex competens.*
*An debeat præmittere cognitionem ſuper nullitate antequam poſſit cognoſcere de negotio principali.*

74 *Nullitas quandoque principaliter proponitur cum ipſa appellatione vtpote appellans dixit ſententiam nullam & ſi eſt aliqua appellauit, & deſerta appellatione non cenſetur deſerta nullitas.*

75 *Limita tribus modis.*

76 *Appellatione deſerta licet cauſa nullitatũ remaneat primi iudicis officium non impeditur in executione ſententiæ niſi ex parte illius qui proponit nullitatem nihil ſit probandum.*

77 *Nullitates quæ attenduntur in Romana Curia.*

78 *De Nullitate trium conformium aut alicuius ex eis nullatenus agi poteſt donec huiuſmodi ſententiæ plenariæ executioni fuerint demandatæ.*

79 *Recuſari qui iudices poſſint.*

80 *Recuſationum cauſæ.*

81 *Recuſatio proponi debet in principio.*

82 *Recuſari poteſt Ordinarius etiã ſi cauſam delegauerit in totum antequam fuerit recuſatus.*

83 *Quid iuris ſit in iudice dato à ſede apoſtolica.*

84 *Recuſans Ordinarium aut delegatum à Papa cauſas coram iudice debet allegare & cum aduerſario arbitros eligere, & quomodo ſit procedendum.*

85 *Quid iuris ſi plures ſint delegati à ſede apoſtolica.*

86 Aut

86 *Aut recuſetur ſubdelegatus à delegato Papa.*
87 *Delegatus ab Epiſcopo vel officiali epiſcopi. Vicarius Epiſcopi.*
88 *Locus iudicij & notarius poſſunt ſuſpecti recuſari abſque expreſſione cauſa.*
89 *Recuſatio an & quando pariat nullitatem actorum.*
90 *Delatio eſt quando iudex de iure dubitans refert cauſam ad principem ad Præſidem de iure conſulens.*
91 *Fieri debet poſtquam eſt concluſum in cauſa.*
92 *In Relatione facienda quænam requirantur.*
93 *A Relatione ſiue litteris quæ mittuntur principi poteſt appellari.*
94 *Relatione facta à ſententia lata ſecundum conſilium principis poteſt appellari.*

APPELLATIO effectus ſententiæ & iuriſ-
dictionem iudicis in illa cauſa ſuſpen-
dit, cognitionemque cauſæ deuoluit. Simi-
liter recuſatio & relatio iuriſdictionem iu-
dicis ſuſpendunt, eamque deferunt ad ſu-
periorem, ideo poſt titulum de ſent. & re
iud. ſubijcitur hic titulus, ad euitandam ru-
1 bricarum multiplicitatem. Impugnatur †
ſententia quinque modis, Primo per appel-
lationem & tertio appellare non licet, *Tit.
C. ne liceat in vna eademque cauſa 3. prouocare
Franc. in c. directe n. 3 & ſeqq. hoc tit.* Eſt de or-
dinatorijs iudicij, & propterea in ea ſeruan-
dum eſt forum in quo litigatur, *Mar. in cap.
quod clericis n. 4. de for. compet. Dec. in c. eccleſia S.
Maria n. 42. de conſtit. Iaſ in l. cunctos populos n.
56. & ſeqq. C. de ſum. Trinit. & fid. cath. Achil.
2 dec. 12. de appel.* Secundo † per ſupplicationem
videlicet, quando lata eſt à principe vel ab
alio à quo non licet appellare, *l. à proconſuli-
bus § à præfectis C. de appellat. l. 1. ff à quib. appell.
non licet*, & 2 ſupplicare non licet: *l. ſi quis &
auth. ibi poſita C. de precib. imper. offer. & c.* por-
recta principi deuoluit: *Auth. quæ ſupplicatio
C. de precib. imper. offer. & c. Io. And. in c. ex litteris
n. 9. 14. & 15. de in integ. reſtit. Achil. deciſ. 5. hoc
tit.* tollitur poteſtas ſupplicandi, non decen-
dio, ſed biennio: *l. 1. C. de ſent. præf. præt.* de
lapſu decem dierum diſtinguitur, quoad
exactionem cautionis; quia ſi infra decem
dies ſupplicatum eſt, non mandatur ſenten-
tia executioni, niſi victrix pars dignam fide-
iuſſionem præbuerit tantum reſtitui cum
legitimis augmentis, quantum fuerit in con-
demnatione, ſi legitima retractatione ſen-
tentia reſoluatur; ſi vero poſt decem dies
ſupplicetur, ſine fideiuſſione mandatur ſen-
tentia executioni, eiuſdem retractationis
iure reſeruato, *d. auth quæ ſupplicatio auth.
vt ſponſalitia largitas §. aliud quoque coll. 9. l. v-
nica C. de ſent. proſ præt. Ioan. Andr. in d. c. ex litte-
ris nu. 15.* Tertio per † querelam in caſibus 3
in quibus ſententia non tranſit in iudicatũ,
præmiſſa ſummaria, per iudicem, qui aditur
cauſæ cognitione de iniuſtitia & errore
commiſſo in ſententia, *Pan in c. conſanguinei
num. 7. in fin. de re iud.* vt ſententia excommu-
nicationis, & cuiuslibet cenſuræ eccleſiaſti-
cæ quoad effectum irretractabilem, poteſt
enim retractari etiam poſt mille annos, *c. fin.
de pœn. c. ad reprimendam & ibi glo. in verb. ſuſpen-
datur & Pan. n. 6. & Can. de offic. ord. Fel. in d. c.
conſanguinei n. 2. vbi ponit. 4 fall.* Ac lata in qua-
cunque materia, in qua tranſitus in rem iu-
dicatam induceret peccatum, *c. lator c. con-
ſanguinei de re iud. glo. fi. in cap. inter monaſterium
poſt princ. & Fel. in c. lator. nu. 15. eod.* ſeu prætex-
tu iuramenti neceſſarij, *l. admonendi ff. de iure-
iur.* aut lata ſit ſuper ætate ex aſpectu, *l. mi-
nor 25. annis adito ff. de minor. & c.* ſiue in cauſæ
matrimoniali, *c. non debet in fine de conſang. &
affin. Prapoſ. in c. lator. nu. 3. qui fil. ſint legit. vbi
diſtinguit inter cauſam mat. & legitimit. & Can.*
aut beneficiali, *cap. conſtitutus de appel. & ibi
Franc.* ſiue alijs caſibus cumulatis per Rom.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in repet.l admonendi n.34.& pluribus ſeqq.ff. de*
*iureiur.& per Marant.in Speculo aureo part.6.in*
*verb.& demum fertur ſententia.nu.* 128.*& ſeqq.*
vel lata ſit ſuper illicito, & prohibito à iu-
re, non remiſſibili de conſenſu partium: *l ſi*
*ſponſus §.ſi vxor ff.de donat. inter vir. & vxor.*
vt ſi vxor vel maritus donationis cauſa ex-
ceptione ſummoueri voluerit, aut quis con-
feſſus fuerit debitum vſurarium eſſe verum
debitum, *Bartol.& Bald.in d.§.ſi vxor. Fel.in c.*
*lator in fine hoc tit.* Quoad alios effectus
ſententia in ſupradictis caſibus tranſit in
rem iudicatam, quemadmodum & aliæ ſen-
tentiæ: debet enim appellari infra decem
dies, alias poſt decendium præſumitur pro
iuſtitia ſententiæ, & transfertur onus pro-
bandi in querelantem, *Pan.in d.c.conſanguinei*
*n.*10. & non auditur (verbi gratia) excom-
municatus appellando, *gl.in d.c.ad reprimen-*
*dam in verb.ſuſpendatur & ibi Can.de offic.ordin.*
audietur ergo poſt decendium per viam
querelæ, ſed non apud eum iudicem, qui
non poteſt adiri, niſi per appellationem, i-
deo ſi epiſcopus tulit ſententiam in ſubditũ
ad petitionem alterius ſubditi, non poteſt
excommunicatus poſt decendium querela-
re apud archiepiſcopum, quia archiepiſco-
pus non eſt iudex ſubditorum epiſcopi re-
gulariter, niſi per appellationem, *c.paſtoralis*
*de off.ord.c.venerabilibus in princ.de ſent. excom-*
*munic.in 6.dictum eſt ſupra t.de off ordin.* Quod
limita niſi ex nouo grauamine, quia excom-
municatus petit abſolutionem poſt decen-
dium, & epiſcopus iniuſte abſolutionem
denegat, tunc enim poterit ex nouo graua-
mine appellari ad archiepiſcopum, *d.c.ad re-*
*primendam de off.ord. Pan.in d.c.conſanguinei ſub*
*n.9 verſ.quod limita,* Item non audietur poſt
decendium ſuper eo propter quod fuit ex-
communicatus, vnde excommunicatus pro
contumacia non audietur, volens ſe defen-
dere ſuper contumacia, ſeu ſuper expenſis,
quæ debentur ratione contumaciæ, videtur
enim acquieuiſſe ſententiæ non appellando,
*Ioan.And.in d.c.venerabilibus in gloſſ.ſuper verb.*
*querimoniam Pan.in d.c.conſanguinei numer.* 9.
Quarto per † inſtitutionem in integrum, 4
*ſuo loco dictum eſt*, de qua idem iudex cogno-
ſcit, *l.perfecti ff.de minor.& c.* Sed in prioribus
caſibus, idem iudex non cognoſcit, *l.eos 1.C.*
*hoc tit*, quia in illis arguitur ſententia iniuſti-
tiæ, aut iudex erroris & imperitiæ: in inte-
grum vero reſtitutio erroris proprij veniæ
petitionem, vel aduerſarij circumuentionis
allegationem continet, *d.l.præfecti ff.de minor.*
*&c.* In ea ſeruandus eſt ordo iuris, dandus
libellus, & lis conteſtanda, ſi vtraque pars
ſit præſens, & Iudex altera parte abſente, de
reſtitutionis cauſa aduerſus ſententiam non
cognoſcit, quia cauſa eſt plenaria ex qua in-
fertur graue præiudicium parti victrici, &
requiruntur plenæ probationes, *Pan.in c.*
*tum ex litteris n.15.& 16.de in integ reſtitut & i-*
*bi Can.Myrſ.obſ.49.cent.*1. Quinto per viam
† nullitatis de de qua idem etiam iudex cog- 5
noſcit, *l.ſi præſes C.quom.& quand.iud.& c.35.*
*q.9.in ſumma & ibi gl.mag.verſ.notandum Bart.*
*in l eos 1.C hoc tit.n.2 & 3.Capic.deciſ.1.n.24 &*
*ſeq.* Appellatio alia † eſt extraiudicialis, alia 6
iudicialis, inter quas tredecim ſunt differen-
tiæ, *Pan.in c.bonæ mem.num.7.& ſeq.hoc tit.*
*Præpoſ.n.54.& 55.Anchar.in c.concertationi poſt*
*n.1.eodem in 6.& vtrobique DD* Extraiudicia-
lis eſt ab illato ſeu futuro grauamine, ſeu
ab electionibus poſtulationibus prouiſio-
nibus, & aliis quibuslibet extraiudicialibus
actibus, ſiue fiant à iudice, ſiue à priuato,
*gloſſ.1.in d.cap. concertationi hoc tit.in 6.* ad
ſuperiorem qui poteſt adiri per viam que-
relæ, *Pan.in c.dilecti filij el.2.n.6.de appel.& i-*
*bi Can.Mynſing.obſ.43.circa med.cent.4. Bart.in*
*l.fin.ſub nu.7.verſ.tertio caſu ff. de appel. recip.*
Pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prouocatio, cap.cum ſit Romana §.ſi vero & i-
bi gl.in verb.nec ſolent & d. c. concertationi hoc
tit.in 6.admittitur generalis & incerta,tam
reſpectu perſonarum contra quas appella-
tur, quam grauaminis,d.c.60.me:& ibi Pan.
nu.9.verſ.ſexta differentia Rot.deciſ.32.hoc tit.in
antiq. licet à futuro grauamine iudiciali non
poſſit quis appellare niſi exprimat graua-
men de præſenti, Pan.in c.1,nu.3.46. de di-
lat. large dicitur appellatio, nam potius eſt
quædam prouocatio ad cauſam,d.cap.cum ſit
Romana §.ſi vero & d.c.bona & vtrobique Can.
h.t.ideo Camera Imperialis non recipit ap-
pellationes extraiudiciales contra eos ad-
uerſus quos non habet iuriſdictionē imme-
diatam quia ſicut nō poſſunt citari, ita quo-
que per appellationem extraiudicialem pro
uocati non tenentur venire. Mynſing.obſ.43.
verſ.quid autem cent.4.Gail.obſ.120. lib.1. vbi
diſtinguit, Præpoſitus in c.bonæ memoriæ e-
numerat duodecim requiſita in hac appel-
latione,à n.20.vſque ad n.32.pro clariori in-
telligentia diſtinctio eſt adhibenda,ab acti-
7 bus extraiudicialibus † qui pertinent ad ſin-
gulos & qui litem non finiunt cæptis & per-
fectis ſeu cæptis tantum niſi timeantur per-
fici non eſt licita appellatio ſed prodita ſunt
alia remedia vt quod indebite factum eſt
tollatur, c.concertationi hoc tit.in 6. & ibi Can.
Bart.in l.fin.num.7.ff.de appel.recip.Innoc.in c 1.
ſub nu.3.verſ.tamen vt quidam dicunt de his quæ
fiunt à maiori par. c.ſpeciale eſt in nunciatio-
ne noui operis quod facta nunciatione extra
iudicium ſi quid attentetur contra deſtrua-
tur ſolum ex hoc quia attentatum eſt con-
tra nunciationem abſque alia appellatione
ſeu prouocatione, c.1.§.1.& 2.ff.de nou. oper.
nunc & ibi DD.Bar.in l.fin.ſub nu.4.verſ. hoc
præmiſſo & ſub nu.7.verſ.ſecundo caſu ff. de ap-
pel.recip. In appellatione à futuro commina-
to grauamine extra iudicium à parte ad ſu-
periorem cuius officium poteſt implorari
interpoſita quæ regulariter † non habet vim 8
citationis & non inducit neceſſitatem com-
parendi, ſeu proſequendi abſque noua ci-
tatione, c.cum ſit & ibi gl.in verb.nec ſolent. &
Can.hoc tit.Innoc.in c.dilecti poſt nu.2. de maior.
& obed.Franc.in c.bonæ ſub nu.1.verſ.ſed concludo
hoc tit.pulchre Bart.in l.fin.ſub num.7.verſ.tertio
caſu ff.de appel.recip. non requiritur † expreſ- 9
ſio cauſæ aut perſonæ valetque appellatio
generaliter interpoſita nequis eum ſuper
poſſeſſione præſumeret moleſtare appello
ad ſuperiorem vt faciat mihi iuſtitiam. ac
ſufficit quod huiuſmodi appellatio fiat ex
probabili † & veriſimili cauſa, & quod po- 10
ſtea ſubſequatur grauamen quo ſubſequuto
præſumitur appellantem habuiſſe iuſtam
cauſam appellandi, c.bonæ hoc tit.& ibi Præpoſ.
num.5.& 6.& ſub n.10.Franc.nu.4.& ſub num.
27.& Can.Rot.deciſ.32 hoc tit.in antiq.reſpe-
ctu validitatis appellationis non requiritur
expreſſio cauſæ cum ſit parui effectus ſed
quoad † effectum obtinendi retractatio- 11
nem attentatorū debet ſpecialis cauſa gra-
uaminis exprimi & probari, Pan.in c.cum ſit
nu.20.in fin.& ibi Can.de appel.Præpoſ.in d.cap.
bonæ ſub numer.20.verſ fallit & Can.Dec. in l.
fin.ſub nu.1.ff.de app.recip. Appellatio vero ex-
traiudicialis à grauamine extra iudicium il-
lato ſiue à parte ſiue à iudice, d.cap.concerta-
tioni & ibi gl.in verb extraiudicialibus Gail.obſ.
120.lib.1. quæ † habet vim citationis in be- 12
neficialibus, Franc.in c.60.me:ſub num.17.hoc
tit.& in d c.concertationi ſub num. 6. & aliis a-
ctibus extraiudicialibus qui fiunt per mo-
dum cuiuſdam iuriſdictionis vt electiones
ad officia etiam ſæcularia & illis quæ fiunt
inter plures ad quos ſpectat aliquid facere vt
vniuerſos necnon ab actibus qui pertinent
ad ſingulos & qui imponunt finem liti Bart.
in l.fin.n.4.ff.de appel.recip,vbi oſtendit ius ciuile



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cum Can.concordare per l.à ſententia* §. *idemque*
*reſcripſit ff.de appel.text.in c.concertationi hoc tit.*
*in 6.* à quibus non poſſunt appellare par-
tes quarum conſenſu à lite receditur, ſed a-
lij qui læduntur, à parte, interponenda eſt
13 † infra decem dies à die grauaminis vel à
die ſcientiæ illati grauaminis, *d. c.concertatio-*
*ni*, in ſcriptis cauſa appellationis aſſignata &
petitis Apoſtolis, *c.conſtitutis el.1. hoc tit. cap.*
*cordi eodem in 6.Rot.dec.54.hoc t.in nou.c.quam-*
*uis de elect.in 6.* in præſentia iudicis vel Præ-
lati inferentis grauamen quando eius præ-
ſentia haberi poteſt, *c.appellatio & ibi gloſſ. in*
*verb.iudici hoc tit.in 6.Franc.in d.c.bona in 7. &*
*8.q.hoc tit.* aut in præſentia appellati vel eius
Procuratoris in ipſa cauſa ſpecialiter conſti-
tuti vel coram Capitulo in quo eſt aduerſa-
rius, *Achil.dec.16.hoc tit.Clem.cauſam circa fin.*
*verſ.nec cauſæ de elect.& ibi Can.* aut eorum al-
teri in beneficialibus intra menſem ab inter-
poſitione eius vel poſt lapſum ipſius menſis
debet, quam cito commode fieri poterit le-
gitime intimari porrecto ſibi ſub ſcriptura
authentica, licet tenor non legatur, vel per-
lecto & oſtenſo illius tenore & data appel-
lato nuda & ſimplici copia niſi petat eam
ſub manu publica ſibi tradi quia tunc requi-
ritur quod ſic ſibi tradatur, in aliis actibus
extraiudicialibus in quib. à iure permittitur
appellatio, ſed non ſtatuitur certus termi-
nus ad comparendum coram iudice ad quẽ
fuit appellatum cautela eſt, quod fiat ſimilis
intimatio appellationis tali tempore quod
poſſit appellationum ſtatuta tempora ob-
ſeruare alias non arctat appellatum ad ali-
quid ad quod arctaretur ſi eſſet ei intimatio
facta, *Lap.alleg.38.n.x.Imol.in clem.1.n.10. &*
*11.hoc tit.* vel quod appellatione admiſſa Iu-
dex ad quem citet appellatum, *Imol.in clem.*
14 *cauſam n.38.de elect.* quod ſi appellatus † abſit
& Procurator ſpecialis non reperiatur de-
bet intimari in domo ſolitæ habitationis ap-
pellati vel ſi domus eadem in remotis exi-
ſtat in ecclesia cathedrali in cuius Ciuitate
vel diœceſi conſiſtit beneficium & vtroque
caſu in eccleſia ſeu beneficio, de quo agitur
publicari tradique appellationis copia au-
thentica ſi petita fuit ipſi appellato & ex in-
terpretatione Rotæ ſi agatur de parochiali,
aut beneficio requirente reſidentiam ſuffi-
cit appellationem publicari in parochiali,
& cathedrali Eccleſia, nec alia diligentia fiat
de appellato perquirendo, quia tale benefi-
cium, pro domicilio reputatur, *Rot.dec.x.hoc*
*tit.in nou.c.ex tua & ibi Can. notant. de cleric.*
*non reſid.* Si propter appellati aut ſuorum
metum intimatio fieri nequeat vt præfer-
tur, appellatio ipſa in aliquo loco publico
viciniori ſolemniter debet publicari, quod
ad appellati vel eius Procuratoris notitiam
veriſimiliter poſſit peruenire, intimatio ali-
ter facta omni caret iuris effectu niſi ad ap-
pellatum eius plena & certa notitia intra tẽ-
pus præfatum aliter peruenerit, *l.cauſam de*
*elect.& ibi gl.& Can.Rot.dec.26. hoc tit.in nou.*
*& diuerſ.dec.486.n.4.& 5.part.1.& diuerſ.dec.*
*2.& 3.lib.1.part.3.* Præterea requiritur † ſimi- 15
lis procuratorii ſub forma authentica inti-
matio, quando appellatio extraiudicialis
interponitur per Procuratorem, *Rot.diuerſ.*
*dec.2.part.3.lib.1.Creſcent.deciſ.34.hoc tit. Bel-*
*lam.dec.58.fac tol.dub.35.d.clem. cauſam* §. *ve-*
*rum &* §.*ſeq.* & ſi mandatum non eſt validũ
non valet appellatio etiamſi poſtea oſten-
deret validum mandatum, *Achil.dec.10. hoc*
*tit.Felin.in c.cum de officijs n.35.de præſcript.* In-
timatio appellationis interpoſitæ & manda-
ti Procuratoris poteſt fieri per quemcun-
que dummodo appellatio ſit legitima, et-
iam per non habentem ſpeciale mandatum,
quia per intimationem, quod acquiſitum
eſt ad effectum perducitur, *arg. l.mora poſt*

*princ;*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*princ.ff.de vſur.l.item veniunt* §. *petitam ff.de pe-*
*tit.hæredit.Rot.dec.*18.*in nou.& Achil.dec.*9. *hoc*
*tit,licet Rot.dec.*3.*eodem in antiq.videatur tenere*
16 *contrarium*, Debet appellans † eam proſequi
& finire intra annum à die interpoſitionis i-
pſius vel à die illati grauaminis vbi à futuro
grauamine appellatum fuit alioquin im-
pedimento ceſſante appellatio cenſetur de-
ſerta, *c.conſtitutus hoc tit.cl.licet de appel.* Plu-
17 tes producit † effectus enumeratos à Præ-
poſit. *in c. bon.mem. nu.*32.*hoc tit.* deuoluit
cauſam ad Romanam Curiam vel alium ſu-
periorem proximum ad quem fuit appel-
latum, nam quoad effectum deuolutionis
& quoad cæteros alios effectus, quos ope-
ratur appellatio de quibus per DD.*in c.bona*
*hoc tit.* actus extraiudiciales tranſeunt in iu-
dicatum poſt decem dies, ſed lapſus decem
dierum non nocet quando per alia remedia
poterit quis retractare grauamen extraiudi-
ciale coram ſuperiore, *cap.concertationi & ibi*
*Franc.ſub numer.*6.*verſ.ſuper quo aduerte hoc tit.*
*in* 6.*& Can.l.ſicut hoc tit.Innoc.in c.*1.*de his quæ*
*fiunt à maior.part.Cap.& Can Bart.in l.fin.nu.*
6.*ff.de appel.recip.* item habet vim perempto-
riæ citationis, ita quod non veniens in ter-
mino iuris habeatur contumax & poſſit
procedi per contradictas, *d.l.cauſam* §.*pen.&*
*ibi glo.in verb deuoluta & Pan.in c.cum nobis ſub*
*num.*8.*verſ.ſed dicas tu de elect. c.*1.*eodem in* 6 *c.*
*ſæpe de appel.* in cauſis beneficialibus & pro-
phanis in quibus d.l.cauſam locum non ha-
bet, *Pan.in cap.cum ſit num.* 23. *hoc tit. & ibi*
*Can.Achil.deciſ.*17.*de dol.& contum.* Sed ob-
ſeruantur tempora appellationis, iuxta
Clem.*ſicut appellationem h.t.Bart.in d.l.fin.nu.*
6.*ff.de appel.recip.* infra annum quandocun-
que tam contra appellatum non venientem
quia quoad eum appellatio habet vim cita-
tionis & arctat eum ad eundum & mitten-
dum Procuratorem ad Curiam, *d.cl.cauſam*
§.*pen.& ibi gloſſ.in verb.deuoluta & Can. Rot.*
*dec.*21.*hoc tit. in nou.* quam contra appellan-
tem non venientem quem c.1.de elect.in 6.
citat & arctat ad eundum & mittendum, i-
mo appellatus appellationem ſibi non inti-
matam inuito appellante proſequi poteſt
dummodo de appellatione conſtare faciat,
& procedere in abſentia appellantis per
audientiam contradictarum, quia intima-
tio introducta eſt in fauorem appellati &
non appellantis qui propriam appellatio-
nem ignorare non poteſt, *Rot.dec.*1.*de elect.in*
*nou.& dec* 6 *hoc tit.in nou.quæ approbat opinio-*
*nem Ioan.Andr.in d.cl.cauſam in verb. deuoluta*
*faſtol.dub* 12. Appellans condemnatus non
poteſt ab huiuſmodi ſentẽtia appellare, *Rot.*
*dec.*53.*hoc tit.in nou.c. cum in fin. princ. iuncto*
*cap.fin.*§.*ſunt etiam* 2.*q.*6. & condemnatur in
expenſis, *c.reprehenſibilis & ibi poſt gloſſ. Franc.*
*num.* 10.*& Can.hoc tit.* Appellatus in contu-
maciam condemnatus non prohibetur ap-
pellare, *Rot.dec.*22.*hoc tit.in nou.gloſſ pen.in cl.*
*cauſam de elect.& ibi Zab.in* §.*intimatio num.*8.
*& Can.gloſſ.fin.in cl.ſi ante de dol.& contum.&*
*ibi Can* quia maior eſt contumacia appellan-
tis quam appellati, *c.cauſam c.prout.de dol. &*
*contum.capit.* 1.*eod.in* 6. Idem obtinere vide-
tur in appellatione extraiudiciali ab acti-
bus extraiudicialibus prophanis in quib. ea
permittitur in præſentia appellati interpoſi-
ta vel eo abſente, ſed ſibi legitime intimata
tali tempore quod poſſit appellationum
ſtatuta fatalia obſeruare, *Lap.alleg.*38.*num.*
10.*in fin.Bartol.in d.l.fin.n.*4.*& ſeqq ff.de appel.*
*recip.Gail.obſ.*120.*lib.*1. Limita quia appella-
tio extraiudicialis etiam intimata, &c.

Limita quia appellatio extraiudicialis e- 18
tiam intimata non deuoluit, nec habet vim
citationis, quando is contra † quem inter-
ponitur erat pacificus poſſeſſor, aut habuit
gratiam, ſiue collationem, & ab ea & ſuis





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proceſſibus appellatur, quod poſt collatio-
nem, aut pacificam poſſeſſionem forma vel
perſona non poteſt per modum exceptio-
nis impugnari, ſed tantum perſona poteſt
accuſari. *Ach. deciſ. 5. hoc tit. Oldrad. conſ. 275 c.
conſtitutis §. fin. hoc tit. c. accedens de accuſ. Rot.
deciſ. 44. hoc tit. in nou.* Secundo, appellatio
19 extraiudicialis ſuſpendit poteſtatem † eius,
à quo appellatur, *Præpoſ. in c. bonæ mem. n. 35. h.
t. & ibi Can.* ſed non ſuſpendit factum de præ-
terito, nec etiam id eſt quod omnino conſe-
cutiuum, ad ius explicitum de præterito, *c.
conſtitutis el. 2. hoc tit. & ibi DD. Pariſ. conſ. 172.
n. 12. vol. 4.* & ideo in appellatione extraiudi-
ciali inhibitio non eſt decernenda quia re-
ſpicit tantum futura ne indebite mole-
ſtetur, *Gail obſer. 120. ſub numer. 5. in fine lib.
1.* vt ſi ordinarius extraiudicialiter, &
ſummarie inſtituit, vel confirmat electio-
nem ex officio, nullo contradictore appa-
rente, quia talis ſententia cenſetur inter-
locutoria, appellatio ab ea interpoſita non
facit poſſeſſionem poſtea captam eſſe at-
tentatam, ſecus quando ante inſtitutio-
nem lis pendebat ſuper inſtitutione, & con-
firmationi faciendæ ſe oppoſuit coelectus
vel contradictor, quia tunc cenſetur defini-
tiua & poſſeſſio capta tanquam attentata
reuocatur. *Gemin. in c. auaritiæ ſub nu. 7. verſ.
ſecundus caſus & verſ. ſeq. de elect. in 6. & Ioan.
And. in gl. ſuper verb. pœnam & Can. Franc. in c.
conſtitutis el. 2. num. 9. hoc tit. Cancell. de attent.
cap. 12. limit. 49. allegans deciſ. Rotæ part. 1.* Ter-
20 tio, omnia attentata † poſt appellationem
extraiudicialem, quæ fiunt poſt & contra
appellationem, *Pan. in c. cum nobis n. 7. & ſeqq.
de elect. per illum text. & Can.* reuocantur non
indiſtincte, ſed iuſtificata appellatione, &
probata veritate cauſæ, *c. non ſolum §. illa
hoc tit. in 6. c. conſiderauimus & ibi not. cap. cum
inter el. 3. de elect. & ibi Can. Innocent. in c. dile-
cti ſub num. 3. de maior. & obed. Dec. in cap. bonæ
num. 17. & 18 hoc tit. & ibi Franc. numer. 29. &
ſeqq. Achil. deciſ. 32. & 34. & Rot. deciſ. 38. in fine
eod. in nou. Couar. pract. quaſt. cap. 24. numer. 5.*
aut eiuſdem veriſimilitudine & probabili-
tate, *Pan. in c. cum nobis ſub num. 8 verſ. item eſt
alius effectus de elect. Pan. in c. bonæ memoriæ num.
7. hoc tit.* In fauorem appellati, contra ap-
pellantem etiam ante iuſtificationem cauſæ
appellationis, quia non poteſt dare de iniu-
ſtitia appellationis propriæ; *Achil. deciſ. 34.
numer. 5. hoc tit. Innoc. in c. 2. de reſcript. numer.
3. in fine.* geſta autem poſt appellationem
iudicialem indiſtincte reuocantur: ratio di-
uerſitatis eſt quia in factis poſt, ſed non con-
tra appellationem extraiudicialem, appel-
lans non opprimitur in iure ſuo imo oppri-
mitur appellatus, ſi non poſſet vti iure ſuo,
*Pan. in d. c. cum nobis num. 7. & 8. de elect. & ibi
Can.* Speciale eſt in electionibus cathedra-
lium, & regularium eccleſiarum, vt quid-
quid factum fuerit poſt, & contra appella-
tionem, etiam extraiudicialem ex cauſa pro-
babili emiſſam, ſit ipſo iure nullum, *c. ſi poſt-
quam de elect. in 6.* ſecus eſt in electionibus
inferiorum eccleſiarum, *Ioan. Monach. in d. c.
poſtquam nu. 1. & ibi Ioan. Andr. & Can.* Quar-
to, non inducit † dummodo cauſa non ſit 21
commiſſa, eaue commiſſa & poſtea deſerta,
*Mohed. deciſ. 7. & 8. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Clem.
cauſam & ibi gl. in verb. deuoluta in fine ibi vel
ſi Papa ad Curiam citare vellet. appellata de e-
lect.* litiſpendentiam, quoad Clem. 2. vt lit.
pend. regulam de ſurrogandis; impedien-
dam collationem ordinarij; *Ioan. Andr. in c. 2.
in gl. ſuper verbo. ad ſedem in fine de prab. in 6.
Franc. in c. bon. mem. nu. 27. hoc tit. Rot. deciſ. 69.
eod. in antiq. & deciſ. 25. num. 2. & 5. de reſcript. in
nou. Caſſad. deciſ. 1. n. 6. hoc tit. Bellam. deciſ. 748.*
aut regulam de triennali, ſi poſt deſertionẽ
poſſeſſor maneat in poſſeſſione per trien-
nium,

nium, *Mohed d.deciſ.8.in fine de cauſ. poſſeſ.& propriet.Clem.ſicut appellationem in fin.de appell. l.fin.§.illud C.de temp.& reparat. appell. l.quo-*
22 *niam 1.C.hoc tit.* Quinto, proſequenti † appellationem extraiudicialem non obſtat exceptio excommunicationis, *c.cum inter de except.* ſi autem non appellaſſet ſed tantum per ſimplicem quærimoniam iret ad ſuperiorem, obſtaret ſibi exceptio excommunicationis, *pulchre Innoc.in c.dilecti ſub n.3.de maior.& obed.* Sexto, impedit quod inferior iudex non cognoſcat de illo ſuper quo fuit appellatum & quod non valeant litteræ ab aliqua partium ſuper eodem negocio impetratæ niſi fecerit mentionem de appellatione, *Innoc.in c.1.poſt num.1.de his quæ fiunt à ma-*
23 *ior.par.cap.* Iudicialis † appellatio eſt à minore iudice ad maiorem, *c.omnis oppreſſus c.placuit 2.quæſt.6.* prouocatio operatur duos effectus ſuſpenſiuum, *c. venientes de iureiur. cap. paſtoralis §.præterea & c.fin.de offic.deleg.c.paſtoralis §.fin.hoc tit.& ibi glo. in verbo dormitaſſe.* & deuolutiuum, *cap.non ſolum cap.ſi à iudice de appell.in 6.Præpoſ.in rub.de appell.à num.69. vſque ad 82.enumerat 12.effectus appellationis* fu-
24 ſius me explico. Suſpendit † omnia quæ ipſam appellationem tangunt, & inde dependet, *c.ſuper eo 1 hoc tit d.c.venientes.* nedum ea quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſed etiam voluntariæ, vnde bonorum poſſeſſio pendente appellatione à ſententia lata in cauſa falſi teſtamenti non poteſt agnoſci: *l.1.& ibi Bald.num 1.& ſeqq.C de bonor.poſſeß. ſecund. tab.l. generaliter §.1. verſ. ſin autem & verſ.ſeqq.C.de reb. Cred.* ſecus ſi eſſent omnia ſeparata, *l.creditor mandatorum ff.mandati l. chyrographis §.fin.ff.de adminiſt.tut.* Secundo,
25 reſcindit † ſententiam & reducit ad ſtatum, in quo erat, poſt litis conteſtationem, effectum autem litiſconteſtationis non reſcindit, vnde in cauſa appellationis exceptiones dilatoriæ non poſſunt opponi, peremptoriæ omnes poſſunt opponi, *l.ita demum & ibi Bart.n.3.C.de proc.1.ad audientiam el.2.& ibi Pan.n.9.de reſcr.& vtrobique Can.* & põt ſententia impugnari, & iuſtificari ex nouiter deductis. *c.per tuas Clem.appellanti hoc tit.& ibi DD.notant.l.eos 1.§.1.C.eod.l.per hanc C. de temp.appell.* Tertio, † eximit appellantem à 26
iuriſdictione iudicis à quo, in ea cauſa tantũ, in qua fuit appellatum, *c.adhæc 1.h.t.tot.titulo ff.eum qui appell.in prou.def.deb.* Quarto, tollit præſumptionẽ † iuſtitiæ, quæ eſt pro ſenten- 27
tia, *l.erennius in fine ff.de euict.gl.in l.1. in verbo locupletiorem in fine C.ſi aduerſ. creditorem & ibi DD.Imol.in c.fin.ſub n.8.verſ.ſeptimus de empt.& vend.* Quinto, non ſolũ deuoluit † cognitio- 28
nem, ſed etiam executionem ad iudicem ad quem, *c.vt debitus h.t.c cum appellationibus eod. in 6.* etiamſi appelletur à ſententia nulla, *c.exhibita de iud.c.dilecto hoc tit.* cum omnibus dependentiis & acceſſoriis, *c.dilectis filius Decano in fin.hoc tit.* Limita quia effectus ſuſpenſiuus non habet locum † in ſententiis cenſu- 29
rarum, *c.paſtoralis 1.h.t.* licet in dictis ſententijs appellatio operetur effectum deuolutiuum ad ſuperiorem *c. cum contingat de offic. deleg gl.mag.in c.ad reprimendam de off.ord.* Appellare † fas non eſt à principe, *l 1. ff à quib.* 30
*appell.non licet.* aut à ſenatu toto, *l.1.verſ ſciendum ff.à quib.appell.non licet.* ab aliquo ſenatore, vel aliquibus ſenatoribus iudicibus deputatis, licet appellare, *gloſſ.& DD.in l.non ambigitur ff.de leg.Præpoſ.in rub.de appell.nu.39. & ſeq.* item non appellatur à præfectis, prætorio, *l.vnica ff.de off.præf.prat.l.1.C. de ſentent. præf.prætor.l.à proconſulibus §.à præfectis C.de appell.* in quorum locum ſucceſſerunt reges Romano imperio ſubditi, *Bald.in l.vnica §.1. nu.7.ff de off.præf.præt.Præpoſ. in rub. de appell. num.43.* ac in Germania Camera Imperialis vicem præfecti prætorio obtinet, *Mynſ.*

*obſ.42.cent.1.in fine.* in qua nulla criminalis accuſatio admittitur excepta condictione ex conſtitutione pacis publicæ, *Mynſing. obſ.98.ante finem cent.2.& obſ.52. 58.& 78. cent.5.* In Eccleſia Dei eſt ſenatus, cætus Cardinalium, *c.conſtantinus 96.diſt.* ſed nemo ſimilis eſt præfecto prætorio, *Bald.in d.l.vnica num.6.in fin.ff de Off.Præf.Prætor.Præpoſ.in rubr.de Appellat.n.29.& ſeqq.* quia ab omnibus appellatur, qui ſub Papa ſunt, etiamſi ſententiam dixerint, vt vicemgerentes Papæ *Leos 2.C.hoc tit.Franc.in c.dilecti el.3.num.41.& 42.hoc tit.* ſub communi forma, dicendo ſententiam iniuſtam & iniquam, *l.ſi quis prouocatione C.de appell.* niſi ſpeciale reſcriptum Papæ aliud ordinaret; *Bald. in d.l.vnica §.1. ſub num.6.ff.de off.præſ.prætor.* quod notandum eſt pro congregationibus Dominorum Cardinalium inſtitutis Romæ, à quibus appellari poteſt, niſi clauſula appellatione remota in inſtitutione congregationis appoſita ſit à Papa, *Bald. in l.1.§.1 ſub n.6.ff de off.præfect.præt.Fran.Marc.quæſt.345.lib.1.* à toto collegio vetita e^l appellatio, *Herm. Manfred.de ſacroſ.colleg.deciſ.5. Mart.Laud.de Card.quæſt.4.Alban.de Cardinal.quæſt 42.verſ.3.ſi antiſtites.* ab omnibus alijs iudicibus tam ordinariis quam delegatis regulariter poteſt appellari, *c.licet c.omnes c.ad Romanam el.2.& c.ſeq.2.quæſt.6.d.l.à proconſulibus & l. ſeqq. C.de appell.Bald.in l.vnica §.1.in princ.ff de off.præfect.præt.* abſque vllo metu carceris, cuſtodiæ aut retentionis, vel excommunicationis, exſpoliationis, aut damnationis, *c.ad Romanam el.1.2.quæſt.6.l.imperator ff.hoc tit.* & in maioribus & minoribus cauſis, quia non facit iudici iniuriam, quia ab eius ſententia appellat, *l.& in maioribus C.de appell.gloſſ.fin. in l.qui reſtituere ff.de rei vend.& ibi DD.Iaſ.in l.*
31 *1.num.17.ff ſi quis caut.* Appellari debet † infra decem dies, à die latæ ſententiæ, *auth. hodie C.hoc tit.Gail.obſ.139. lib.1. Mynſ.obſer.xj.cent.3.* ita vt dies illa, qua lata eſt ſententia pariter computetur, *glo.in c.1.in verbo proponitur de reſtitut.ſpoliat.in 6.& ibi Can.cap.biduum 2.quæſt.6.Mynſ.obſ.2.cent.2.* vel à tempore ſcientiæ infra decem dies, quando contra abſentem non defenſum per procuratorem, iudicatum eſt, *l.1.§ fin ff.quand.appell.ſit & inter quæ temp.vel.l.ab eo C.quom.& quan.iud.&c. pulchre Gail.obſ. 139. in princ.& num.7.lib.1.* quando grauamen eſt momentaneum ſecus ſi cauſam continuam & ſucceſſiuam habeat, quia tunc tanquam à præſenti, & continuo grauamine ſemper poteſt appellari, *c.ex parte el.1.& ibi Franc.num.8.& ſeqq.hoc tit.pulchre Gail.obſ.139 n.13.& 14 vbi ponit duas limit.libro 1.* Decendium quod datur ad appellandum non poteſt prorogari per partes etiamſi hoc fieret per modum compromiſſi, *Mynſing.obſ.68.cent.2.* Per appellationem non datur iuriſdictio, quia poteſt appellari ab eo, qui non habet iuriſdictionem ſi actus eius tenet, & habet effectum iuris: *l.à ſententia §.idem reſcripſit ff. de appell.Iaſ.in l.nemo poteſt num.62.& ſeqq.ff.de leg.1.* omiſſio appellationis non purgat vitium ſententiæ, quo minus pars poſſit habere regreſſum contra iudicem, *Pan.poſt gl.in d.c.paſtoralis §.quia vero n.5.de off.deleg.* Si pluries appellatum fuerit ſtat in arbitrio appellantis quam velit proſequi vna tamen electa reliquæ concident, *Pract.Pap.in foro app.à ſent.diff in verbo in his ſcriptis & ibi add.Mynſing.obſ.7.cent.1.* Sed Rota deciſ. 23. hoc tit. in antiquioribus videtur tenere quod prima deſerta non iuuetur ex ſecunda, *Fel.in c.perſonas n.1.verſic.amplia hoc tit.* Iure ciuili ab interlocutoria † non appellatur, *l.ante ſententiam C.quor.appell.non recip.& ibi gloſſ.mag.& DD.l.fin. C.de ſent.& interlocut.omn.iud.Gail.obſer.129. libro 1.& obſeru.130.eod.lib.* etiam in cauſis

capita-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

capitalibus, *l. eos 1. §. ſuper eis C. hoc tit.* à defi-
nitiua cuiuſcunque iudicis, *c. placuit 2. quaſt.*
*6. l. à proconſulibus C. hoc tit.* tam in maioribus
quam minoribus cauſis appellatur, *l. & in*
*maioribus l. ſi quis prouocatione C. hoc tit. glo. fin.*
*in fine in l. qui reſtituere ff. de rei vend.* ac etiam à
delatione iuramenti litis deciſorij, per iudi-
cem, vel partem alterutri litigantium, ab eo
contra quem iurandum eſt, qui ſi à dela-
33 tione intra † decem dies non appellauerit,
& elapſo decendio altera pars parata ſit iu-
rare, poterit ab iſta præſtatione iuramenti
appellare, ac etiam à ſententia definitiua,
quæ poſt præſtitum iuramentum fuit à iudi-
ce lata: *l. generaliter §. 1. C. de reb. cred. & iureiur.*
*Mynſing obſ. 39. cent. 1. & obſ. 14. cent. 2.* litigato-
ri vero qui ſacramentum intulit, nullum in
hoc ſeruatur appellationis remedium, *d. l. ge-*
34 *neraliter §. 1. in fine.* Iure † canonico non ſolũ
à definitiua ſed regulariter ab omni ſentẽtia
interlocutoria, & ab omni grauamine etiam
minimo iudiciali, *c. de appellationibus c. cum ceſ-*
*ſante hoc titul.* vel extraiudiciali, *c. 1. c. bona hoc*
*tit.* illato, vel cominato, *c. concertationi & ibi*
*gloſſ. hoc titul. in 6.* cenſetur permiſſa appel-
latio, niſi reperiatur prohibita, & dicens
non poſſe appellari ab aliqua ſententia,
vel aliquo caſu, tenetur hoc probare, *Franc.*
*in rub. huius tit. num. 18. & 19.* Limita 1. quia
35 ex † decretis Concilij Trid. ab interlocuto-
ria vel alio quocunque grauamine epiſcopi
vel illius in ſpiritualibus Vicarij generalis,
ante ſententiam definitiuam, non licet ap-
pellare, tam in cauſis ciuilibus, *c. cauſæ omnes*
*in princ. ſeß. 24.* quam criminalibus, *cap. 1. §. in*
*cauſis ſeß. 13.* niſi habeat vim definitiuæ, aut e-
ius grauamen per appellationem à defini-
tiua reparari, *c. fin. §. vbi vero & ibi Franc. hoc tit.*
*in 6.* vel ab ipſa definitiua appellari non poſ-
ſit, *d. c. cauſæ omnes d. c. 1. §. in cauſis Mynſ. obſ. 43.*
*cent. 4.* quos caſus proſequitur Bald. *in addit.*
*primis ad Specul. tit. de appel. verſ. caſus. & Bart. in*
*l. 2. ff. de appell. recip. Felin. in rub. de ſent. & re iud.*
*n. 3 & ibi Pan. & Can.* Limita 2. in his, vbi de
viſitatione, aut morum correctione agitur,
*c. epiſcopi ſeſſ. 24.* niſi exceſſus dubius exiſtat,
quo caſu cauſa probabilis in appellatione
eſt exprimenda, quæ debeat legitima re-
putari, *cap. cum ſpeciali § porro hoc tit.* Limita 3.
in cauſa habilitatis ſicut inhabilitatis, *d. c. 1.*
*§. in cauſis ſeß. 13.* Si in dictis, aliiſque ſimilibus
caſibus iudex à quo appellationi non detu-
lerit, & appellator nihilominus eam proſe-
quatur, ſuperior de ea cognoſcens cauſam
ad priorem iudicem ſine difficultate debet
remittere, eadem die condemnationem fa-
ciens expenſarum: *cap. cum appellationibus hoc*
*tit. in 6.* imo poteſt iudex à quo ea appella-
tione & quacunque inhibitione non obſtã-
te, ad vlteriora procedere, ac ſententiam ex-
equi non ſolum ante appellationem intra
decem dies, ſed etiam poſt appellationem
nec reuocabitur tunc executio per viam at-
tentati, *c. non ſolum & ibi Franc. n. 4. hoc tit. in 6.*
*d. c. cauſæ omnes in princ. & fine ſeß. 24. d. c. 1. §. in*
*cauſis ſeß. 13.* Si vero detulerit appellationi
poterit nihilominus appellanti præcipere,
ne attentet id, propter quod appellauit, *Pan.*
*in c. 2. n. 4. de matrim. cont. interd. eccl. poſt Ioann.*
*And. in d. cum appellationibus hoc tit. in 6.* quia
appellatio non tuetur appellantem, vt poſſit
facere id, propter quod appellauit, & deuol-
uitur ad ſuperiorem iuriſdictio, & eius exer-
citium etiam quando appellatum eſt ab in-
terlocutoria friuole, *d. c. cum appellationibus §.*
*ſi vero hoc tit. in 6.* licet tam appellatio, quam
iudicis à quo delatio, ab eo valeant refutari
non ſolum ſuper eo ſuper quo fuit ap-
pellatum, ſed etiam quoad totam cauſæ
cognitionem, *Franc. in d. c. cum appellationibus*
*§. ſi vero num. 2 per illum text. & ibi Can. Mynſ.*
*obſ. 4. cent. 2.* quando pars non opponit, alias

ſecus: *Rot. diuerſ. dec.* 774. *part.* 1. *Decius in l.* 1.
*ſub num.* 6. *verſ.* 1. *ſi non opponatur C. de bonor.*
*poſſeß. ſecund. tab.* ratio eſt, quia in appellatio-
ne ab interlocutoria cadit illa delatio, quæ
facit deuolui negotium, ſecus in appellatio-
ne à definitiua, in qua non delatio, ſed ap-
pellatio deuoluit, *Bald. in l. appellatione num.* 6.
*C. hoc tit. Achil. dec.* 2. *eod.* Limita 4. quia à pœ-
na legis vel canonis non poteſt appellari, *c.*
*quia nos hoc tit. l. ſi qua pœna ff. de verb. ſignif.*
Poteſt tamen appellari à ſententia declara-
toria iudicis aliquem incidiſſe in pœnam le-
gis vel canonis, *gl. in c. cupientes* §. *quod ſi per vi-*
*ginti in verb. priuatos de elect. in* 6. *c. ſuper his & ibi*
*Pan. num* 17. *de accuſ. c. peruenit* 1. *& ibi Pan.*
*hoc tit. Zab. poſt gloſſ. in clem.* 1. § *ſi quis autem*
*in xj. quæſt. de ſequeſt. poſſ. ß & fruct. Franc. in c.*
*is qui* § *fin. in* 3 *limit. de ſent. excommun. in* 6.
Limita 5. in ſponte confeſſo & teſtibus
conuicto, *l.* 2. *C. quor. appel. non recip.* in cauſis
criminalibus & ciuilibus, *gloſſ. Bart. & Bald.*
*in d. l.* 2. *C. quor. appel. non recip. Gemin in c. Ro-*
*mana* §. *ſin autem num.* 6. *hoc tit. in* 6. ex con-
ſuetudine Germaniæ in criminalibus illici-
ta eſt appellatio ac etiam dictio de nullita-
te, *Mynſ. obſ.* 41. *& ſeq. cent.* 4. Limita 6, in no-
torijs, *c. cum ſpeciali* § *porro hoc tit.* niſi allege-
tur cauſa quæ reddat appellationem proba-
bilem, *Dec. in d.* §. *porro n.* 13. Sed vbi permiſſa
eſt appellatio, notorium reſultans ex pro-
bationibus non tollit beneficium appella-
tionis, *Dec. in d.* §. *porro num.* 13. quia in cauſa
appellationis attenditur poſſibilitas, quod
non deductum & probatum poſſibile ſit,
quod deducatur & probetur, *l. per hanc C.*
*de temp. appel. c. per tuas hoc tit.* Limita 7. in non
deferente appellationi ſui aduerſarii, prius
interpoſitæ, qui non poteſt allegare ſuam
appellationem in eadem cauſa poſtea inter-
poſitam, ſed prior appellans bene poteſt ſe
fundare ſuper appellatione prius à ſe inter-
poſita, licet ipſe non detulerit appellationi
poſtea interpoſitæ ab aduerſario, quia Ad-
uerſarius non detulerat ſuæ appellationi: *c.*
*bon. mem. mag. de elect. & ibi Can. cap. conſtitutus*
*c. an ſit hoc tit.* in alia vero cauſa non debet à
beneficio appellationis à quopiam repelli
is, qui non detulit appellationi in vna cauſa,
quia ſufficit quod ſemel punitus eſt, *glo. fin. in*
*d. c. an ſit hoc tit. & ibi Can.* Octauo à conſilio
ſapientis non appellatur, ſed ei contradici-
tur debetque contradicenti dari terminus
ad iuſtificandam ſuam contradictionem,
*Bald. in addit. ad Speculat. de appell. col.* 10. *verſ.*
*lata eſt ſententia de conſilio per l.* 2. *C. de relat. in*
*fine*, Alias limitationes vide apud glo. in
c. Romana §. ſin autem in verb. conſimili-
bus & ibi Ioan. And. num. 16. in fine & nu.
17 hoc tit. in 6. & ibidem Can. Illud notan-
dum eſt, vbi duæ † cauſæ complicatæ ſunt, 36
& vna admittit appellationem, altera non,
in vtraque admittendam eſſe appellatio-
nem, vt ſi agenti poſſeſſorio oppoſita fuerit
exceptio proprietatis, *Bald. poſt gl.* 2. *in l. vni-*
*ca num.* 7. *C. ſi de moment. poſſeſſ. Auffr. in addit.*
*deciſ. Cap. Tholoſ. poſt princ. Bald. in cap. ex con-*
*queſtione num.* 5. *de reſtit. ſpoliat. Mohed. remed.*
9. *recup. poſſ. num.* 321. *plures cumulans Ripa in c.*
*ſæpe in col. fin. verſ.* 2. *fuit opinio de reſtit. ſpoliat. l.*
*momentanea & ibi gloſſ.* 1. *C. vnde vi & ibi DD.*
Poſt cum prehenſo ſpolio complicetur cau-
ſa falſitatis inſtrumenti venditionis, *Rot. di-*
*uerſ. dec.* 323. *part.* 1. *Bald. in l. vnic. num.* 6. *verſ.*
*& nota in materia Salic. in* 4. *q. C. ſi de moment.*
*poſſeß. fuerit appellat.* & cauſam ſemel ef-
fectam appellabilem, ſemper debere ma-
nere appellabilem, *Rot. diuerſ. deciſ.* 132. *num.*
1. *part.* 2. *c. non licet actor de reg. iur. in* 6.

Appellatio eſt † de appenditijs illius in- 37
ſtantiæ cuius eſt ſententia à qua interponi-
tur, ſed non proſecutio appellationis, *c. non*
*iniuſte & ibi poſt gl. Can. & l. inuitus C. de procur.*
*& ibi*

*& ibi Iaſ. ſub n. 3. & 4. vbi 1. partem regulæ limitat vno modo & ſecundam partem 4. modis ac Innoc. in d. c. non iniuſte ante num. 1. multis modis,* quia appellatio interponitur coram eodem iudice, ſed proſecutio fit coram diuerſo, *l. cum apud Sempronium ff. iudic. ſolui,* ſubiacetque ſtatutis illius fori, in quo lata eſt ſententia, quia eſt de ordinatoriis ſeu præparatoriis iudiciorum, *Pan in c. eccleſia S. Mariæ num. 24. & 25. & ibidem Felin. n. 55. Dec. num. 42. de Conſtit. Iaſ. in l. cunctos populos numer. 57. C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol. Achil. deciſ. 12. hoc t. Rot. diuerſ. deciſ. 330. part. 2* Appellare tantum po-
38 teſt † ille, cuius intereſt, *c. cum ſuper de ſent. & re iud.* vel cui mandatum eſt, vel qui alienum negocium gerit, quod mox ratum reus habeat, *l. 1. ff. de appel. recip.* tertius qui non interfuit iudicio, pro intereſſe ſuo expreſſa cauſa grauaminis; *c. cum ſuper & ibi Pan. n. 5. de re iud. l. à ſententia ff. de appel. Gail. obſ. 122. ſub numer. 5. libr. 1.* Ac quilibet pro eo, qui ducitur ad ſupplicium: *l. non tantum ff. de appel Fel. in d. c. cum ſuper nu. 2. & ſeqq. vbi ampliat 6. modis & limitat 2. de re iud. l. addictos C. hoc tit.* Victoria appellantis, prodeſt litis conſorti, etiamſi non appellauerit, *l. 1 & 2. C. ſi vnus ex plurib. appel. c. pen. hoc tit.* quando vna eademque cauſa fuerit defenſionis ſecus ſi diuerſa, *l. ſi qui ſeparatim § fin. verſ. quod eſt ff. de appel.* Ac vna ſententia condemnati ſint, nam ſi plures ſeparati fuerint condemnati, quamuis ex eadem cauſa, pluribus opus eſt appellationibus, niſi vna probatio eſſet contra eos, *d. l. ſi qui ſeparatim iuncto §. 1. verſ. ſed cum aduerſus ff. de appel.* Ac tertij appellantis, pro ſuo intereſſe, prodeſt victo, *Fel. in c. cum ſuper numer. 6. & ſeqq. vbi ponit 8. fall. de re iud.* Sed tertius appellans à ſecunda ſententia, & ab intimatione executorialium, facit illam ſecundam ſententiam ſuã, vt ſequens ferenda ſententia contra ipſum ſit tertia: *c. fin. in fine vt lit. pend. & c. in 6. c. vbi periculum §. 1. in fine de elect. in 6. Achil. deciſ. 13. hoc tit. per notata à Felin. in d. c. cum ſuper in fine Put. dec. 71. lib. 3.* idem obtinet ſi tertius pro ſuo intereſſe dicat de nullitate ſententiæ, *Rot. Farin. dec. 98. num. 5. & 6. part. 1.*

Appellatio † eſt communis vtrique par- 39
ti, etiamſi vna tantum pars appellauerit, *l. ampliorem C. hoc tit. Mynſ. obſ. 21. cent. 2.* ſiue ſit extra iudicialis, vt ſi fiat ne traderetur poſſeſſio aduerſario, non poteſt tradi appellanti, *Achil. deciſ. 18 & 34 hoc tit. vbi reſpondet doctoribus aliter ſentientibus Præpoſ. in c. bonæ n. 33. & 34 hoc tit.* ſiue iudicialis, vnde ſi à definitiua continente plura capitula vna pars in totum appellauerit, poterit iudex appellationis ad inſtantiam partis appellatæ pronũciare ſuper omiſſis in ſententia & eam ſupplere, *Rot. dec. 23. de re iud. in nou. l. per hanc C. de temp. & repar. app. c. cum Ioannes de fid. Inſtrum.* quia ſicut petitur per appellantem totaliter infirmari, ita pars appellata petere poteſt eam confirmari, & ſuppleri omiſſa, quæ forte in prima inſtantia non fuerunt plene probata, ſicut in ſecunda, *l. per hanc. C. de tẽp. appell. c. cum Ioannes de fid. Inſtrum. Gail. obſer. 122. nu. 3. libro 1.* niſi appellans reſtrinxiſſet ſe in appellatione ad capitula facientia contra eum dũtaxat, *Pan. in d. c. cum Ioannes ſub nu. 17. verſ. ego limitarem de fid. inſtrum.* quia regulariter appellatio interpoſita ſuper vno capitulo non ſe extendit ad aliud, quam connexum; *l. etiam 1. § 1. ff de minor. & c. l. quid tamen ff. de arbit. gloſ. in l. ampliorem in verbo iudicatis C. hoc tit. Franc. in c. ſi duobus num. 4. & 5. eod. Greg. xv. deciſ. 223. n. 5. & ſeqq. & ibi annot. & deciſ. 552. & ibi annot.* ideo ſi aliqui canonici appellent, ne electio fiat per compromiſſum, poterunt eligentes procedere per ſcrutinium. *Pan. in c. cum nobis poſt n. 7. de elect. Achil. deciſ. 18. in fine hoc tit.* Limita primo, quia

quia appellatus non poteſt adhærere appellationi, quatenus contra, etiam commiſſa cauſa, ſi pro appellante in omnibus eſt pronunciatum, Fel. in c. ſignificauerunt n. 5. de except. & ibi Can. Franc. in d. c. ſi duobus n. 8. verſ. ſecundo quæritur & Achil. deciſ. 1. hoc tit. Secundo, limita in omni appellatione conditionali, vt ſi quis appellauerit quatenus ſibi auferretur poſſeſſio, quia nihil ponit in eſſe niſi ablata poſſeſſione, Achil. deciſ. 14. nu. 3. hoc tit. Clem. ſicut hoc tit. & ibi gl. in verbo à futuro & Can. Pan. in c. bonæ mem. n. 7. hoc tit. Tertio, in omni appellatione extraiudiciali à futuro grauamine, etiam cum clauſula ex nunc prout ex tunc, & ante illatum grauamen appellatus præcurrat appellantem, quia appellatio extra iudicialis à futuro grauamine non habet effectum, niſi à tempore illati grauaminis, & tunc incipit currere tempus, d. Clem. ſicut hoc tit. Rot. deciſ. 32. hoc tit. in antiq. Achil. deciſ. 14. n. 4. & ſeqq. eod. Ex his infertur quod
40 appellans non † poſſit renunciare appellationi inuito appellato, l. ampliorem verſ. ſancimus C. hoc tit. Bald. in l. per hanc n. 2. C. de temp. appell. quod indubitatum eſt in appellatione à definitiua, re non integra, quando per aliquem actum geſtum in cauſa appellationis illa eſt effecta communis, d. verſ. ſancimus C. hoc tit. Pan. in cap. interpoſita §. ille denique ſub nu. 4. verſ. ſecundo membro hoc tit. & ibi Can. re vero integra poteſt renunciare, l. ſi quis libellos C. hoc tit. c. ab eo c. vt ſuper eod. in 6.
41 Limita † quando per appellationem appellatus fuerit excluſus à facultate appellandi, vt ſi victus appellauerit ſuper ſorte, victor non appellat ab abſolutoria, vel omiſſa aut inſufficienti condemnatione expenſarum, ſiue victus proſequatur appellationem ſiue non, quia iudex ad quem, ſumptuum condemnationem ſupplet ex officio, victo vero non appellante, permiſſa eſt victori huiuſmodi appellatio, l. fin. C. quand. prou. non eſt neceſſ. Rot. deciſ. 47. hoc tit. in nou. Mynſing. obſ. 22. cent. 2. Specul. de appell. §. in quibus n. 24. & ſeqq. quando expenſæ fuerunt petitæ. Mynſ. obſ. 22. in fin. cent. 2. Pan. in c. ſignificauerunt n. 8. & 9. & ibi Felin. & Can. de except. Limita ſecundo, in beneficialibus & maioribus cauſis, d. l. ampliorem in princ. Bart. in d. l. ſi quis libellos. quia per appellationem incontinenti dicuntur deuolutæ ad Papam, Franc. in d. §. ille denique nu. 18. Si vero appellatum fuerit ab interlocutoria, & iudex detulit appellationi, cap. vt debitus in fine hoc tit. & ibi Can. quia tota iuriſdictio per delationem translata eſt in ſuperiorem, c. dilectis §. præterea hoc tit. c. cum appellationibus eod. in 6. non poſſunt de communi conſenſu ad priorem iudicem redire, gl. in d. c. cum appellationibus in verbo remittenda & Can. Rot. dec. 49. hoc tit. in nou. ſi iudex non detulit, poteſt re integra, & re non integra appellans appellationi renunciare, quia nihil intereſt appellati, cum cauſa remittatur ad priorem iudicem, Pan. in c. interpoſita §. ille denique num. 4. hoc tit. & ibi Can. Appellatio valet ſi appellans ſimpliciter dicat appello,
vel appello ad ſuperiorem † iudicem competentem, Bart. in l. 1. § . ſi quis nu. 8. per d. §. & l. 2. ff. hoc tit. quia vtroque iure eſt appellandum ad ſuperiorem iudicem gradatim, l. Imperatores ff. hoc tit. c. Romana §. 1. hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Gemin. ponunt. 12. fall. & Can. c. placuit c. anteriorum §. illud etiam 2. quæſt. 6. Boich. in c. vt debitus n. 6. vbi ponit ſex fall. hoc tit. c. dilecti filij el. 2. prior hoc tit. Mynſing. obſer. 67. cent. 1. ſi quis parem vel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio, in ea cauſa eſt, vt error ei non noceat ſed ſi minorem, nocet, l. 1. § ſi quis ff hoc tit. Franc. in d. c. dilecti 3. numer. 13. in fine & Can. exceptione oppoſita, alias tenet appellatio & iudicium, c. dilecti el. 3. hoc tit. & ibi gloſſ. mag. & Can. Iure ca- 42

nonico

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

43 nonico † appellatio ad ſummum pontifi-
cem omiſſis medijs valet, l. ſi quis veſtrum c. ſi
quis putauerit c. ideo 2. quæſt. 6. c. antiqua in fine de
priuil. Mynſing. obſeru. 22. circa medium cent. 3.
iure ciuili ſi appellatio fiat ad principem o-
miſſis mediis, princeps remittit ad eum ad
quem debuit appellari, d. l. Imperatores ff. hoc
44 tit. præterea iure canonico ad quatuor † pa-
triarchas principales, in omnibus prouincijs
eorundem iuriſdictioni ſubiectis, omiſſis
medijs prouocatur, c. antiqua §. in omnibus de
45 priuil. & ibi Can. nec non ad † legatum à la-
tere in prouincia ſibi decreta, Pan. in c. 1. n. 8.
de off. leg. cont. gl. 1. in c. quod translationem verſ. i-
tem ad ipſum ſolum de off. leg. Pan. ſequitur Bald.
in d. c. quod translationem num. 10. de ſtylo Ro-
tæ appellatio alternatiua valet, Rot. deciſ. 33.
hoc tit. in nou. Capell. Tholoſ. quæſt. 475. A dele-
46 gato † appellatur ad delegantem, l. percipimus
verſ. hoc ſi C. hoc tit. l. Imperatores verſ. ijdem re-
ſcripſerunt ff. eod. Bart. in l. 1. §. ab eo ff. quis & à
47 quo appell. à ſubdelegato † à delegato
principis, ſi delegatus commiſit ei in to-
tum vices ſuas, appellatur ad ipſum princi-
pem ſi reſeruauit ſibi aliquid delegatus, ap-
pellatur ad eum, d. c. ſuper quæſtionum §. porro
de offic. deleg quod ſi duo ex tribus à ſede apo-
ſtolica delegatis duobus alijs non in totum
ſubdelegauerunt vices ſuas, ipſique ſubde-
legati cum delegato Tertio in cauſa proceſ-
ſerint delegata, ſi appellatur ab ipſis, ad pri-
mum delegantem appellari debebit, & non
ad condelegatos, c. ſi duo de off. & poteſt deleg. in
6. quia vbi duo permiſcentur, quorum vnū
eſt potentius altero, potentius attrahit ad ſe
naturam minus potentis, etiamſi minus po-
tens numero excedat potentius: cap. aqua de
conſec. eccleſ. vel. altar. ſi appellatur ad ſedem
apoſtolicam, Legatus adire non poteſt, glo.
in c. ſi poſtquam in verbo ad ſedem apoſtolicam de
elect. in 6. c. conſtitutus de appell. cap. ſtuduiſti

& c. licet de off. leg. Gamb. in tract. deleg. lib. 8.
numer. 105. late Aluar. Velaſc. conſult. tab. 62.
Appellatio † regulariter interponi debet 48
coram Iudicibus vel maiori parte ipſorum, ſi
plures ſint ſeparatim, Clem. 1. hoc tit. vel iudi-
ce, qui ſententiā tulit, c. vt debitus c. ſuggeſtum
& ibi gloſſ. 1. in fine & late Pan. numer. 4. & ſeqq.
& Can. hoc titul. cuius copia in publico ſi ha-
beri non poſſit, decem dies dati ad appel-
landum non currunt, l. 1. §. dies ff. quando ap-
pell. ſit l. biduum §. dies & §§. ſeqq. 2. quæſt. 6. vel
appellari tunc poterit coram notario cauſæ
ad domum ſolitæ habitationis ipſius iudicis,
Rot. deciſ. 50. hoc tit. in nou. c. biduum §. dies & §.
ad eundi 2. quæſt. 6. & ibi glo. in verbo an impute-
tur c. ſuggeſtum hoc tit. & ibi poſt glo. 1. Can. c. ap-
pellatio & ibi gl. in verbo iudici & Can. hoc titul.
in 6. in abſentia iudicis, & ſine rationabili
cauſa interpoſita valet, ſed non habet an-
te intimationem inualidare proceſſum iu-
dicis, Pan. in d. c. ſuggeſtum nu. 6. & ſeq. hoc tit.
Mynſing. obſer. 85. cent. 2. & obſer. 44. cent. 4.
Appellato quoque ignoranti, appellationis
nec non delationis & termini præfixionis ſi
ſubſecutæ fuerint intimatio legitime eſt fa-
cienda, Clem. 1. § fin. hoc tit. & ibi gloſſ. fin. &
Can. Mynſ. d. obſ. 12. cent. 2. A definitiua † in- 49
continenti ſufficit viua voce appellare ſine
ſcriptis, l. litigatoribus C. hoc tit. l. 2. & l. à ſen-
tentia in fine ff. eod. vnde dici poteſt tota ea
die, qua ſententia lata eſt, dummodo ſit iu-
dex ibidem in eadem figura iudicij, poſſe vi-
ua voce appellare, gl. in d. l. 2. ff. hoc tit. Bart. in
l. 1. § fin. nu. 3. dicens ita ſeruari ff. eod. Mynſing.
obſ. 12. in princ. cent. 2. Cæterum ſequenti die
in ſcriptis appellandum eſt, & porrigendus
libellus appellatorius infra decem dies à
ſententiæ recitatione, Auth. hodie C. hoc titul.
Mynſing. obſeru. 45. cent. 4. etiam die feriata
quia appellatio non eſt actus Iudicialis, Zab.
in d. 2. §. ſimiliter num. 3. hoc tit. Bart. in l. 1.

§.Dies ff.quando app.ſit Mynſing.d.obſ.12.cent.2.
& non eſt neceſſe quod coram eo legatur, c.
appellatio hoc tit.in 6. qui continere debet
nomina appellātis, aduerſarij, iudicis à quo,
& ad quem, & à qua ſententia appellatur, l.
1.§.fin.ff.hoc tit.& ibi Bart.num.4.& DD.alias
non valet etiamſi illi per iudicem fuerit
delatum, Achil.deciſ.2.hoc tit.l.eos §.ſin autem
& ibi gloſſ.in verbo libellos & auth.ibi poſita l.li-
tigatoribus & ibi gl.C.hoc tit. cauſa non eſt ex-
primenda, ſed ſi exprimatur cauſa friuola,
appellatio eſt ipſo iure nulla, Ioan. Andr.in c.
1.ff.col.fin.verſ.in gl.ſcilicet quod ibi exprimere hoc
50 tit.in 6. Ab interlocutorijs † habentibus vim
definitiuæ, poteſt etiam incontinenti appel-
lari viua voce non obſtante c.cordi hoc tit.
in 6.quia loquitur in mere interlocutoria,
& ad habentes mixtam naturam cum defi-
nitiua non debet extendi, Bald.in l.minoribus
numer.7.in fine C.de his quib.vt indig.Pan.in c.
ad diſſoluendum numer. 2.in fin.de ſponſ.im-
pub.Creſcent.deciſ.6.numer.5. hoc tit. Gail.obſ.
130.num.5.& ibidem num.6.& 8.enumerat in-
terlocutorias habentes vim definitiuæ Mynſing.ob-
ſeru.66.cent.1. ſed neque Clem. appellanti
hoc tit.habet locum in appellationibus ab
huiuſmodi interlocutoriis, Rot.deciſ.xj.hoc
tit.in nou.Clem.fin.et ibi gl.in verb.repulſione in
fine hoc tit.& Can.

51 In appellatione † à mere interlocutoria
plura requiruntur, Imol.in c.vt debitus num.16.
hoc tit.& ibi Can. cauſa appellationis admit-
tendæ, c.1.& ibi gl.in verb.appellationis & Can.
hoc tit.in 6.aut iniuſti grauaminis extra iudi-
cium à iudice illati, vel comminati; cap. cum
ceſſante hoc tit.pulchre Bart.in l.ait prætor numer.
3.& ſeqq.per illum text.ff.de minor.& c.c.cordi &
ibi gloſſ.in ver.vel extra Franc.in princ.& Can.
hoc tit.in 6.legitima, c.vt debitus cap.vt ſpeciali
hoc tit. vera, d.c.vt debitus c.interpoſita hoc tit.
quæ non poteſt iuſtificari niſi ex allegatis
coram iudice à quo. Clem.appellanti hoc tit.
quam limitat 4.mod.Roman.ſing.282. expreſſa
clare & ſignanter, & non per relationem ad
acta, Bald.in d.l.minoribus num.5.& ſeqq.Gail.
obſ.130.numer.2.vbi ponit vnam fall.& n.ſeqq.
in appellatione, l.cum cauſam hoc tit.interpo-
ſita in ſcriptis, c.cordi hoc tit.in 6. intra de-
cendium, cap. quoad conſultationem de re
iud. ob non admiſſam petitionem, vel ex-
ceptionem; nam ante repulſam exceptio-
nis non eſt licitum appellare: c.dilecto hoc tit.
c.ex parte & ibi not.de teſtib. Et ſi iudex non
admittat appellationem tanquam ex friuo-
lis cauſis interpoſitam vt ab iſta non admiſ-
ſione ſeu denegatione appellationis inter-
poſitæ appelletur, Zab in cl.vnica ſub nu.9.in
4.q.verſ.& ex hac gl.de dol.& cont.Mynſ.obſ 49.
cent.2.Inno.in c.paſtoralis in fine, de off.deleg. ac
quando ad ſedem apoſtolicam appellatur,
vel quemlibet alium iudicem ordinarium
qui per ſimplicem querelam cognoſcere
poſſit, c.1.& ibi glo.in verb.ad nos hoc tit.in 6.&
Can. ſi appellatione approbata, appellatus
hoc petierit, vel iudex, appellatione recep-
ta, præfixerit terminum competẽtem; quod
partes veniant inſtructæ cum rationibus &
munimentis ad articulum appellationis,
ac etiam principalem cauſam pertinentibus
ad ſedem apoſtolicam , ad quam appella-
tum fuit, in termino præfixo; qui vices per-
emptorij obtinet: c.1.hoc tit.in 6.c.ſæpe hoc tit.
& ibi Can. alioquin contra appellatum & ap-
pellantem non venientes proceditur tan-
quam contumaces; gloſſ.in d.c.ſuper in verb.ab-
ſentem hoc tit.& ibi Can. appellator præmiſſa
non obſeruans reputatur non appellans, ad
prioris iudicis redibit examen, & condem-
natur in expenſas; d.cap.1.verſ.fin.& pen.hoc
tit.in 6.ſi autem appellatus venire contemp-
ſerit, in eum tanquam in contumacem tam
in expenſis, quàm in cauſa proceditur coram
iudice

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iudice appellationis: *c.1.verſ.fin.hoc tit.in 6.*
*& ibi gloſſ.in verb.procedatur & Can.* quod ſi
altera partium tacito de approbatione, vel
delatione, & termini præfixione, impetret
iudicem ad partes; impetratio & proceſſus
habitus per iudicem appellationis eſt ipſo
iure nullus; quia cauſa deuoluta ad curiam,
non poteſt extrahi niſi de ſcientia Papæ:
*Rot.deciſ.48.de reſcript.in antiq.contra Innoc. i-*
*bidem allegat.proinde de elect.in 6. & ibi poſt gl.*
*Can.c.ſæpe in fine hoc Rot.deciſ.13.de reſcript. in*
*antiquior.* quod ſi forſan interpoſita appella-
tio, malitioſe à iudice recepta, vel ab appel-
lato approbata non fuerit, cum conſtiterit
legitime prouocatum fuiſſe, eadem vigo-
rem obtinet quoad retractationem at-
tentatorum, ſuſpenſionem iuriſdictionis
iudicis à quo, & alios ſimiles effectus; ſed
non habet vim peremptorij; vnde non te-
netur appellatus comparere niſi citetur. *cap.*
*ſæpe §.quod forſitan & ibi Pan.n.20.hoc tit.Præ-*
52 *poſ.num.19.& Can.communiter.* Iudex à quo †
appellatur, ſi appellatio ſibi appareat eui-
denter legitima, debet ei deferre, dicendo
appellationi defero, & apoſtolos reueren-
tiales concedo; *c.poſt appellationem §.forma 2.*
*quæſt.6.c.dilectus filius §.præterea & ibi Can. hoc*
*tit.l.vnica ff.ad libell dimiſſ.ſpecul. in 4.parte de*
*appell.§.tertius ſequitur Rot. deciſ. 61.hoc tit.in*
*antiq.Caſſad.dec.7 n.6.hoc tit. vbi explicat hæc*
*verba dominus dedit reuerentiales in forma.* alias
ſecundum leges punitur pecunialiter 30.
pondo auri, *l.quoniam la.2.C. hoc tit.* ſecun-
dum canones deponitur ab officio: *c.de prio-*
*re & ibi glo fin.C.hoc tit.* ſi ſibi euidenter fru-
ſtratoria videtur, & appellatum fuit ab in-
terlocutoria, non debet ei deferre, ſed ea
non obſtante procedere ad vlteriora, di-
cendo, appellationi non defero, & apoſto-
los refutatorios concedo; *c.cum appellationi-*
*bus hoc tit.in 6.Bald.in l.à procedente in 3.not.C.*
*de dilat.* ſi appellatum ſit à definitiua, licet
appellatio non ſit recepta, nec ei ſit delatum
per iudicem à quo, tamen ceſſat executione
appellationi fiat præiudicium. *l. ſi quis à filio*
*§. fin. & ibi DD. per illum text. ff.de in-*
*iuſt.rupt.irrit.fact.teſtam.l.1. ff.nihil.nou.appell.*
*pend.* quod ſi dubitet an ſit legitima, vel
fruſtratoria, tunc debet ei deferre & dare a-
poſtolos dimiſſorios, *c.cum ſpeciali §. fin.hoc*
*tit.c.ſacro ad finem de ſent.excomm.* vel admit-
tere conditionaliter, dicendo admitto, ſi &
in quantum de iure teneor, vel vti verbis ne-
gatiuis non admitto niſi ſi & in quantum de
iure teneor: *Franc.in c.ſæpe n.5.h.t. Benintend.*
*concl.1.* quæ verba non habent vim delatio-
nis. *Zab.in Clem.quamuis § q̃3 ſi iudex in 3.q.hoc*
*tit.Benintend.d.concl.2.n.2.& 3.* Apoſtoli † 53
ſunt pars & de ſubſtantia appellationis, *Rot.*
*deciſ.41.& 50.n.3.hoc tit.in nou.Veſt.in pract.li.*
*7.c.3.n.37.c.cordi c.vt ſuper c.ab eo hoc tit.in 6.*
ſiue in iudicio ſiue extra appelletur, dantur
in ſcriptis, *in rub.& nig.ff.de lib.dimiſſ. Specul.*
*tit.de appell.§.3 ſequitur nu.15.in fine de appell.*
*part.4.* & intra terminum triginta dierum à
die latæ ſententiæ ſunt inſtanter ab appel-
lante petendi, *l.vnica ff.de libell.dimiſſ. Mynſ.*
*obſ.36.cent.4.* quos iudex à quo intra dictos
triginta dies arctatur concedere vna cum a-
ctis, *l.eos § fin.& l.iudicibus C. hoc tit.c.vt ſuper*
*eod.in 6.c.cauſa omnes § præterea ſi quis ſeſſ.24.*
ideo iudex à quo appellanti ſolet dare ter-
minum iuris, infra quem tenetur redire pro
apoſtolis, alias appellatio cenſetur deſerta,
*Clem. quamuis hoc tit. Greg.xv.deciſ. 573.num.*
*1.& ibi late annot.* niſi appellatum fuerit
à definitiua, & appellans interim fecit
cauſam committi in curia, quæ commiſſio
valet & virtute eiuſdẽ auditor poteſt proce-
dere antequã lapſus fuerit terminus ad dan-
dũ apoſtolos, quia in tali appellatione dan-
tur apoſtoli reuerentiales ſecundum ſtylum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

palatij, *Rot.deciſ 61.de appell.in antiq.Creſcent. deciſ.2.hoc tit. atteſtans ita ſeruare Rotam Rot. deciſ.51.de reſcript.in antiq.& deciſ. 4.hoc tit.in antiq.c.oblata hoc tit.* quando autem appellatum eſſet à grauamine, non valet commiſſio ſi impetretur pendente termino ad dandum apoſtolos, quia iudex à quo poteſt reuocare grauamen, *Rot.d.deciſ.54 de appell. in antiq.d.c.oblatæ hoc tit.& ibi Can* poteſt etiam iudex dictum terminum legalem abbreuiare, quia eſt præfixus in fauorem iudicis, vt deliberet quos apoſtolos dare debeat, *Anch.in d.Clem.quamuis in 5.not. Dec. in cap. cum ſit in 4.not.num 10.& ſeqq hoc tit.* Variæ aliæ reſponſiones à iudicibus dantur appellantibus petentibus apoſtolos, quæ varios producunt effectus, vt legitur & notatur in d. Clem.quamuis hoc t. quæ negligẽtiam iudicis notat in tribus, & negligentiam partis in quatuor caſibus, & notatur per Franc.in c.perſonas nu. 3.& 4 hoc tit. Alberic.in rub.C.de temp.& repar.appellat.

54 Appellans † continuans iudicium coram iudice à quo, videtur appellationi interpoſitæ renunciare, *c.cum veniſſent de teſt.c.ſollicitudinem hoc tit. & ibi Franc.nu.10.& ſeqq.limitat.5.mod.c.gratum de off.deleg.& ibi* Dec. *num. 17.& ſeq.ponit 5.fall.* vt ſi petat à iudice quod pronunciaret ſiue interloqueretur ſuper executione non facienda, citaret partem aduerſam ad dicendum contra, acceptaret dilationem in monitionibus &c. quia non ſunt actus negatiui aut ſonantes in pari, ſed affirmatiui, *Pan in c. veniens ſub num.7. poſt princ.de fil.presbyt.* ſunt actus, qui non poſſunt fieri ſine iuriſdictione quæ per appellationem eſt ſuſpenſa, ideo ratione contrarietatis videtur appellationi renunciare, *d.c. ſollicitudinem & Achil deciſ.19 hoc tit. Rot.deciſ. 63.eod.in nou.* dummodo illi actus geſti ſint validi, *Iaſ.in l.3.§.condemnatum ff.de re iud.nu.33.* neque à iudice à quo paſſus fuerit repulſam: *Bald.in l.nihil intereſt in addit.ff.de inoff.teſtam.* ſecus ſi compareat coram iudice à quo, & producat ſua iura per ſimplicem informationem, ipſique oſtendat ſuam ſententiam fuiſſe iniuſtam, ad finem vt à ſententiæ latæ executione recedat, quia iſte actus poteſt fieri coram non iudice, & extra iudicium, & ad eundem finem tendit ad quem appellatio ad declinandam iuriſdictionem iudicis à quo, *d.c cum teneamur hoc tit. & ibi Franc.nu.4.& 5.c ſi à iudice & ibi gl.in verbo teneris eod.in 6.& ibi Can.Rot.d.deciſ.63.* aut ſi appellans turbatus in ſua poſſeſſione, ſuper qua fuit appellatum, petat à iudice à quo illam ſibi reformari, *d.c.cum teneamur.* quia iudex à quo poteſt prohibere attentata contra appellationem, & attentata reuocare, *gl. in c.2.in verbo diſtrictius interdixit de mat. contract.cont.edict.eccleſ.& ibi Can.Franc.in d c.cum teneamur numer. 2.& 3. & ibi Can.* vel ſi poſt appellationem interpoſitam citatus ad videndum grauari ſe, & reaggrauari, metu cenſurarum compareat, & petat terminum prorogari, *Innocent.in c.olim.el.3.in fine de reſtit.ſpoliat.Achil.deciſ.21.hoc titul. Dec.in c.gratum num.27.& ſeqq.de off.& poteſt.iud.deleg.* Appellationi vero interponendæ, grauatus per ſententiam, non cenſetur renunciare, ſi pendente tempore decem dierum ad appellandum compareat coram iudice qui ſententiam tulit, quia poteſt interim deliberare, *Felin.in cap.gratum ſub numer.7.verſ. abbas hic 1.limitat & ibidem Can.de offic.deleg.Innocent.in cap ſollicitudinem num. 5.hoc tit.Ioannes Andreas in c.fin.num.2.eod.in 6.* niſi actus quẽ ſponte geſſit, veniret executiue ad implementum præcepti iudicis, *l.ad ſolutionem C. de re iud.Dom.in cap.fin.§.1.ſub nu.2.verſ.in fine gloſſ.hoc tit.in 6.*

Iure communi datur † annus ad inchoan- 55

dam

dam, ac etiam exercendam appellationem, *c.oblata in princ. hoc tit. late Pan. in c. perſonas nu. 7 hoc tit. Clem. ſicut & ibi gloſſ. & Can. hoc tit. gloſſ. in c. cum ſit in verb. receſſius ante finem hoc tit. Bartol. in l. vnica ſub num. 6. ff. de libell. dimiſſor. Gail. obſ. 141. lib. 1.* Sed iudex à quo, quando admiſit appellationem (ſecus ſi reiecit, *Dec in d. c. cum ſit numer. 18. & plurib. ſeqq. hoc tit. & ibi Can. Rot. dec. 16 de appel. in antiq.*) etiam delegatus, *c. ad aures hoc tit.* Poteſt appellanti ab interlocutoria, grauamine, vel definitiua (Præterquam in cauſa beneficiali, in qua canon ſtatuit terminum vnius menſis, *cap. ſtatuimus de elect. in 6. Clem. cauſam eod. tit.* quem Iudex, in partibus, à quo appellatur, non poteſt immutare, niſi vtraque parte conſentiente, & per lapſum breuioris termini à iudice aſſignati appellatio non cenſetur deſerta, *Prapoſ. in c. cum ſit numer. 22. & ibi Franc. in fine & Can. communiter hoc tit. Grauat. ad prax. Veſt. in c. fin. lib 7. num. 24. in fine*) Præfigere terminum pro ſuo arbitrio cum congruo ſpatio; alioquin ipſo iure appellans ſeruatur illæſus, *Bald. in l. præſes num. 2. C. hoc tit. Franc. in cap. perſonas ſub num. 3. verſ. 5. poteſt hoc tit. Veſt. in praxi cap. fin. lib 7. numer. 6. verſ. quod tamen limita.* imo appellans poteſt ſibi ipſi præfigere terminum congruum & conuenientem infra quem iter arripiat, & ſe præſentet coram iudice ad quem, & appellationem proſequatur, ſi appellans in termino ſe non præſentat, appellatio cenſetur deſerta, *d. c. ad aures c. reprahenſibilis c. cum ſit c. ſæpe c. perſonas & ibi glo. & Pan. num. 4. & Can. hoc tit. l. præſes & ibi glo. in verb. præſcriptam C. eod. Caſſad. deciſ. 4. hoc titul. Rot. deciſ. 25 & 66. hoc tit in nou. & deciſ. 48. hoc titul. in antiq. Caputaq. dec. 31. & 32 part. 1.* niſi iuſta cauſa excuſetur, *d. l. præſes C. hoc tit. cap. ex ratione & ibi Franc. & Can. communiter hoc tit.* Aut à iudice à quo obtinuerit termini prorogationem: *Rot. dec. 36. hoc tit. in antiq. Natt. in repet. Clem. ſæpe num. 130. & ſeqq. iuncto num. 204. & 211. & 223. de verb. ſignif. Dec. in c. cum ſit num. 45. in fin. hoc tit. c. oblata & ibi gloſſ. in verb. prorogari qua alias quotas allegat hoc tit. Franc. in cap. ſæpe num. 27. & ſeqq. hoc. tit. Gail. obſ. 140. lib. 1. num. 3.* Neutra pars poteſt dictum terminum præuenire, *cap. ex inſinuatione c. ſæpe c. oblatæ hoc tit. Rot. dec. 43. de reſcript. in antiq.* ſi vult impetrare Iudicem extra curiam, ſed appellans bene poteſt præuenire dictum terminum impetrando iudicem in Curia Romana, *Rot. deciſ 64. de appel. in antiq. per c. prouida de elect. in 6.* intra vero terminum iuris appellatus poteſt præuenire, & litteras commiſſionis impetrare, dummodo, nimium non præcurrat, vt appellantis diligentiam captioſe præueniat, *c. oblata §. ſi vero & ibi poſt gl. Can. hoc tit.* quo caſu proceſſus eſt nullus parte opponẽte; quia tales litteræ ſunt ſubreptitiæ, quæ tribuunt iuriſdictionem, ſi pars non opponit, ſecus quando opponit, *Put. deciſ. 235. lib. 2. Fel. in c. ad audientiam el 2. num. 17. de reſcript.* Sed & in curia datis Apoſtolis appellatus poteſt impetrare commiſſionem ſuper appellatione, & appellantem præuenire, *Rot. deciſ 16. de appel. in nou.* Appellatus non poteſt præfigere terminum præſentandi ſe coram iudice ad quem, ſicut appelllans, *Pan. in d. c. perſonas num. 6. Rot. dec. 2. hoc tit. in nou.* ſed bene poteſt petere, quando appellatum fuit ab interlocutoria ad Cur. Romanam, quod principales perſonæ per ſe aut Procuratores cum rationibus, & munimentis ad articulum appellationis, & cauſam principalem ſpectantibus accedant ad ſedem Apoſtolicam, *c. 1. §. poſt hoc tit. in 6.* vel appellationem à definitiua vel interlocutoria approbare: *c. oblata c. Nicolao hoc tit.* ratio diuerſitatis eſt, quia appellans præfigit ſibi legem terminum iuris reſtringendo, & ſi ſtatuit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terminum nimis prolixum, poteſt iudex eum reſtringere, *d.c.perſonas hoc tit.* Appellatus autem appellanti beneficium legis non poteſt auferre, ius enim indulget annum ad proſequendam appellationem, & finiendam à tempore appellationis interpoſitæ, *l.fin.§.illud & ibi gl. in verb.inchoatam C.de temp.& repar.appel.Clem.ſicut hoc tit.& ibi gloſſ.in verb.à die Bart.in auth.de appel. num.2. per illum text.coll.8.* Gail.*obſ.140.in princ. lib.1.* & dati iudicis, *Put.deciſ.156.libr. 2.l.ſi in diem & ibi Bart.ff.de condit.& demonſtrat.l.3 §.ſi quis hæredi ff.de ſtatutib.* & ex cauſa biennium, *d. Clem.ſicut c.ei qui appellat.2.q.6.auth.ei qui & ibi Bart.C.de temp.& repar.appell.* ſiue ante ſiue poſt ſententiam fuerit appellatum, *capit.cum ſit Romana & ibi gloſſ.mag. Ioann.de Anan.ſub nume.2.& Can.hoc tit.* De Stylo Curiæ datur biennium, quando in primo anno cauſa eſt commiſſa, & deuentum ad citationem cum inhibitione, *Achil.dec.xj.hoc tit.licet Pan.in c.ex ratione num.4.eod.plures caſus diſtinguat & ibi Can.c.ſignificante hoc tit. ibi intra annum ad huiuſmodi appellationem miſerat proſequendam*, Vltra dicta tempora hæredi appellantis ad proſequendam appellationem dantur quatuor menſes, qui incipiunt currere poſt tempus ad deliberandum conceſſum, *l.fin.C.ſi pend.appel.mors interu.* Hinc
56 inoleuit mos † palatij Apoſtolici, quod appellanti à ſententia definitiua dentur Apoſtoli reuerentiales non ſimpliciter in forma, cuius extenſionem tradit Veſt. *in praxi libr. 7.cap.fin.in princ.* Caſſad. *dec. 7. num.5.hoc tit.* quia tunc iudex retulit legem, ſiue formam à lege traditam, de qua *in l.vnica ff. de lib.dimiſſ.c poſt appellationem § forma 2.quæſt.6.* & non ſtatuit terminum de nouo, *Fel. in terminis in c.cauſam quæ n.6.de reſcript.Præpoſ.in c. cum ſit ſub nu.22.verſ.quid ſi ab homine hoc tit.* Sed cum termino decem dierum in forma ſolita, ita quod ſi infra decendium cauſa appellationis non reperiatur commiſſa, deſerta eſt appellatio, ſed præſentata commiſſione cauſæ appellationis iudici ad quem vndecima die, appellatio non eſt deſerta, dummodo decima die probetur data curſori, vt eam præſentaret, *Caſ.dec.3.de reb.eccl. alien.vel non in princ.Caſſad.dec.4.& Creſcent.deciſ.1.& 8.hoc tit.atteſtantes de vſu Curiæ c.cum ſit hoc tit.c.perſonas & ibi late Pan.hoc tit.Caputaq.deciſ.31.& ſeq. part.1.* quia dicti decem dies dantur ad proſequendum, id eſt, ad proſecutionem inchoandam, *cap.perſonas c.cum ſit Romana hoc tit.Rot.dec.fin eod.in nou.* imo ſufficit docere de interpellatione Vicecancellarij, aut locum tenentis, vel eius qui pro tempore ad ſignaturam commiſſionum eſt præfectus, *Bart.in l.mora num.15.ff.de vſur.Ioan.de Imol.in l.Titia Seio ſub num.6.ff.de leg.2.Caſſad.dec.4.ſub nu.2.hoc tit.Veſt.in praxi lib. 7.c.fin. num.5.Put.deciſ.221.libr. 1.Bellam. deciſ.592. Præpoſ.in c.exaratione num.5.circa finem hoc tit.* vt apponunt diem præſentationis commiſſionis, Put.*deciſ.379 lib.2.quam nota quia ex ea conſtat ob præſentationem non dari alium menſem.Lancell.de attent.part.2.c.12. de attent.& innouat.appel.pend.nu.65.& ſeqq.* nam auth. ſi appellatione C.de temp.& repar.appel. permittit appellanti alternatiue, vt poſſit præſentiam ſuam manifeſtare iudici futuro, vel eius conſiliarijs, aut ijs qui lites intromittunt, ideoque hi omnes & ſinguli propter alternatiuas poſſunt dare præſentata, *c.cum plures 1.reſp.& ibi gloſſ.1.& Can.de off. deleg.in 6.c.in alternatiuis de reg.iur.in 6. §. pen. Inſtit. de hæred.inſtit.* vel quod congruo loco fuit quæſitus, qui ſignat commiſſiones, & non potuerit loco congruo reperiri, *Caſſad.d.dec. 4.in fine hoc ti.l.3.§.nerua ff.de acquir.poſſeſſ.Rot. dec.20.hoc tit.in antiquior.& deciſ.48. eod.tit. in antiq.& deciſ.25.& 26.eod.tit.in nou.Bell.dec.*

592.di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

592. *dicens quod vnum modicum impedimentum reſtituit terminum decem dierum datum per iudicem à quo ipſo iure* Innoc. *in cap. ex ratione hoc tit. ſub nu.* 2. quia impedimentum præſtitum ab habente ſignaturam commiſſionum non debet appellanti præiudicare, *Auth. ſi appellatione C. de temp. & reparat. appel. & ibidem Bald. & DD. Pan. in c. ex inſinuatione in 2. not. hoc tit. & Can. Rol. conſ.* 15. *num.* 8. *&* 9. *& per tot. vol.* 2. *Put. deciſ.* 221. *libr.* 1. etenim omnes dies quibus commiſſio appellationis per officiales ſignaturæ iuſtitiæ retenta fuit, vel ipſo iure ſubducuntur ex termino reuerentialium, *c. ex inſinuatione de appel. Pan. in c. exaratione dicens appellanti non currere tempus etiamſi per mille annos retineretur & ibi Prapoſ. num.* 22. *Franc. num.* 44. *& Can. hoc tit. Prapoſ. in c. perſonas ſub nu.* 12. *verſ. aliud eſt tempus ſcilicet donec cauſa pendet in Conſiſtorio Principis hoc titul. Ant. Bard. de temp. vtili cap.* 4. *num* 3 *Gram. deciſ.* 13. *num.* 2. 3. *&* 4. vel ob dictam retentionem debetur reſtitutio in integrum, *Auth. ſi appellatione C. de temp. & reparat. appel. & ibi poſt gl. fin. DD. gl. in l. ſi finita §. eleganter ff. de damn. infect. Mynſ. obſ.* 98. *cent.* 5. quia fatalia appellationis, vel ſunt vtilia, vel continua cum reintegratione reſpectu impedimenti, *Bald. in d. auth. ſi appellatione in princ. Bell. in c. anteriorum num.* 142. *quæſt.* 6. *Ant. Bard. de temp. vtil. cap.* 4. & currunt tantum negligentibus: *c. reprehenſibilis c. peruenit el.* 2. *c. ſæpe de appel.* Sed & feriæ paſchales aut natalitia, quas ſubinde contingit in terminum reuerentialium incidere, ex dicto termino, quem excedunt, vel ſubducuntur, *l. quibus diebus ff. de cond. & demonſtr. Lanfr. de Oriano in repet. c. quoniam contra in verb. dilationis numer.* 95. *& ſeqq & Can. de prob. Hoſt. in c. licet cauſam num.* 5. *An. b. num.* 10. *But. num.* 30. *de prob. Lanſ. de Auadno in tract. de dilat. num.* 13. *& ſeqq. Gail. obſ.* 140. *num.* 4. *lib.* 1. vel præſtant reſtitutione iuſtam cauſam, quia appellans ex præcepto iudicis à quo, de ſe præſentando coram iudice ad quem, quod præuidere non potuit, in ferias incidit, *arg. l. ſed et ſi per prætorem §. ſi feriæ ff. ex quib. cauſ. maior. &c. Bartol. in auth. ſi appellationem num.* 2. *C. de temp. & reparat. appel. l. præſes C. de appel.* & quia in dubio pro non deſertione eſt iudicandum, *Paul. de Caſtro in l.* 1. *num.* 3. *in fine ff. ſi quis cautionibus, &c.* & ſi appellans ſuper impedimento nõ habet teſtes, ſtabitur eius iuramento inſpecta cauſæ & perſonæ qualitate, *Specul. de appel. §.* 7. *nunc breuiter num.* 6 *part.* 2. *l. ſiue oportet §. conſequens verſ. ſufficit & verſ. ſeq ff. de excuſ. tut. Guid. Pap. quæſt.* 205. *Franc. Marcus quæſt.* 283. *num.* 3. *part.* 1. *Salicet. in l. præſes ſub num.* 2. *C. hoc tit. Mynſ. obſ.* 92. *cent* 3. & eius Procuratoris, *Fel. in c. perſonas ſub nu.* 1 *circa finem verſ. & pro hoc vltimo de appel.* ex dicto curſu † fatalium, ſiue ab 57
homine ſiue à iure præfixo deducenda ſunt tempora compromiſſi, vel quando alias de partium expreſſo conſenſu proſecutio differtur, *Clem. quamdiu hoc tit. auth. ſi tamen C. de temp. & reparat. appel. Gail. d. obſeru.* 140. *numer.* 8. *& ſeq. libr.* 1. *Mynſ. obſ.* 68. *cent.* 2. *& obſ.* 14. *cent.* 3. remiſſoriarum, *Rot. deciſ.* 2. *de dilat. in nou. Caſſad. deciſ.* 9. *hoc tit. Rot. deciſ.* 15. *hoc tit. in nou. l.* 1. *§. fin. C. de annal. except. Clem. ſicut in fin. hoc tit.* Compulſorialium, ẽt generalium, quando appellans ſine culpa ſua nequit habere inſtrumenta, quia forſan ſunt penes appellatum, *Specul. de appel. §.* 7. *nunc breuiter ſub nu.* 8. & ſedis vacantis. *Card. Seraph. deciſ.* 362. *n.* 2. *c. de quarta c. cum nobis de præſcript.* Itẽ ſuſpendit eorum curſus per mortem vnius ex colligantibus, ac hæreditate iacente donec detur curator bonis, *Bal. d. in l. ſi vnus C. ſi pend. appell. mors interu.* Præterquam in beneficialibus, in quibus poſt mortem collitigantis durat lis, & ſuperſtes debet prorogare fatalia citatis intereſſe habentibus,

etiamſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiamſi ipſe ſuperſtes gratioſe ſit ſurrogatus
in ius defuncti, *Mobed.dec.8 hoc tit.c.fin.vt lit.
pend.&c.in 6.& ibi Can. notant Bald. in l ſi pa-
ter C.ſi pend.appel.mors interuen.Rot. deciſ. 8.vt
lit.pend.&c.in nou.* & aliis caſibus notatis in
l.2.& auth.15. ibi poſitis. C.de temp.&
58 reparat. appel. Iudex † à quo licet poſſit ap-
pellanti præfigere terminum breuiorem
termino iuris ad proſequendam, vt dictum
eſt, non poteſt tamen ſtatuere terminum
breuiorem ad finiendam appellationem,
quia ſuperiori legem dicere non poteſt, *cap.
ex inſinuatione gloſſ.in d.capit. cum ſit Romana
in verb.reciſum tempus & ibi Pan. numer.3.12.
& 17.& Can.hoc tit.gloſſ.in cap.1. eod. in 6.*
59 *in not.* Currunt † fatalia appellanti, qui for-
mauit libellum ineptum, aut conſtituit
Procuratorem non idoneum, ſuper qui-
bus fuit diſputatum diu, & tandem pro-
nunciatum ſuper ineptitudine libelli, *l.ac-
cuſaturus ff.de adult.arg.l.quod ſi nolit §. ſi man-
cipium ff.de ædil. edict.l.ſi pater de ſtat. defunct.
Bald. in terminis in auth.ei qui appellat nu.2.C.de
temp.& repar.appel.* vel mandatum non eſſe
idoneum propter appellantes culpam, *cap.
Nicolao de appel.l.ſi procuratorem §. ſi tutores ff.
mand.l.2.§.ſi mater ff ad SC.Tertull.Bald.in ter-
minis in d.auth.qui appellat ſub n.2.verſ.quæro ſi
appellans miſit facit l.Seruius ff.quod vi aut clam,
&c.* Sed non currunt appellanti, ſi eſt pro-
nunciatum libellum eſſe aptum, aut ſuffici-
ens eſſe mandatum, quia tunc nulla culpa
aut negligentia appellanti poteſt imputari,
qui mora contradictionis impeditus fuit, *l.
ſi cum ipſe ff. de excuſ.tut.l.intra vtile ff. de minor.
&c.l.petendæ C.de temp.in integ.reſtit.arg.not.per
Cagn.in l.cōtra maiores n.4.Bald.in fine & DD.
C.de inoffic. teſtam.* An pauperi currant fata-
lia tam introducendæ, quam finiendæ ap-
pellationis, vide Gail.*obſ.*124.*lib.*1.& Myn-
ſing.*obſ.*97.*cent.*4. Iudex ad quem † non de-
bet audire appellantem, nec ad citationem,
vel inhibitionem procedere, niſi facta fi-
de de appellatione, *c.cum in eccleſia hoc tit. &
ibi Can. notant c.Rom. §.ſi vero eod.in 6. c.exhi-
bita verſ.fin.ibi appellatum conſtiterit de iud.Bart.
in l.hi qui ad ciuilia num.3. C.hoc tit.Caſ.dec.2.
de reſcript.*& ſi appellatum fuerit ante ſenten-
tiam definitiuam, niſi cauſa probabilis ſeu
legitima in appellatione ſit expreſſa; *d.c.Ro-
mana §.cum autem & ibi poſt gl.in verb.expreſſa
Can.* Sed debet citatis partibus aſſignare ter-
minum ad opponendū contra appellatio-
nem, antequam procedat vlterius, *Franc.in
d.c.Romana §.ſi vero in princ.Rot.deciſ. 6.hoc tit.
in antiq.Gail.obſ.*119.*lib.*1.*Mynſ.obſ.* 15. *cent.*3.
Iudex autem qui ſententiam tulit à qua eſt
appellatum non eſt citandus, *c.venerabilibus
in princ.verſ.ſed ſi excommunicatus de ſent. ex-
comm.in 6.Fel.in c.dilectus el.1.num.3.de reſcript.
Fel.in c.ſacro num.9.de ſent.excomm.& Pan.nu.
6.Mynſ.obſ.*82.*cent.*3.& *obſ.*87.*d.cent.* 3. quo-
niam tueri hanc cauſam non ad ipſum iu-
dicem, ſed ad eum pro quo lata eſt ſenten-
tia, ſpectat, *d.c.venerabilibus in princ.verſ.ſed ſi
excommunicatus*, In appellatione iudiciali di-
ſtinguendi ſunt quatuor caſus, ſiue iudex
qui de appellatione cognoſcit, ſit metropo-
litanus, vel Epiſcopus, legatus, nuncius, aut
delegatus à ſede Apoſtolica, *Archid.in d.cap.
Romana ſub num.5.in gloſ.ſuper verb. prohibere
Gemin.ibidem in § quod ſi ſub num.2.verſ.oppono
quod iudex c.legati ſeſſ.22.* Primus eſt com-
munis appellationi interpoſitæ ab interlo-
cutoria, & definitiua, vt quando opponi-
tur nullatenus, vel non intra decem dies,
fuiſſe appellatum, vel non appellatum in
ſcriptis, eo caſu quo debuit in ſcriptis appel-
lari, vel appellationē eſſe deſertam, *l.2.§.fin.
cum ibi not.C.de temp. & repar.appel.Rot.dec.24.
hoc t.in nou.* vel aliud quid ſimile, qualia poſ-
ſunt opponi in vim declinatoriæ exceptio-
nis, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis,& iudex appellationis non poteſt inhibere iudici à quo, aut de principali cauſa cognoſcere, niſi prius ipſe appellans probauerit legitimam appellationem, & cauſam ipſam ad eum totaliter eſſe deuolutam, *d. c. Romana § ſi vero & ibi Franc. numer. 2. & Can. Ioan. And. in c. 1. num. 2 hoc tit.* quia legitimatio perſonæ iudicis, & cognitio an ſit iudex debet præcedere exercitium iuriſdictionis: *c. ſuper litteris de reſcript. Rot. dec. 24. hoc ti. in nou.* quod ſi pronunciet appellationem deſertam, & appelletur doceaturque de diligentia appellantis, poteſt reponere, quia quoad hoc cenſetur interlocutoria, *c. ſi à iudice de appell. in 6. Rot. dec. 9. hoc tit. in nou. Rot. dec. 42. & 43. hoc tit. in antiq.* Præterea poſſunt opponi in vim peremptoriæ exceptionis, & ſuper illius probatione fit remiſſio, & dabitur dilatio extra Curiam, quia peremptoriæ exceptionis, probationes non cogitur appellans ſecum ad Curiam ferre, niſi citatio ipſum arctet. *Ioan. And. in c. 1. n. 2. & 3. hoc tit.* Secundus caſus eſt, quando conſtat appellationem eſſe interpoſitam à ſententia definitiua in caſibus regulariter permiſſis, vel ab interlocutoria vim definitiuæ habente, *gloſſ. in fin. in verb. inanes & ibi Can. de elect. in 6. Gail. obſ. 130. nu. 5. & obſ. 144. in princ. lib. 1.* quæ ſuſpendit & deuoluit, *dictum eſt ſupra Gail. obſ. 144. in princ. lib. 1.* Articulus appellationis non eſt diſcretus à cauſa principali, poteſt iudex ad quem ſtatim inhibere, & cognoſcere de cauſa principali, *c. cum cauſam & ibi gloſſ. fin verſ. ſi vero aliquis appellat. & l. 2 in fine ff. hoc tit. & ibi Bart. & DD. c. 1. verſ. ijs quæ in appellationibus eod. in 6. & vtrobique Can. l. Titianus in fine ff. quod cum eo qui in alien. poteſt, &c.* Tertius caſus eſt, quando appellatio à definitiua in caſibus à iure notatis *in l. fin. ff. de appell. recip. Franc. in rub. de appell. n. 17. & 18.* vel ab homine, *Mynſ. obſ. 3. cent. 1.* Prohibitis, vel à tertio pro intereſſe ſuo, *Pan. in c. cum ſuper num. 5. de re iud. & ibi Can. l. à ſententia ff. hoc tit.* Apparet interpoſita cauſa expreſſa; *Franc. in d. c. Romana §. ſin autem num. 6.* & iudex non debet inhibere niſi poſtquam cœperit cognoſcere, an appellatio ſit recipienda vel non; *d. c. Romana §. ſin autem*, quia licet in appellationib. à definitiua in caſibus permiſſis, iudex debeat cognoſcere de meritis cauſæ, & videre an bene vel male ſit iudicatum, *c. fin. in fine 2. quæſt. 6. l. eos 1. C. hoc tit.* tamen hoc caſu cognitio de legitimitate appellationis ſeparata eſt ab articulo, & meritis cauſæ principalis; *Gemin. in d. . autem num. 3.* quo diſcuſſo, & appellatione admiſſa, ſicut in appellationibus à definitiua in caſibus permiſſis, poteſt etiam altera parte contumaciter abſente, iudex ad quem principale negotium, ſi liquet, definire, *c. per tuas hoc tit.* Quartus caſus eſt, quando appellatum eſt ab interlocutoria, & obijcitur quod non ſit emiſſa ex cauſa iuſta, & legitima, tunc ſi apparet patenter legitima, quia in iure eſt expreſſa, poteſt inhibere antequam cognoſcat, an ſit vera, ſi vero dubitat an ſit probabilis, non debet inhibere, niſi poſtquam cœperit cognoſcere de veritate cauſæ: *d. c. Romana §. quod ſi*, ratio diuerſitatis eſt, quia exceptio (cauſam expreſſam in appellatione ab interlocutoria non eſſe legitimam) eſt declinatoria, ſed ſi excipiatur quod cauſa non ſit vera, tunc eſt exceptio peremptoria: *Franc. in d. c. Romana §. quod ſi num. 1. & 2. & ibidem Can. Gail. obſ. 144. n. 4. lib. 1.* & altera parte per contumaciam abſente, etiam lite non conteſtata in appellatione, vel cauſa principali, iudex ad quem definit actum appellationis, *c. interpoſita § fin. hoc tit.* quia in hoc caſu prioris iudicis iniquitas principaliter arguitur, atque aliter decretæ inhabitiones, proceſſus, & inde ſecuta quæcunque ſunt ipſo iure nulla, ex diſpoſitione

Concilij Trid. *c. legati ſeſſ.* 22. De principali negotio Archiepiſcopus, ad quem appellatum extitit ante definitiuam, etiam in cauſa eccleſiaſtica inter laicos acta, *Franc. in c.* 1. *ſub num.* 2. *verſ. in gloſſ. in verb. clericorum de for. compet. in* 6. *& ibi Bellam. in repet. d. c. num.* 3. *&* 4. *& Can.* quando ſuffraganeus non detulit appellationi, *c.* 1. *& ibi Anch n.* 1. *poſt gloſſ. in verb. prætermiſſo & Can. communiter de for. compet. in* 6. *c. cum appellationibus* §. *ſi vero de appell. in* 6. *Collect. in c.* 1. *num.* 3 *de for. compet.* cognoſcere non poteſt, etiam de conſenſu partium, *c. Romana in princ. de for. compet. in* 6. *c. Romana* §. 3. *&* 4. *hoc tit. in* 6. *Franc. Marc. deciſ.* 177. *part.* 1. *c.* 1. §. *poſt hoc & ibi gloſſ. in verb. omiſſo hoc tit. in* 6. niſi finito articulo appellatum quo caſu non habet locum remiſſio, ſed ipſemet iudex appellationis de cauſa principali cognoſcere poteſt, *c. vt debitus in fine & ibi gloſſ. in verb. alioquin Franc. nu.* 46. *& Can hoc tit. Gail. obſ.* 131. *lib.* 1. *Bart. l. eos* 1. *num.* 4. *C. hoc tit. Mynſ. obſ* 79. *cent.* 3 *& obſ.* 46. *cent.* 4. Secus eſt in epiſcopo, ad quem appellatum extitit ab Archidiacono, vel alio inferiore prælato, quia epiſcopus à ſubditis adiri poteſt per ſimplicem querelam: *gl. in d. c.* 1. *in verb. prætermiſſio in fine & ibi Bellam. in repet. d. c. ſub n.* 1. 2. *& ſeq. Anch. in fine* 1. *not. & Can. communiter de for. compet.* Item in Papa; ac delegato ab eo ad cauſam appellationis, & principalem; & Rotæ auditoribus, & quolibet iudice ordinario qui per ſimplicem querelam cognoſcere poteſt, *gloſſ in cap.* 1. *in verb ad nos hoc tit. in* 6. qui, omiſſo articulo appellationis, de partium voluntate procedunt in negocio principali, niſi appellatus contradicat, & velit quod prius procedatur in negocio appellationis: *Rot. deciſ.* 67. *hoc titul. in antiq. cap.* 1. § *poſt hoc & ibi poſt gloſſ. Franc. numer.* 6. *& Can. hoc tit. in* 6. *Franc in cap.* 1. *numer.* 2. *de for. compet. in* 6. *& ibi Can.* De conſenſu vero appellati, inuito & contradicente appellante, omiſſo appellationis articulo in cauſa principali procedunt, & definitiue pronunciant, *c. cordi de appell. in* 6. *& ibi Ioan. Andr. num.* 6. *& Can. communiter Gail. obſ.* 136. *lib.* 1. *Mynſ. obſ.* 79. *cent.* 3. quia in eo quod primo cognoſcatur ſuper articulo appellationis, verſatur fauor ſolius appellati, cui fauori ſi renunciet, non poteſt appellans conqueri; quia appellationem ſuam aſſerit legitimam, & per conſequens totam cauſam ad iudicem appellationis deuolutam, qui cauſam non remittit, ſed incipit ipſe de ea cognoſcere, *c. vt debitus & ibi Can. de appell. Gail. d. obſ.* 136. *pulchre Dec. in d. c. vt debitus num.* 74. *& ſeqq. ponens dictas tres concluſiones,* & ita paſſim ſeruatur in Rota, vt commiſſa cauſa appellationis ab interlocutoria lata in partibus, vna cum negocio principali, non conſtito de appellatione, procedatur in principali, *gloſſ in c.* 1. *in caſus poſ. in vlt. not. hoc tit. in* 6. *Achil. deciſ.* 17. *num.* 3. *&* 4. *de reſcript.* Imo delegatus, cui à ſede Apoſtolica ſimpliciter commiſſa eſt cauſa appellationis huiuſmodi, pronunciatio quod bene fuit appellatum, poteſt abſque noua commiſſione cognoſcere de cauſa principali, *gloſſ. in c. ex tenore in verb. terminetis de for. compet. d. c. vt debitus & ibi Franc. num.* 49. *dicens ita practicari,* cauſa principalis (iuſtificata cauſa appellationis ab interlocutoria) non poteſt remitti ad iudicem à quo inuito appellante, cum ſit ſuſpectus, ex quo ſemel grauauit, *c. ad hec ſi vna hoc titul. & ibi gloſſ. c. c. vt debitus & ibi Franc. numer.* 46. *& DD. communiter de appell. Bald. & DD. in l. eos* 1. *C. eod. Gail. obſ.* 131. *lib.* 1. Cauſa appellationis pronunciata legitima, appellans condemnandus eſt in expenſas, *c. cum appellationibus hoc tit. in* 6. & iudex à quo immediate, poſtquam pronunciatum eſt male appellatum, recuperat facultatem

cogno-

cognoſcendi de cauſa principali; nec requiritur aliqua verbalis remiſſio iudicis ad quem; *Franc.poſt Ioan.And.in d.c.vt debitus numer.47.* niſi iudex à quo detuliſſet appellationi, tunc enim tota cauſa eſt deuoluta ad iudicem ad quem, etiamſi pronunciaret male appellatum, ideo iudex à quo non poteſt cognoſcere niſi cauſa ſibi remittatur per iudicem ad quem, *d.cap.cum appellationibus §. ſi vero*, quæ remiſſio eſt noua commiſſio, *Rot. deciſ.49.num.4.hoc tit.in nou.d.cap. cum appellationibus §.ſi vero iudex hoc tit.in 6. Gail. obſ. 131.lib.1.per tot.*

61 In appellatione extraiudiciali, † propter hoc, quod ſuperior iudex appellationis incipit cognoſcere, de appellatione ſiue in principali, ſiue alio modo; non debet impediri officium, vel ius primi, vel alterius hominis, quin illud exequatur ſicut primo; quia reſcripta vel appellatio non debent quemq; priuare ſua poſſeſſione, quamuis & hoc ipſum ſit in iudicio; *Archid.in d.c. Romana ſub n.5.in gl.ſuper verb.prohibere circa finem*
62 *gl.* Secundo † ad officium iudicis ad quem pertinet, quando appellatum fuit à ſententia definitiua, reuocare attentata quæcunque facta infra decem dies ad appellandum datos, ac etiam poſt appellationem interpoſitam *l.per hanc.& ibi Angel. num. 3. limitat 6.med.C.de temp.appell.c.non ſolum hoc tit.in 6. Fel.in c.cum I.& A.num.5.de re iud.c.ſollicitudinem & c.dilectis hoc tit.Gail. obſ. 146. lib.1.* Perpetrata infra decem dies, quamuis etiam appellatum non eſſet, ac appellatione deſerta, non per viam attentatorum, ſed nullitatis, *Caſ.deciſ.2.hoc tit.atteſtans hanc diſtinctionem ſeruare Rotam Franc.in c.ſæpe ſub num.30.in gloſſ.in verb.rata hoc tit.* ideo priuationis impetratio obtenta, & collatio intra decendium datum ad appellandum eſt nulla, cum omnibus decretis & derogationibus in ea appoſitis, nec reconualeſcit, licet poſtea non fuerit appellatum. *Mohed.deciſ. xj.de præb.& deciſ.17.ſub num.1.verſ.inſuper in hac cauſa de cauſ.poſſ.& prop.Put.deciſ.27.lib.1.fuſe Franc. Aretin.in l.qui à latronibus §.ſi quis in capitali col.2.verſ.extra gloſſ.quæſiuit hic ff.de teſtam. & DD.Greg.xv.deciſ.339.num. 4.& ſeq.& ibi annot.& deciſ.513.* Perpetrata poſt appellationem emiſſam, & poſt decem dies, per viam ordinariam, aut extraordinariam vt dictum eſt in titulo vt lit.pend.&c. quæ appellatione deſerta non reuocantur, *Caſ.d.deciſ.2. hoc tit.Franc.in d.c.ſæpe ſub num.30.in gloſſ in verb. rata hoc tit.in nou.* Excipe, ſi ſint perpetrata à procuratore generali, (quia in generali mandato non venit delictum,) *Bart.in l.ſi procurator num.6.& 7.ff.de cond.indeb.* Si non probatur ſcientia principalis, ſine qua non inducitur ratificatio, quæ à principio non ſunt purganda, etiamſi principalis inhibitus non certificauerit procuratorem, quod ſe amplius non intromitteret. *Caſar.deciſ.3.hoc tit.Bellam.deciſ.550.Bart.in l.ſi procuratorem numer.6.& 7.ff.de cond.indeb.* Quando appellatum eſt ab interlocutoria ante definitiuam attentata reuocari non debent, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, *c.non ſolum §.illa hoc tit.in 6.Rot.deciſ. 44.hoc tit.in nou.Achil.deciſ. 30.hoc tit.* fauore appellati, ſed contra appellantem reuocantur ante iuſtificationem cauſæ appellationis, quia non poteſt dare de iniuſtitia propriæ appellationis, *Achil. deciſ. 34.num. 5.hoc tit.Innocent.in c.2.num.3.in fine de reſcript.per c.ex parte el.2.de reſcript.iuncto c. oblata de appell.* niſi iudex appellationis inhibeat canonice iudici à quo extitit appellatum, aut parti, licet inhibitio iudici non fuerit præſentata, *Lancell.de attent.part.2.cap.20.ampliat 19.Greg.xv.deciſ.360.n.2.* ne procedat. tunc enim quidquid poſt inhibitioné huiuſmodi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuerit innouatum, eſt, licet cauſa eadem non
ſit vera per eundem appellationis iudicem
ante omnia in priſtinum ſtatum reducen-
dum, *d. c. non ſolum §. illa Achil. deciſ. 29. hoc tit. Rot. deciſ. 20. hoc tit. in nou. & ibi addit. Rot. deciſ. 1. de offic. deleg. & ibi add. Greg. xv. deciſ. 435. & ibi annot.* ne aperiatur via inferioribus iudi-
candi ſuper inhibitionibus ſuperiorum: de
attentatis poſt appellationem extraiudicia-
lem eorumque reuocatione dictum eſt ſu-
pra hoc tit. Pendente cauſa attentatorum,
& executione ſententiarum ſuper eis lata-
rum, non currunt fatalia appellationum,
*Rot. deciſ. 15. hoc tit. in nou. Creſcent. deciſ. 10. nu. 2. de cauſ. poſſeß. & prop. c. non ſolum ibi ante omnia hoc tit. in* 6. ſecus ſi ſuper attentatis ſuc-
cubuiſſet, quia tunc ipſemet ſibi impedi-
mentum præſtitit, *Rot. d. deciſ. 15. hoc tit. in nou. Bald in l. contra maiores num. 4. C. de inoff. teſtam.*
Notandum eſt, quod non cenſetur atten-
taſſe, qui poſt inhibitionem totalem iuit ad
concilium regium pro manutentione ſuæ
poſſeſſionis, quam poterat propria auctori-
tate defendere, *Achil. deciſ. 36. hoc tit. Pariſ. conſ. fin. vol. 4. §. fera beſtia verſ. nec intereſt Inſtit. de rer. diuiſ. l. iniuriarum §. fin. ff. de iniur.* quodque
in dubio præſumitur inhibitionem ſubſecu-
tam eſſe, & non præceſſiſſe eadem die at-
tentatum, ad euitandum delictum, *Achil. deciſ. 37. hoc tit. l. Titia §. idem reſpondit ff. de verb. oblig. Crauett. conſ. 25. num. 7. l. quoties ff. de reb.*
63 *dub.* Imponitur † exordium cauſæ appella-
tionis vna tantum parte præſente, dummo-
do interueniat citatio alterius, licet in alijs
requiratur litis conteſtatio, *l. fin. §. illud & ibi gloſſ. in verbo exordium & DD. C. de temp. & reparat. appell. c. per tuas hoc tit. Mynſing. obſ. 1. & 38. cent. 1.* Citatio abſentis neceſſaria non eſt,
quando appellatio interpoſita fuit ab in-
terlocutoria ad curiam Romanam, & re-
cepta à iudice, vel per partem appellatam
approbata, & fuit ſtatutus terminus, ſiue à
iudice vel ab appellante ad proſequendam
appellationem, quia talis terminus habet
vim peremptorij ad cauſam totam, adeo
quod abſque alia citatione poterit procedi
contra abſentem ad inſtantiam alterius par-
tis, *c. ſæpe & ibi Pan. n. 6. & 9. Franc. nu. 3. & 13. & Can. hoc tit.* Idem obtinet in appellatione
à definitiua ſententia ex ſtylo, *Rot. deciſ. 48. hoc tit. in nou. c. Nicolao c. oblatæ hoc tit. Rot. deciſ. 26. de reſcript. in antiq.* alij vero tenent quod
appellatio à definitiua cum præfixione ter-
mini, quam pars appellata approbauit, de-
uoluit cauſam ad curiam, & habet vim per-
emptoriæ citationis, & hoc caſu nulla eſt
differentia in appellatione à definitiua vel
interlocutoria, ſed quod in appellatione à
definitiua ſola delatio iudicis cum aſſigna-
tione termini ſine approbatione partis non
deuoluit, nec habet vim peremptoriæ cita-
tionis ex eo quod in appellatione à defini-
tiua, delatio iudicis nihil operatur; quia non
poteſt iudex non deferre, *c. non ſolum hoc tit. in* 6. & hoc caſu ponunt differentiam inter
appellationem ab interlocutoria, & appel-
lationem à definitiua, *Franc. in c. ſæpe nu. 30. hoc tit. & ibi Pan. poſt Specul. num. 2. & Can.*
Appellationem extraiudicialem habere
vim peremptoriæ citationis dictum eſt ſu-
pra §. appellatio alia eſt extraiudicialis. Ap-
pellans ſeu † alias ob lapſum biennij ad 64
alium iudicem recurrens, tenetur omnia
acta coram epiſcopo geſta, ad iudicem ap-
pellationis, expenſis ſuis, epiſcopo prius ad-
monito transferre, & reproducere parte ad-
uerſa citata, etiam quando cauſa eſt com-
miſſa prout in prima inſtantia, quia hoc non
tollit, *Greg. xv. deciſ. 320. & ibi annot.* quod
acta, quæcunque illa ſint, etiam criminalia,
quæ in eam influunt, nõ ſint tranſportanda,
alias ſecunda ſententia, actis primæ in-
ſtantiæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtantiæ non reproductis coram iudice appellationis, eſt nulla, etiamſi prima ſententia ſit iuſta. *l.2.& ibi Bart.num.2. Iaſ.num 15. Dec.num.33.& 34.C.de edend.Fel.in c. Eccleſia S. Maria n.16.circa fin.de Conſtit.* ſed ſi appellatus compareat, tunc is quoque cogitur actorum, quæ translata ſunt, expenſas pro portione ſua ſi illis vti voluerit, ſubire, porro ipſam actorum copiam tenetur notarius congrua mercede accepta appellanti quantocitius, & ad minus intra menſem exhibere, qui ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij adminiſtratione ſuſpenditur, & ad duplici pœnam, quanti ea lis fuiſſet inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam , compellitur: Iudex vero ſi & ipſe impedimenti huius conſcius, particepſue fuerit, aliterue obſtiterit, ne appellanti integra acta, intra tempus, traderentur; ad eandem dupli pœnam tenetur, *c. cauſæ omnes §.prætereа ſi quis ſeſſ.24.* In criminalibus reus ab epiſcopo, ſeu eius vicario appellans, coram iudice ad quem appellauit acta primæ inſtantiæ omnino tenetur producere, is autem à quo appellatum fuerit intra triginta dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibere, alioquin abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi terminatur, *c.reus ſeſſ.13.* Proceſſus tranſportatus præſumitur integer, quamdiu contrarium non docetur, *Crauett.de antiq.temp.part.2.n.85 arg.l.cum de lege ff.de prob. Bald.in l.25.ſi is qui ff. de teſtam. Iaſ.in rub. ff. de nou.oper.nunc.circa fi.verſ.vlt.in quantum Greg. xv.deciſ.59.nu.1.& deciſ.72.* & in forma probanti, quando fuit extractus à notario actuario, etiam ſine citatione partis; & compulſoria, *Rot deciſ 1.de fid.Inſtrum.in nou. Rot. deciſ. 4.de fid.Inſtrum.in antiq.Felin.in c.fin.num.7. de fid.Inſtrum.Caputaq deciſ.170.part.1.Greg.xv. deciſ.59.n.4.& deciſ. 58.nu. 11. dicens conſ. Trid. habere locum in cauſa Eccleſiaſtica & non propha-*

*na & ibi annot.* Appellator † appellationem 65
iudicialem & extraiudicialem neque ad finem peragere, & finire debet infra annale tempus, & ex cauſa impedimenti in primo fatali infra ſecundum fatale, ſeu biennium, *c.ex ratione hoc tit.* vt ſupra dictum eſt, non à tempore ſententiæ, ſed à die interpoſita appellationis, vel à die illati grauaminis, vbi à futuro grauamine appellatur, numerandũ, *Clem.ſicut hoc tit. Pan.in c.ex ratione in 2.not.hoc tit.* Appellatore ceſſante, cum vnus menſis ſupereſt ex biennio, licet victori ingredi, vt quæratur, quo ſiue inuento, ſiue non, ſuas
adferre poteſt † allegationes, vt vel confir- 66
metur, vel reſcindatur ſententia : in omni caſu abſente in expenſis condemnando, ſecundum tempora fatalium dierum: *Auth. ei qui appellat §.appellatore C. de temp. appell. c. reprahenſibilis & c.ſæpe in princ. hoc tit.* ante vltimum menſem biennij pars appellata proſequi poteſt, ſed non petere definire, *Franc. Marc.quæſt.147.vbi diſputat.in vtramque partem part.2.* Appellator abſens, vltima die citandus eſt ad audiendam ſententiam, *Bald.in d. auth.ei qui appellat ſub num.4.per illum text.* niſi à iudice à quo, vel ipſo appellatore, terminus appellationi fuerit præfixus , iuxta dicta in principio huius §. qui vim edicti peremptorij obtinet, ita vt ex tunc in abſentem perinde procedatur, ac ſi peremptorie ad iudicium vocatus extitiſſet, *c. Nicolao c.ſæpe §.quia tamen hoc tit. Bald.in d.auth.ei qui ap-*
*pellat ſub num.4.* Neutro † occurrente, poſt 67
ſecundum fatale, permanet ſententia: *d.auth. ei qui appellat. in fine.* appellans cadit de appellatorio iuuamine, *l.fin.§.illud in fine C. de temp.& repar. appell.* & ſi appellatum fuerit à ſententia definitiua , poteſt talis exceptio opponi in vim declinatoriæ, quia concludit defectum iuriſdictionis iudicis ad quem, *Butr.in c.reprahenſibilis ſub num.17. hoc tit.* &



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amplius adiri non poteſt etiam vtraque parte conſentiente. *Clem. ſi appellationem hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. appellatus & Can.* Bald. *in l. eos 1. num. 5. C. eod. tit. Pan. in c. ſæpe numer. 10. hoc tit. Mynſing. obſ. 59. cent. 2.* Stylus curiæ habet, quod pars appellans tantum citatur ad docendum de diligentia ad proſequendum, de quo ſi non doceatur, expeditum eo, quia ſolum lapſus temporis excludit, *Rot. deciſ. 2. hoc tit. in antiq. Clem. ſicut appellationem hoc tit. l. quoniam 1. C. hoc tit. Clem. ſi appellationem & ibi gloſſ. in verbo deſerta hoc tit.* ideo non prorogatis fatalibus, remiſſoria eſt nulla, propter defectum iuriſdictionis, *Felin. in cap. inter monaſterium ſub num. 23. in fin. verſ. tempora tertio de re iud.* Rot. *diuerſ. deciſ. 159. part. 1.* appellans cadit ab inſtantia, & cauſa . nec amplius ſuper eodem negocio audietur, *Auth. item ſi appellatione & ibi Bart. in fine nu. 2. C. de temp. & reparat. appell. Bart. in l. petendæ C. de temp. in integr. reſtit.* & firma remanet ſententia iudicis à quo, etiam lata contra ius litigatoris, *Clem. ſi appellationem & ibi gloſſ. fin. & Can. c. in præſentia & ibi Zab. & Can. de renunciat.* qui poteſt ſuam ſententiam executioni mandare, non aſſignato quadrimeſtri, poſt fatalia decurſa, *gloſſ. in l. 2. in verbo executioni & ibi DD. C. de temp. & reparat. appell. Franc. in c. ex ratione num. 86. hoc tit. Mynſing. obſ. 70. cent. 2.* appellante citato, *Felin. in d. c. ex ratione numer. 9. & ibi Can. communiter hoc tit.* abſque eo quod iudex ad quem pronunciet ſuper deſertione, vel confirmet primam ſententiam, *l. fin. § illud C. de temp. & reparat. appell. l. eos la. 1. & ibi gloſſ. in verbo vel iniuſtum C. hoc tit. Bart. in l. tale pactum § qui prouocauit n. 3. & ibi DD. ff. de pact.* ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus: *Mohed. deciſ. 3. de re iud. dicens ita obtentum fuiſſe in Rota Clem. ſi appellationem hoc tit. & ibi Can. l. quoniam 1. C. hoc tit.* quia iudex à quo pronunciat appellationem deſertam, *Clem. ſi appellationem c. perſonas c. cum ſit Romana & But. in c. repræhenſibilis n. 17. & Bald. in l. eos 1. num. 5. C. hoc tit.* niſi appellatio fuerit coram iudice ad quem introducta, & coram eo facta aliqua proſecutio, quia tunc iudex ad quem, etiamſi delegatus datus in cauſa appellationis abſque alia noua commiſſione, *Rot. deciſ. 24. hoc tit. in nou. per c. ſuper litteris de reſcript. & cap. ſignificantibus de off. deleg.* pronunciat appellationem deſertam, & abſoluit ab obſeruatione iudicij, *l. ſi præſes & ibi Bald. C. quom. & quand. Iud. &c. Bart. in d. l. eos 1. num 8. C. hoc tit.* & condemnationem expenſarum poſtea quandocunque ſupplet, quia expenſæ ratione deſertæ appellationis debentur condictione *c. repræhenſibilis § ſi autem hoc tit. Franc. in c. ſæpe num. 46. & ſeqq. hoc tit.* appellante citato, etiamſi cauſa deſertionis fuerit ſpecialiter commiſſa, alias ſententia ſuper deſertione lata, eſt ipſo iure nulla, *Rot. deciſ. 22. de re iud. in nou. Rot. deciſ. 59. hoc tit. in nou. c. nos in quemquam 2. quæſt. 1. c. Eccleſia S. Mariæ & ibi gloſſ. in verbo non conuenti allegat concord. de Cõſtit.* vel ſi voluerit confirmat primam ſententiam: *Rot. deciſ. 14. hoc tit. in nou. Caſ. deciſ. 1. num. 4. & Mohed. deciſ. 9. eod. Put. deciſ. 115. lib. 1. Innocent. in c. 1. in fin. de confirm. vtil. vel inutil. & c. auth. ei qui C. de temp. & repar. appell. Rot. deciſ. 41. hoc tit. in antiq.* nam ex quo tempora appellationis ſunt elapſa, & ſic ſententia per ius eſt confirmata, *c. cum ſit hoc tit.* iudex non male facit confirmando ſententiam per legem iam confirmatam, *Rot. d. deciſ. 14. gloſſ. in l. eos 1. in verbo iniuſtam C. hoc tit. Mynſing. obſ. 60. cent. 2. vbi addit alium caſum* ſed non poteſt eam infirmare, quia caret iuriſdictione, *Put. d. deciſ. 115. lib. 1. Clem. ſi appellationem hoc tit. Capell. Tholoſ. quæſt. 244. Mynſ. obſ. 59. cent. 2.* quando ab vtraque parte appellatio eſt deſerta, licet vtraque pars appellationem poſtea ſit proſecuta quia hoc caſu partes

etiam

etiam expreſſe non poſſunt prorogare Iuriſdictionem. Si ante ſententiam appellatum fuerit, ab aliqua interlocutoria, & appellatio fuerit deſerta, cogitur appellans ſtare iudicio iudicis à quo, ſed poterit iterum appellare, ſi iterum grauetur, quia per hoc non cenſetur verus contumax, *d.c.cum ſit Romana in fine princ. & c. directæ & vtrobique Can. hoc titul.* Si vero à grauamine extraiudiciali appellatum fuerit ea deſerta, iterum auditur appellans per viam querelæ , tum quia facta extraiudicialia non tranſeunt in iudicatum, *c. concertationi hoc tit. in 6.* & quia non ſolet dici appellatio, ſed quædam prouocatio ad cauſam, *d.c. cum ſit Romana in princ. verſ. ſi vero & ibi gloſſ in verbo nec ſolent & Pan. n.* 18. *& ſeqq. c. bona hoc tit.* per viam autem appellationis non eſt vlterius audiendus, *d. c. concertationi Pan. in d.c. cum ſit Romana n.* 19. Sen-
68 tentia † ſuper deſertione dicitur interlocutoria, *c. ſua ibi interlocutus hoc tit. Rot. deciſ. xj. eod. in nouis Fel. in rub. de re iud. numer. xj. Ioan. Monach. in c. cupientes num. 69. & ſeq. de elect. in 6.* nec tranſit in rem iudicatam quoad iudicem, *c. ſi adhuc hoc tit. in 6. c. cum ceſſante eod. late Rot. deciſ. 42. hoc tit. in antiq.* tamen habet vim definitiuæ & in appellatione ab ea non habet locum Clem. appellanti hoc tit. *Rot. deciſ. 42. & 43. hoc tit. in antiq.* vel eſt interlocutoria, quando pronunciatur deſerta appellatio ab interlocutoria , & definitiua, quando pronunciatur deſerta appellatio à definitiua. *Fel. in rub. de re iud. n. xj. Rot. dec. 21. de re iud. in nou. Rot. diuerſ. deciſ. 300. num. 7. & 8. part. 2. Gail. obſ. 138. lib. 1. Mynſ. obſ. 36. cent. 3.* in dubio pronunciandum eſt pro non deſertione, ſi res non eſt omnino clara, *Rot. diuerſ. deciſ. 32. num. 3. part. 2. Iaſ. in auth. adhæc C. de iud. num. 3. & ibi DD, Paul. de Caſtro in l. 1. ff. ſi quis cautionibus num. 4. & ibi DD, l. ſi contra & ibi pulchre Bald. & DD, C. hoc tit. Mynſ. obſ. 22. cent. 3.* Appellans iuſte impeditus infra ſecundum fatale, reſtituitur abſque libelli oblatione, *Bald. in auth. ei qui appellat num. 4. C. de temp. & reparat. appell. per l. defendente ff. de auct. & conſenſ. tut. vel curat.* incidenter, aduerſus eius lapſum, *Rot. deciſ. 2. & 3. de reſtit. in integ. in antiq & deciſ. 1. eod. in antiquiori Innocent. in c. ſuſcitata ſub n. 1. de in integ. reſtit. cap. 2. de off. iud.* à iudice ad quem, *l. præſes C. de appell. & ibi Bar. & DD. Franc. in c. ex ratione numer. 75. eod. tit. Gail. obſ. 143. lib. 1.* ad illud tempus tantum, in quo iuſte fuerit impeditus, *c. ex ratione hoc tit. & ibi Innocent. circa fin. num. 2. & DD. Rot. deciſ. 60. eod. in antiq. Mynſ. obſ. 42. cent. 1. & obſ. 98. cent. 5.* & debet tria probare impedimentum, tempus per quod durauit, & diligentiam vt remoueret impedimentum, *Dec. in d.c. ex ratione num. 48. & 53. 61. & ſeqq. & ibi Can. Oldr. de reſt. in integ. part. 2. quæſt. 71. art. 3.* aut ſi peruenit à iudice ſe fuiſſe proteſtatum, *Bald. in d.c. ex ratione num. 10. & xj.*

De prorogatione † fatalium exercendæ 69
& finiendæ appellationis, non reperitur iure ſt. in ſtatutum, vnde ſtandum eſt l. nemo C. de temp. & repar. appell. ibi. neque ſub prætextu quodam altero &c per quæ videtur, prohiberi prorogatio. *Bald. in l. fin. num. 12. C. ſententiam reſt. non poteſt. Mynſ. obſ. 49. cent. 3. tenet Iure ciuili poſſe prorogari.* Iure canonico videntur poſſe arctari & prorogari ex cauſa; *c. oblatæ §. ſuperior hoc tit. ex ratione & ibi Can. hoc tit. Addit. ad ſpecul. hoc tit. §. 7. nunc breuiter part. 3. num. 10. in verb. ex ratione late diſputat. in vtramque partem an hæc fatalia poſſint per partes conſentiente iudice prorogari Gail. obſ. 140. n. 7. & obſ. 141. n. 6. & ſeqq. eod.* quorum prorogatio poteſt fieri à Rota, quoties ſibi videtur, etiam ſine partis citatione, vigore Innocentianæ; *Creſcent. deciſ. 3. de off. deleg. gloſſ. in l. ſed & interpellatur & in l. ſic in proferre ff. de arbit. Iaſon. in l. nec quicquam numer. 23 ff.*

de off.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de off.proconſ.& leg.atteſtans de communi & ibi* DD.*gl.in l.recuſarem in princ.ff.de iud.c.conſuluit de offic. deleg.* ſimpliciter conceſſa prodeſt
tam in cauſa appellationis, quam reſtitutio-
nis in integrum; ſecus ſi reſtringatur ad cau-
ſam appellationis: *Rot.diuerſ.deciſ.82.part.2.*
*facit l.2.verſ.quod ſi ita contigerit C.de temp. &*
*repar.appell.* facta in cauſa acceſſoria porri-
gitur ad cauſam principalem. *Rot. diuerſ. de-*
*ciſ.66.part.2.arg.l.fin.§.fin.C.de vſur.rei iud.*
Prorogationes obtentæ ab aſſertis procura-
toribus dicuntur ratificatæ per vlteriores
prorogationes obtentas à legitimis procu-
ratoribus; *Card.Seraph.deciſ.362.num. 3. &*
*ſeqq.l.quo enim & ibi gloſſ.in verb.comprobare &*
*eſt textus in l. paulus reſpondit ff.rem rat hab.*
prorogatio fatalium facta in primo anno
incipit à fine biennij, non autem à fine anni,
*Put.deciſ.385.lib.1.* quia inducta ad vnum fi-
nem, ſcilicet vt quis ſit diligentior, ne pro-
pter lapſum biennij fatale expiret, non de-
bet operari contrarium effectum. *l. legatum*
*inutiliter ff.de adim.leg.l.2.ante finem C.de iure-*
*iur.propter cal.dand.cum ll.vulgar.* Iudex ap-
70 pellationis † debet pronunciare primam
ſententiam iuſtam, vel iniuſtam: *d. l. eos 1.C.*
*hoc tit.gl.fin.in l.1.ff.de re iud.l.ſi prætor in princ.*
*ff.de iud.l.in ratione §.imperator verſ. cum qui-*
*dam ff.ad leg.falcid.* & ſi pronunciat confir-
mando primam ſententiam, non eſt neceſſe
quod addat verbum, abſoluo, vel condem-
no; ſi pronunciat contra ſententiam: ſiqui-
dem prima fuit abſolutoria: conſultius eſt,
licet de iure non ſit neceſſarium, vt addat, &
ideo reũ condemno ſi vero fuit condẽnato-
ria, & ideo reum abſoluo: *d.c. Romana & ibi*
*Anch.num.8.& Can.hoc tit.in 6.Bart.in d. l. eos*
*1.num.7.per l.cum apud ſempronium ff. iud. ſolui*
*gloſſ.in l.Offidius & ibi* DD.*ff.de leg.3.Prepoſ. in*
*rub.de appell. num.83. & ſeq.* Et ſi ſententia
ſeparabilia, & diuerſa continet capitula,
poteſt eam partim confirmare, & partim re-
formare, etiamſi hoc à parte nec allegatum,
nec petitum ſit. *l.quadam mulier ff.famil. erciſ.*
*l.etiamſi à patre §.1.ff.de minor. 25.ann. & ibi*
*gloſſ.in verb.audiendus l. fin. ff. de Iurepat. Gail.*
*obſ.110.lib.1.c.vt debitus & ibi gloſſ.in verb.alio-*
*quin in fin.& Can.de appell.* Appellans ſuccum-
bens ſemper condemnatur in expenſas, *c.*
*omnino 2.quæſt.6.c.1.& ibi Io.Mon.ſub numer.*
*17.hoc tit.in 6.Bal.in l.fin.in fin.C.quando pro-*
*uoc.non eſt nec.* Appellatus qui obtinuit in
cauſa principali & ſuccumbit in Cauſa Ap-
pellationis tunc condemnatur in expenſas
quando ex primis actis ſuccumbit, *Iaſon. in*
*l properand.§.ſiue autem num.23.& 24.C.de Iud.*
*Mynſ obſ 89.cent.2.Pan.in c.finem litibus numer.*
*25.de dol. & cont.* Iudex appellationis ſiue
ordinarius ſit, delegatuſue principis, *c.ſigni-*
*ficaſti c.in litteris c.querenti de offic.deleg.* aut v-
nus ex Rotæ Romanæ auditoribus, (qui
hodie etiam quoad finalem ſuarum ſenten-
tiarum executionem ordinarijs æquiparan-
tur,) *Paul.V.in Conſtit.edit.ſuper reformat.trib.*
*vrb.tit.de audit.Rota in princ,* exequitur ſenten-
tiam, forte abſolutoriam, & ipſe condem-
nauit, *c.paſtoralis §.preterea de off.deleg. & ibi*
*gloſſ.in verb.diſcuſſa & Can.late Angel.Peruſ. in*
*repet.§.qui prouocauit l.tale pactum ff.de pact.*
*numer.17.& ſeqq.* Sed etiam quando factis
per appellantem diligentijs, primam et-
iam nullam, ex defectu iuriſdictionis, *Iaſ.in*
*l.3.§.condemnatum num.16.& 17.ff.de re iud.*
*Achill.deciſ.4.eod.* vel alias, cognito, quod
male fuit appellatum, confirmauit, *l.præcu-*
*pimus §.officijs C.hoc tit.l fin. in fine C.de iud.*
*auth.ſi quis litigantium C.de epiſcop. audient.* 2
*Mynſ.obſ.94.cent.4.& obſ.94.cent.5.* Poſt
tempus quod datur iudicatis, *l.2.C.de vſur.*
*rei iud.Franc.in c.ex ratione numer.86.hoc titul.*
nec non quando de conſenſu partium ab
appellatione receditur, & appellans ſe obli-
gauit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gauit iudicatis ſatisfacturum : §. *l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact. & ibi DD. Iaſ. in l. à Diuo Pio ſub num. 26. verſ. fallit ff. de re iudic.* quando vero appellatione deſerta, vel non pronunciat ſuper deſertione, vel moderatur ſuam inhibitionem, aut pronunciat appellationem deſertam, vel non potuiſſet tertio prouocari, alio non pronunciato, tunc primus ſiue iudex à quo exequitur ſententiam, *l. ſi contra maiorem l. quoniam nonnulli C. hoc tit. l. fin. § illud C. de temp. & reparat appell. Auth. in d. c. Romana in 9. quaſt. Bartol. in l. præcipimus §. officijs num. 2. Bald. in l. tale pactum §. qui procurauit ff. de pact. Gail. obſ 137. & obſ. 138 lib. 1. Bald. in c. paſtoralis §. præterea num. xj. & ibi Fel. ſub numer. 14. verſ. ſecunda concluſio de offic. deleg. late Franc. in d. c. ex ratione numer. 95. & ſeqq. hoc tit. Mynſing d. obſ. 94. cent. 5.* & non iudex ad quem, ſiue appellationis : *l. 2. in fine & auth. ei qui appellat. & ibi gloſſ. in verb. manet ſententia & l. fin. § illud verſ. ſed ſi per eum ſteterit C. de temp. & reparat appell. l. quoniam nonnulli C. hoc tit. Iaſ in l. à Diuo Pio numer. 26. ff. de re iud. Iaſ. in l. fin. num. 9. C. de iud. Iaſ. in l. fin. num. 9. C de iud. Fel. in c. ex parte 2. numer. 8. & 9. de reſcript. Præpoſ. in c. ex ratione num. 64. & ſeqq. & ibi Franc. num. 95. & 96. hoc tit.* quia deſerta appellatione iudex appellationis caret exercitio ſuæ iuriſdictionis, *Clem. ſi appellationem hoc tit.* & ex lapſu fatalium iuriſdictio, & executio reuertuntur ad iudicem à quo fuit appellatum : *l. eos l. ſi contra maiorem C. hoc tit. Gail. obſ. 137. in princ. & 318. numer. 8, lib. 1. Mynſing. d. obſ. 94. cent. 4.* Excipe

71 quia iudex appellationis, quando ſimul † pronunciat appellationem deſertam, & confirmat priorem ſententiam, prout ex ſtylo Rotæ poteſt confirmare, *Rot. deciſ. 14. hoc tit. in nou. & deciſ. 2. hoc tit. in antiq. Fel in c. ex parte 2. num. 10. de reſcript.* hanc ſuam ſententiam exequitur, *l. præcipimus §. in his autem omnibus C. hoc tit. Auth ſi quis litigantium C. de epiſcop. aud. Bart. in l. tale pactum §. qui prouocauit num. 3. ff. de pact. Præpoſ. in c. ex ratione numer. 65. & ſeqq. hoc tit. Iaſ. in l. à Diuo Pio numer. 26. ff. de re iud. Bald. in l. eos num. 6. C. hoc tit. contrarium tenet Franc. in d. cap. ex ratione num. 97. & ſeqq.* Ex his infertur, cum de Stylo Rotæ ſententia ſuper deſertione prætermitti ſoleat, & de ea per ſaltum ſaltem cognoſci, quod auditor Rotæ, qui moderatus fuit ſuam inhibitionem, non poſſit ſententiam iudicis à quo appellatum extitit, demandare executioni aut taxare expenſas coram iudice à quo etiam in curia factas : *Rot. deciſ. 44 hoc tit. in antiq. Mynſing. obſ. 94. cent. 5.* quia ordinarij iudicis appellationum in tali caſu ſententiam iudicis à quo non poſſunt exequi, vt patet ex præmiſſis ; ſed ſecundum Stylum antiquum impetrandæ ſunt, à ſignatura iuſtitiæ, commiſſio executorialis, aut commiſſio mandati executiui : *Paul. V. in Conſtit. ſuper reform. trib. vrb. tit. de audit. Rot. § item Decanus dixi in tit. prox. de ſent. & re iud. § execution ſententiæ verſ. præfata procedunt*, Quales commiſſiones ex Stylo ſignaturæ iuſtitiæ diriguntur iudici, qui vltimo iudicauit, indiſtincte, ſiue confirmauit priorem ſententiam, tanquam bene latam, vel ex alia cauſa, ſiue ex lapſu fatalium pronunciauerit tacite vel expreſſe appellationem deſertam, *Caſſad. deciſ. 13 in fine de reſcript. Veſt. in praxi libr. 8. c. fin. ſub n. 9. verſ. ſed hodie mand. in form. commiß. execut. & in form. commiß mand. execut.* Illud regulare eſt, quod deſerta appellatione appellans ad ſoluendum non habet tempus, quod datur iudicatis, ſed incontinenti cogitur ad ſoluendum, & ſic inter deſertionem, & executionem, nullum eſt medium tempus neceſſarium, *gloſſ. in l. 2. in verb. executioni C. de temp. & reparat appell. & ibi DD. l. quoniam nonnulli in fine ill: moxq; debitum exigatur*

C.*hoc tit.Franc.in c.ex ratione n.* 86.*& Can. hoc*
*tit.* Quando appellatio ab interlocutoria
pronunciatur deſerta, ius exequitur, & diſ-
ponit quid ſit agendum; quia ſtatim eſt re-
currendum ad iudicem à quo; qui procedit
in cauſa ad vlteriora, nec de alia executione
huius interlocutoriæ eſt tractandum, quod
cauſa non ſit finita, *c.cum ſit in fine princ.c.con-*
72 *ſuluit* 1.*& c.ſæpe hoc tit.* De nullitate † co-
gnoſcitur excipiendo, & agendo, excipien-
do, quando executio ſententiæ poſtulatur,
& per partem, contra quam lata eſt, fore
nullam allegatur *l.ſi cum nulla & ibi gloſſ.*1.*ff.*
*de re iud.l.ſi prætor* §. *Marcellus ff.de re iudic.l.*1.*&*
*ibi Bart.num.*12.*& ſeqq.& DD. C. quand.pro-*
*uoc.non eſt neceſſe.* Agendo, aut incidentér,
quia nullitas venit incidenter ad appellatio-
nem, *l.*1.*& ibi gloſſ.fin.circa finem C.quando pro-*
*uoc.non eſt neceſſe l.ſi expreßim ff.hoc tit. Mynſ.obſ.*
6;.*cent.*4. & deſerta appellatione cenſetur
deſerta inſtantia nullitatis; *Bald.in l.qui teſta-*
*mento in fine ff.de excuſ.tut.* Sed non ipſa lis &
cauſa nullitatis, adeo vt denuo nulla dici
poſſit: *Bald.in d.l.tale pactum* §. *qui prouocauit*
*n.*26.*& ſeqq.Franc.in c.fin.quæſt* 57.*hoc tit.in* 6.
*Bart.in l.ſi vt proponis* 1.*numer. xj. C.quomod.&*
*quand.iud.* quia ea quæ veniunt in vno iudi-
cio incidenter, ſi plene non examinantur,
non nocent in alio. *l.à Diuo Pio* §.*ſi ſuper rebus*
*ff de re iud.l.ſed ſi ante ff.de except.l. pen. ff. de his*
*quæ ſui vel alien.iur ſunt Mynſ.obſ.*77.*cent.*2.*&*
*obſ.*63.*cent.*1. Aut principaliter, & de per ſe
petendo ſententiam pronunciari nullam,
*l.*1.*ff.quæ ſent.ſine appell.reſcind.Mynſ.obſ.*91.*cent.*
5.officio iudicis nobili, *c.fin. de off. iud. & ibi*
*gloſſ.*1.*de ferijs in fine princ.& ibi gloſſ.in verb. in-*
*firmabitur Bart.in l.*1.*num.*14. *C. quand. prouoc.*
*non eſt neceſſe.* vel actione in factum, vſque ad
30.annos.35.*quæſt.*9.*in ſumma & ibi glo.in fine*
*Put.deciſ.*188.*num.*4.*lib.*2. incipitque pende-
re à tempore commiſſionis, non citationis,
*Achil.dec.*2.*de in integ.reſtit.l. vbi cæptum ff. de*
*iud.l.pen.in princ.verſ.ſed et ſi poſt ſuſceptum ff. de*
*iuriſd.om. iud.* eaque pendente non currunt
agenti de nullitate, tempora appellationis
interponendæ, aut proſequendæ, ſi proba-
bili ratione mouetur, ſecus ſi improbabili &
temeraria: *Franc.in c. dilecto num.* 13. *hoc tit.&*
*ibi Præpoſ.num.*22.*Iaſ. in l. contra maiores num.*
8.*& ibi Caſtr.num* 3.*C.de inoffic teſtam.Rot.di-*
*uerſ.deciſ.*81.*num.*3.*part.*2. Si prima ſententia,
quæ nulla † dicitur, lata eſt à delegato, de 73
nullitate non ipſe, ſed ſuperior cognoſcit; *l.ſi*
*vt proponis la* 2.*C.quom.& quand.iud.& ibi poſt gl.*
*fin.DD.Pan.in c.qualiter & quando el.*1.*de accuſ.*
*vbi pulchre diſtinguit gloſſ.in l.cum querebatur ff.*
*de re iud.* Si ab ordinario iudice lata ſit, &
principaliter petatur, quod iterum ſenten-
tietur, ſicque nullitas veniat incidenter, i-
dem ipſe iudex debet adiri, *l.ſi preces C.quom.*
*& quand.Iud.& c.l ſi accuſatoribus C.de accuſ.l.*
1.*C de ſent.& interloc.om.iud.* nec eſt neceſſe,
hoc caſu ſuper nullitate pronunciare: *Bart.*
*in d.l.ſi vt proponis* 1.*in fine & in d.l.cum quereba-*
*tur num.*4. quod ſi ſimpliciter & principali-
ter ſententia dicatur nulla, liberum eſt age-
re, vel coram primo iudice, vel coram ſupe-
riore, *l.abſentem C.de accuſ.l* 1.§.1.*&* 2.*ff.quæ*
*ſent.ſine appell.reſcind.Fel. in c.in litteris num.*4.
*&* 5.*vbi ponit* 4.*declarat.& duas limit.de off. de-*
*leg.Bart.in l.ſi expreſſum numer.*12.*&* 14.*ff. hoc*
*tit.Gail.obſ.*135.*libr.*1.*Mynſ.obſ.*92.*cent.*5. Iu-
dex aditus præmittit cognitionem ſuper
nullitate, antequam poſſit cognoſcere de
negotio principali, quia cauſa nullitatis eſt
præiudicialis: nam ſi ſententia non foret
nulla, tranſiſſet in rem iudicatam, ex quo
non deducitur per viam appellationis. vnde
non poſſet inuito, & excipiente eo, pro quo
lata eſt, amplius de eius iuſtitia cognoſcere:
& proceſſus ſuper negotio principali, non
definito articulo nullitatis, eſſet nullus;
quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod iudex antequam de nullitate cognoſ-
catur, non poſſet eſſe certus, an ſit iudex:
*Bartol. in d. l. cum querebatur numer. 2.3. & 4. ff.
de re iud. & in d. l. ſi vt proponis la 1. numero ſexto,
Franc. in cap. dilecto numer. 25. hoc tit.* Qua co-
gnitione præmiſſa, non ſolum poterit ſuper
nullitate pronunciare, ſed etiam ſuper cau-
ſa principali; *l. abſentem C. de accuſ. l. 1. §. 1. &
2 ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* quia ſicut cauſa
appellationis, docto de ea, douoluit totam
cauſam ad ſuperiorem, vt poſſit ſententiam
reformare etiam ex noua cauſa, *l. 1. in princ.
ff. hoc tit. l. eos 1. C. eod. l. per hanc C. de temp. & re-
parat. appell.* ita cauſa nullitatis deuoluit to-
tam cauſam ad ſuperiorem, vt poſſit pri-
mam ſententiam reformare, *Bart. in l. ſi ex-
preßim numer. 14. & 15. ff. hoc tit. Franc. in c. di-
lato numer. 24. eod. Bart. in d. l. ſi vt proponis 1. nu-
mer. 4. C. quom. & quand. iudex &c. Gail. obſer.
127. lib. 1.* & confirmare, *Caputaq. deciſ. 114.
part. 3. Dec. in rub. huius tit. numer. 34. & ſeqq.
Mynſ. obſ. 72. cent. 3. & obſ. 63 cent. 4.* ex eiſdem
actis, quando nullitas reſpicit ſolum ſenten-
tiam, *gloſſ. in d. l. ſi vt proponis 1. in verb denuo
gloſſ. fin. in d. l. ſi expreßim & ibi Ioannes Imola nu-
mer. 9.* vt quia forte die feriata fuit lata ſen-
tentia, vel non fuit condemnatus Procura-
tor, *l. 1. C. de ſent. & interlocut. &c. Mynſ. obſ. 39.
cent. 2* vel non fuit expreſſa quantitas: *l. fin.
C. de ſent. quæ ſine cert. quant. &c.* ſi nullitas re-
ſpicit vniformiter acta, & ſententiam, vtpo-
te litigatum eſt cum minore non habente
curatorem, omnia acta ſunt reintegranda: *d.
l. cum querebatur & ibi gl. ff. de re iud.* quando-
que nullitas reſpicit partem actorum, & ſen-
tentiam, verbi gratia, deceſſit reus poſt litem
conteſtatam, & proceſſum eſt contra mor-
tuum ad ſententiam, & acta, à die quo eſt
mortuus ſunt nulla, *l. pen. & fin. ff. quæ ſent. ſine
appell. reſcind.* & ideo acta quæ nulla ſunt, de-
bent de nouo ſeruari, *gl. in d. l. ſi vt proponis 1.
& ibi Bart. & DD.* Et non eſt neceſſe ſeruare
terminos nouos de per ſe, aut ſententiare in
cauſa nullitatis, vt ſentit Bart. *in d. l. ſi vt pro-
ponis 1. C. quomod. & quand. Iudex &c. in princi-
pio & in d. l. cum querebatur num. 4. ff. de re iud.*
ſed ſufficit terminos ſeruari in negocio prin-
cipali, *Bald in l. eos §. ne temere autem ſub num.
1. C. de appell. &c. Mar. Socin. in c. quoniam contra
num. 75. verſic. octuageſimo fallit vt lite non con-
teſtata &c. Mynſing. obſ. 63. cent. 4.* Ac vna &
eadem ſententia poteſt iudex pronunciare
ſuper nullitatibus, & negocio princidali, et-
iam quod diceretur in commiſſione primi-
tus, & ante omnia de nullitate cognoſcas: *A-
chill. poſt Franc. in c. dilecto hoc tit. deciſ. 16. de re-
ſcr. Mynſ. obſ. 63. cent. 4. vbi diſtinguit,* niſi pars
petat omnino prius ſuper oppoſitis nullita-
tibus pronunciari; *Bartol. in d. l. ſi vt proponis
1. in fine Caſ. deciſ. 9. poſt num. 12. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. deciſ. xj. num. 3. & 4. de re iud. Ioan. de I-
mola in d. l. ſi expreßim numer. 14. circa finem,*
Quia tunc iudex non poteſt primam ſen-
tentiam confirmare, & confirmando face-
ret iniuſtitiam, & notoria iniuſtitia ex actis
facit nullitatem: *Caſ. d. deciſ. xj. num. 3. & 4.
Franc. in c. dilecto num. 25. hoc tit. Bald in l. tale
pactum §. qui prouocauit ſub nu. 24. verſ. 12. quæro
in fine ff. de pact. Bart. in l. cum querebatur n 2. ff. de
re iud.* nullitatis cauſa ſimilis eſt actioni reali,
ideo ſi ſententia fuit dicta nulla ſimpliciter,
non expreſſa cauſa aliqua, licet tantum in
vna cauſa fuerit proſecutus, præiudicat ſibi
in omnibus, ſecus ſi vnam tantum cauſam
expreſſerit in libello, *Bart. in d. l. ſi expreßim
numer. 16. ff. hoc tit. Bart. in l. 1. numer. 10. C.
quand. prouoc. non eſt neceſſe.* Quandoque nul-
litas † æque principaliter proponitur cum 74
ipſa appellatione, vtpote appellans in libel-
lo appellationis dixit, dico ſententiam nul-
lam, & ſi eſt aliqua, appello, *late Franc. in c.
fin. numer. 56. & numer. 60. & ſeqq. hoc tit.* &

deſerta appellatione non cenſetur deſerta
nullitas, *Franc.in d.c fin.num.171.& ſeqq. Bar-*
75 *tol.in d.l.ſi expreſſim n.16.* Limita 1. † quan-
do notorium eſt non adeſſe nullitates, *Achil.*
*deciſ.15.de reſcript.ex d per Franc.in c. ex ratione*
*in 6.quæſt.hoc tit.* Secundo limita quia Rota
in commiſſione continente cauſam nullita-
tis, & appellationis æque principaliter tenet
contra communem, de qua per Franc. *in c.*
*dilecto 58.quæſt.& Can. hoc tit.* quod deſerta
vna, deſerta ſit alia: *Achil. deciſ.17. de reſcript.*
*Paul.de Caſtro l.1.nu.5.C.quand.prouoc.non eſt*
*neceſſe*, ſecus ſi commiſſa erat cauſa appella-
tionis à ſententia in poſſeſſorio lata , vna
cum negocio principali, nam deſerta appel-
latione, non cenſetur deſertum negocium
principale; ratio diuerſitatis eſt, quia nulli-
tas & appellatio proueniunt ex eodem fon-
te, & agitur de facto eiuſdem iudicis, quæ
rationes non militant in negocio principa-
li, *Achil.deciſ.17.l naturaliter §.1.& ibi poſt gloſ.*
*DD.ff de acq.poſſeſſ l.& an eadem §.fin.& ibi DD.*
*ff de except.rei iud.* Tertio limita quando per
ſtatutum eſt præfixum tempus ad appellan-
dum, & dicendum de nullitate, *Put.dec.188.*
*& deciſ.293 lib.2. Achil.deciſ.5 6.7.8.9.10.11.*
*& 16.de Conſtit.Franc.in cap.dilecto 58. quæſt.in*
*fine hoc tit.Ioan.de Imol.in l.ſi expreſſim ſub num.*
*16.circa finem verſ.ſed certe quod obſeruatur &*
*ibi DD. ff. de appell.* Aduertendum eſt quia
pendente appellatione, officium primi iu-
dicis quieſcit, *l.1.ff.nihil nou.appell pend.* Sed
76 appellatione † deſerta, licet cauſa nullita-
tis remaneat, iudicis primi officium non im-
peditur in executione ſententiæ, *Bart in d.l.*
*ſi expreſſim, num.10.& xj.& in l.4.§. condem-*
*natam ff.de re iud.Innoc.in c.cum in iure nu.2.&*
*3.de off.deleg Gail.obſ 35 ſub num.7.lib 1. Mynſ.*
*obſ.64 cent.4.* niſi ex parte eius, qui proponit
nullitatem, nihil ſit probandum : aut quia
dicit non fui citatus, non fuit meus Procu-
rator, *d.l.4.§.condemnatum l ſi cum nulla ff de*
*re iud.l.1.C.de execut.rei iud.l.licet. C. de procur.*
Aut ſi quid probandum ſit, poſſit probari
incontinenti, *l. iudicati C.ſi ex falſ.Inſtrum.l.*
*prætor §.Marcellus ff.de re iud.* Aut nullitas re-
ſultet ex iiſdem actis, *Alex.in l.4.§. condemna-*
*tum num.7.& ſeqq.l.ſi cum nulla ff de re iud.l.1.*
*C.de execut.rei iud.Caputaq.deciſ.264. part.2.*
*Rot.diuerſ.deciſ.666.num.3 part.1.* In Romana
Curia † attenduntur nullitates quatuor, ci- 77
tationis omiſſæ, (quod intellige de deuolu-
tiua tantum) *Achil.deciſ.4.de dolo & contum.*
*c.ſi.de dolo & contum.c.1.eod.tit.in 6.& vtrobi-*
*que Can.* mandati, iuriſdictionis, & notoriæ
iniuſtitiæ, quæ probatur ex eo; quod ſenten-
tia non iuſtificatur ex actis: *c. inter cæteras &*
*ibi Fel.num.10.de re iud.l.ſi pars & ibi Angel.in*
*fine num.1.ff. de inoff.teſtam. Greg.xv. deciſ.350.*
*num.3.& 4.* quæ dicuntur nullitates inſana-
biles: reliquæ nullitates proceſſus, ante la-
tam ſententiam ſanantur, vt dictum eſt *in tit.*
*de iudic.* Nullitas citationis ad producendum
omnia, dicendum contra producta, *Put.dec.*
*114.lib.1.c.dilecti & ibi poſt gl.1.Can.de iud.Myn-*
*ſing.obſ.27.cent.1.& obſ.93.cent.5.* item ad ſen-
tentiam, per commiſſionem ſanantur, *Caſ.*
*deciſ 4.de reſcr.add.marg.ad d.deci.Put.114.lib.*
*1.Staphyl de ſignat.litt.iuſt.§ poſtremo quoad.*
niſi citatio ad ſententiam fuerit circumdu-
cta; quia non fuit ſeruatus terminus, nec
per actorem accuſata contumacia partis ad-
uerſæ non comparentis, *Caſ.deciſ.xj.num.2.*
*& 9.de re iud Iaſ.in l.properandum § et ſi quidem*
*n.7.C.de iud.per illum textum Alex.in l. ſi finita*
*§.Iulianus n.24 poſt Bart.ff.de damn.infect.* In
Camera quoque Imperiali nullitate pro-
ceſſus non attenta ſi de meritis cauſæ prin-
cipalis conſtet de meritis ſolet diffiniri, *Myn-*
*ſing.obſ.93.cent 5.* Qui in beneficiali vel alia
quauis cauſa, contra ſe in petitorio vel poſ-
ſeſſorio tres ſententias reportauit, ad agen-
dum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

78 dum de nullitate † ipſarum, vel alicuius
ex eis, nullatenus admittitur, donec huiuſ-
modi ſententiæ plenariæ fuerint executioni
mandatæ, *Clem. vt calumnijs de re iud. & ibi glo.
& DD* ſed neque tertius earum executio-
nem poteſt impedire, niſi ante ſententias ſe
oppoſuiſſet, & ſuum intereſſe declaraſſet,
*Rot. deciſ. 9. de re iud. in antiq. Innocent. in c. quod
ſuper n. 3 & ſeqq. & ibi Hoſt. & Can. de re iud.
Clem. 1. & ibi Zab. n. 5. & Can. de re iud.* excipe
ſi daretur de nullitate ex defectu iuriſdictio-
nis iudicis, *Zab. in d. clem. vt calumnijs num. 6.
verſ. ſexto quæro & ibi Can. Alex. in l. 4. §. con-
demnatum n. 6. ff. de re iud. Creſc. deciſ. 22. eod. vbi
ponit vnam limit.* aut ex eo quod eſſent latæ
in cauſa reſtitutionis poſt lapſum quadrien-
nij: vel quia latæ poſt inhibitionem, dum-
modo conſtet ex eiſdem actis, *Alex. in d. §.
condemnatum num. 6. Achil. deciſ. 2. de re iud.* aut
lata ſit contra defunctum & tunc in rerum
natura amplius non exiſtentem, *l. in ſumma
§. fin. ff. de re iud. l. pen. ff. quæ ſent. ſin. app. reſcind.
C. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd. cog. Mynſ. obſ. 85. cent. 1.*
Aut etiam pro tunc defuncto, *Iaſ. in l. eius qui
in prouincia §. quod ſi ſtipulatus num. 1. ff. ſi cert.
pet. vbi limitat 2. modis l. Neratius & ibi Dec. &
DD. ff. de reg. iur. Mynſ. d. obſ. 85 dicens in Camera
Imp. pro firma haberi*, niſi fauore libertatis aut
eccleſiæ, *l. cum quaſi in princ. ff. de fideic. liber.
Bald. in l. vnica § in primo num. 17. C. de cad. toll.*
aut à iudice ſciente contra abſentem ex iu-
ſto impedimento, *l. quæſitum ff. de re iud. Myn-*
79 *ſing. obſ. 57. cent. 4.* Recuſari non poteſt † iu-
dex ordinarius de iure ciuili, ſed ſi apparet
ſuſpectus, ipſi eſt epiſcopus ſociandus, *Auth.
ſi vero contigerit C. de iud. Mynſing. obſ. 52. cent. 2.*
Aut iuxta communem totius orbis Chri-
ſtiani interpretationem, alius quiſpiam bo-
nus vir, *Couar. pract. cap. 26. num. 1.* Iure ca-
nonico tam ordinarius quam delegatus,
poſſunt tanquam ſuſpecti recuſari, *cap. ſuſpi-
cionis de offic. deleg. c. cum ſpeciali c. ſecundo requi-
ris hoc tit. c. 4. de for. compet. Gail. obſ. 33. lib. 1.
Mynſ. obſ. 63. cent. 3.* etiam Cardinalis legatus
à latere, *c. ad petitionem de accuſ.* à procuratore
habente ſpeciale mandatum, quia cauſa
ſuſpicionis reſidet in animo, *Caputaq. deciſ.
168. part. 1. Pariſ. conſ. 31. num. 112. vol. 1. plures
cumulans Greg. xv. dec. 368. num. 1. & ibi annot.*
Iuſtæ cauſæ † recuſationis expreſſæ in iure 80
ſunt, lis cum iudice, *c. cum ſuper & ibi poſt gloſſ.
Pan. num 3. Fel. num. 3. de offic. deleg. arg l. propter
litem ff de excuſ. tut. Franc. in c. poſtremo ſub nu-
mer. 20. in 38. cauſa & ibi Præpoſ. num. xi. in 37.
cauſa hoc tit.* ſi iudex habet ſimilem cauſam,
*c. cauſam 2. de iud.* familiaritas aduerſarij cum
iudice, *c. inſinuante ff. de off. deleg.* intereſſe ſe-
cundarium, licet regulariter non ſit in conſi-
deratione, tamen facit, quod iudex tan-
quam ſuſpectus ex tali intereſſe poſſit recu-
ſari: *c. cum R. Canonicus & ibi Pan. num. 2. & 5.
& ibi Can. de offic. deleg. Rot. dec. 93. part. 1. diuer.*
ſi delegatus neceſſarius ſit in teſtem, *c. dilecto
de teſtib.* & aliæ enumeratæ per Ioan. Andr.
*in c. legitima hoc tit. in 6. Pan. in c. inſinuante de off.
deleg. Franc. in c. poſtremo num. 20.* vbi recenſet
quadraginta cauſas & ibi Præpoſ. *num. xi. hoc
tit.* Cæteræ cauſæ recuſationum in caſibus à
iure non expreſſis, relinquuntur arbitrio
iudicis, & admittuntur etiam cauſæ leues,
*Pan. in c. cum ſpeciali num. 7. & ibi Felin. & Can.
hoc tit. Rot. diuerſ. dec. 2. numer. 10. & 13. part. 2.
Franc. Marc. dec. 324. p. 2.*

Recuſatio † opponi debet in principio, 81
*dictum eſt ſupra tit. de except. Gail. obſ. 33. n. 11. li-
bro 1. Couar. pract. c. 26. num. 2. & ſeqq. Mynſing.
obſ. 59. cent. 4.* quia poſt litis conteſtationem,
*l. apertiſſimi C. de iud.* aut primum actum, qui
habet effectum litiſconteſtationis in ſum-
marijs, *Bart. in l. nulla C de procur. & ibi DD.*
non niſi ex noua cauſa iudex poteſt recuſari,
*Iaſ. in l. apertiſſimi ſub num. xi. & 12. C. de iud. gl.*

*in c.inſinuante in verbo conſenſerit de offic.deleg.*
82 *Achil.deciſ. 1.de except.* Iudex † ordinarius
ſuſpectus poteſt recuſari, licet cauſam dele-
gauerit in totum, antequam fuerit recuſa-
tus, ex quo apud eum remanet iuriſdictio,
cum poſſit eam reuocare, quando vult, *l. iu-
dicium ſoluitur ff.de iud. Franc.in cap. iudex ſub
num.7.verſ.ex quo tene de offic.deleg.in 6.* Iudex
83 à ſede † apoſtolica datus ſuſpectus, poteſt
licite vices ſuas committere, antequam re-
cuſatio contra ipſum proponatur, & ſi in to-
tum commiſerit, recuſari vlterius, aut facta
per ipſum commiſſio impugnari nequibit,
quod poſſet, ſi ſibi de iuriſdictione aliquid
reſeruaſſet, aut ſi delegationem facere non
vellet, *d.c iudex de off.deleg.in 6.* De iure ciuili
84 ſufficit delegatum iurare † ſuſpectum, *Iaſ.
in l.apertiſſimi num.20.& ſeqq.C.de iud.* de iu-
re canonico ordinarium, aut delegatum à
Papa vt ſuſpectos recuſans, debet cauſam
ſuſpicionis coram iudice allegare, ac præſti-
to iuramento quod recuſatio calumnioſe
non proponatur, cum aduerſario, vel ſi ad-
uerſarium non habet, cum iudice commu-
niter arbitros iuris eligere, vel ſi conuenire
non poſſint, ipſe vnum, & alius alium eligit,
quibus iudex poteſt terminum certum præ-
figere, infra quem de cauſa ſuſpicionis co-
gnoſcant, & ſi nequiuerint in vnam conue-
nire ſententiam, tertium aduocent vt quod
duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat,
cauſa non probata, aut elapſo termino arbi-
tris dato, iudex in cauſa principali procedit:
*c.cum ſpeciali c.ſecundo requiris hoc tit.c.legitima
eodem in 6.Couarr.pract.quæſt.cap. 26.* ea pro-
bata, ſi iudex ordinarius fuerit recuſatus, et-
iamſi deſuper fuit pronunciatum, *Franc.in
cap.iudex poſt nu.3.& in c.ſi is cui in fine de offic.
deleg.in 6.Pan.in c.ſi quis contra clericum num.1.
& num.14.& ſeq.de for.compet.Pan.in d.c.cum
ſpeciali num.xj.* poteſt dare delegatum parti-
bus non ſuſpectum, aut ſi actor hoc refuge-
rit, deputare aliquem qui partes ſibi mutuo
conſenſu iudicem compellat eligere, cuius
ſententiam poterit ordinarius, per ſe man-
dare executioni, *c.ſi quis contra de foro compet.*
Delegatus à ſede apoſtolica poſt recuſatio-
nem propoſitam committere non poteſt al-
teri, niſi de recuſatoris aſſenſu procedat, ſed
eo volente hoc poteſt, etiamſi recuſatio ea-
dem iam ſit probata, *d.c.cum ſpeciali in fine
princ.d.c.iudex verſ.1.& ibi gloſſ.in verbo recuſa-
toris.* vel de conſenſu vtriuſque partis, *gloſſ.in
d.c.cum ſpeciali in verbo de recuſatoris & ibi Can.*
dummodo pronunciatum non fuerit ſuper
ea, ex tunc enim, cum omnino iudex eſſe de-
fierit, nulla etiam cum recuſatoris, aut par-
tium aſſenſu poteſt fieri per eundem com-
miſſio, *d.c.iudex verſ.fin.& ibi Can.* ſed remit-
tit cauſam ad ſuperiorem inuitis partibus,
*d.c.cum ſpeciali in fine princ.& ibi Ioan.Andr.*
Sententia, qua iudex declaratur ſuſpectus,
eſt interlocutoria, per quam extinguitur in
totum iuriſdictio delegati, ita vt eam etiam
de conſenſu partium exercere non poſſit, &
priuatur ordinarius exercitio iuriſdictionis,
& cognitionis cauſæ principalis, *Gemin.in d.
c.iudex num.8.in fine & ibi Franc.numer.3.Anch.
num.4.in fine & num.5.in 7. notab.* Quando
† plures ſunt delegati à ſede apoſtolica, ſi 85
cum clauſula, quod ſi ambo intereſſe non
poſſint, alter eorum in cauſa procedat, vel
ſimili; cauſa recuſationis proponenda eſt
coram ambobus, & probanda eſt coram
collega non recuſato, & non coram arbitris
viris; quia ex vi dictæ clauſulæ, cognitio
ipſius cauſæ ad eum pertinet: vbi vero non
eſt dicta clauſula, vel ſimilis in reſcripto,
debet ſuper hoc ad arbitros haberi recur-
ſus, *c.ſi contra de offic.deleg.in 6.* Quando recu-
ſatur † ſubdelegatus à delegato Papæ, qui 86
ſibi aliquid reſeruauit de iuriſdictione, cauſa
recuſa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recuſationis coram ſubdelegante eſt pro-
banda. *c.ſuper quæſtionum §. fin. de off. deleg.*
87 Quando delegatus † ab epiſcopo, vel offi-
cialis epiſcopi recuſantur, cauſa recuſatio-
nis coram ipſo epiſcopo eſt probanda, *d. c. ſi
contra in fine*, idem iuris ſi vicarius epiſcopi
recuſatur, *Pan. in repet. d. c. ſi quis contra nu. 20.
& 21. & ibi Can.* Locus iudicij, *d. c. cum R. Ca-
nonicus de offi. deleg. & ibi late Fel. ampliat & li-*
88 *mitat.* & † Notarius poſſunt tanquam ſuſ-
pecti recuſari abſque expreſſione cauſæ, &
ſufficit ſolum iuramentum, *Rot. diuerſ. dec. 93.
num. 3. & dec. 604. part. 1. per rationem l. apertiſ-
ſimi C. de iud. Anch. conſ. 263. Alex. conſ. 104. nu-*
89 *mer. 2. & 3. & ſeq. vol. 5.* Recuſatio parit †
nullitatem actorum ipſo iure ex communi
opinione Doctorum, *Franc. in d. c. iudex poſt
n. 4. & ſeqq & ibi Can. Gail. obſ. 33. n. 12 & ſeqq.
lib. 1. Mynſ. obſ. 59. poſt prin. cent 4.* Sed Rota
ſolita eſt ſeruare opinionem Innocentij *in c.
cum ſpeciali num. 6. hoc tit.* tenentis proceſſum
nõ eſſe ipſo iure nullum poſt recuſationem,
niſi appelletur ab vlteriori proceſſu in ſcrip-
tis: *Rot. diuerſ. dec. 563 num. 1. & 2 part. 1. & fuſius
dec. num. 6. & ſeqq. part. 2. Achil. dec. 1. de except.
Franc. in c. cum ſpeciali num 6. num 47. & Can.
de appell. c. legitima & ibi Franc. ſub nu. 3. & Can.
de appell. in 6.* imo quando ſunt dati iudices
duo in ſolidum, & eorum alter eſt recuſatus,
proceditque ſimul cum non recuſato, pro-
ceſſus tenet , *Achil. deciſ. 2. de except. Dec. poſt
Pan. in c. cum ſpeciali numer. 29. & ſeqq. hoc tit.
& ibi Franc. num. 47. & Can. communiter,* Ap-
pellatione interpoſita per recuſatorem,
proceſſus coram iudice non recuſato inſi-
mul cum recuſato non tenet, *cum ſuper & ibi
Abb. Felin. & DD. communiter de offic. deleg.* et-
iam recuſans non fuerit proſequutus appel-
lationem, *Achil. dec. 3 de except. Franc. in d. c. cum
ſpeciali num. 47. in fine & in c. interpoſita num. 2.
hoc tit, Lap. alleg. 9. num. 9.* aut expreſſe appel-
lationi renunciauerit , *Bellam. deciſ. 622. &
623. c. licet de ſent. excomm. in 6. & ibi poſt gloſſ.
2. Can.* Limita 1. quando iudex recuſatus pro-
cederet in cauſa de conſenſu recuſantis, ex-
preſſo vel tacito, *Franc. in d. c. iudex numer. 7.
verſ quam tamen limita per illum text. Caſ. deciſ.
9. numer. 7. de re iud. Greg. xv. dec. 292. numer. 1.
& ibi late annot. & dec. 368. numer. 2. & ibi annot.*
Limita 2. quando exceptio recuſationis eſt
notorie iniuſta, *Franc. in d. c. iudex num. 7. verſ.
ſecundo limita Caſ. d. dec. 9. num.* 8. Limita 3.
quando electi fuerunt arbitri, & in termino
eis à iudice præfixo nihil fuit circa recuſatio-
num cauſas probatum, ita vt prætendi poſ-
ſit valide proceſſum fuiſſe ad vlteriora, *d. c.
cum ſpeciali & alijs ſupra alleg.* Relatio eſt † 90
quando iudex de iure dubitans, refert cau-
ſam ad principem vel præſidem de iure con-
ſulens: de facto conſulentibus ſuperior cõ-
ſilium non impartitur, *l. eum quem § iudicibus
ff. de iud. l. 1. C. de relat. l. 1. in princ. verſ. quæſitum
ff. hoc tit.* quia ea res nonnunquam infa-
mans, & materiam gratiæ vel ambitionis
tribuit, *d. § iudicibus & ibi gloſſ. fin.* Fieri debet
† poſtquam eſt concluſum, in cauſa lapſu
omnium terminorum, vel cõſenſu partium,
& tunc ex actis elicitur punctus dubius, *l. ſu-
per C. de relat.* Relationis † ſeries debet 91
compræhendere omnes omnino cauſas, vt
recitata conſultatione propemodum acto-
rum recenſione opus non ſit, *l. fin. C. de relat.*
acta neceſſario ſunt ſocianda, *d. l fin. in fine,* &
litigatoribus prius exemplum relationis eſt
exhibendum, vt vel allegationibus repella-
tur, vel probetur aſſenſu , quia non ſtatur
verbis conſultatiuis ipſius iudicis, *d. l. 1. & ibi
Bald. enumerat octo requiſita & d. l. ſuper C. de
relat. c. intimaſti hoc tit. & ibi Pan. tradit modum
conſultationis partibus præſentibus conſentienti-
bus aut altera abſente.* Quæ requiſita † non 92
ſunt ſeruanda , quando iudex refert nego-
tium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium ſuperiori ex natura ipſius cauſæ reſer-
uatæ ſuperiori, *c. maiores de bapt. c. vt debitus hoc
tit.* quia cauſa relinquitur auditorio princi-
pis, aut quando fit relatio virtute delega-
tionis factæ à principe, qui delegauit cauſam
cognoſcendam, & inſtruendam, & inſtru-
ctam remittendam ad eum, vel ſimpliciter
commiſit, vt intra certum tempus cauſa re-
mitteretur, inſtructa, vel non inſtructa, vel
ita commiſit vt delegatus, ſi de partium vo-
luntate fuerit, pronunciet, vel ad ſuperio-
rem cauſam remittat, *c. ex parte cl. 3. de reſcr.*
quia totus proceſſus remittitur ad ſuperio-
rem, *Pan. in d. c. intimaſti n. 2. hoc tit. & ibi Can.*
Pendente relatione iudicis officium con-
quieſcit. A pronunciatione de principe
conſulendo non appellatur, quia per eam
nemo grauatur: *l. 1. §. quæſitum ff hoc tit. & ibi*
93 *Bart. n. 5.* ab ipſa relatione † ſiue litteris, quæ
mittuntur principi pro conſilio, poteſt ap-
pellari, (ſi iudex in eis mendacium inſerue-
rit, vel veritatem tacuerit) cum expreſſione
cauſæ grauaminis ſicut in appellatione ab
interlocutoria, *d. l. 1. §. queſitum & ibi gloſſ. in
verb. non eſſe appellandum in fine & Bart. ſub n. 5.*
94 *ff. hoc tit.* A ſententia † lata ſecundum conſi-
lium ſeu reſcriptum principis poteſt appel-
lari, ſiue pars appellans non conſenſit rela-
tioni ſiue conſenſit, & fuit decepta in teno-
re relationis, ſiue etiam conſenſerit non de-
cepta, vt cauſa reparetur ex nouis probatio-
nibus ſeu allegationibus, *Bart. in d. §. quæſitum
n. 5. & 6. & ibi DD. communiter l. eos §. 1. C. h. tit.*

## De clericis peregrinantibus.

### Titulus XXIX.

### SVMMARIA.

1 *Itineris arreptio ad ſummum Pontificem habet ſe inſtar appellationis.*

2 *Suſpendit iuriſdictionem iudicum ordinariorũ.*

3 *Iudicis delegati à ſede apoſtolica ſi reus ante notitiam delegationis, vel citationis à delegato decretæ iter arripuit.*

4 *Prælati quicunq; ad Romanam Curiam veniunt, papale palatium primitus viſitant, & nullatenus recedunt, niſi obtenta licentia.*

5 *Pœna laicorum dominium temporale obtinentium capientium aut detenentium clericos, ne citati ad ſedem apoſtolicam, ad ipſam venire valeant.*

ARREPTIO itineris † ad ſummum 1
pontificem, habet ſe inſtar appellatio-
tionis, & conſtituit peregrinantem ſub eius
protectione, & operatur eundem effectum,
quem appellatio; *c. cum olim in fine de dol & contum.* quia contra proficiſcentem ad ſedem
apoſtolicam nihil eſt innouandum: *c. dilecti
filij 2. de appell. & ibi poſt gloſſ. Can.* Et quidquid
poſt iter arreptum ſublatum, vel ſubtractum
eſt, debet ei reſtitui: *c. vnico h. t. & ibi Can. c. ſi
quis Romipetas cum cc. ſeqq. 24. quæſt. 3 concordat.
l. 1. C. ſi per vim vel alio modo abſ ſit perturb. poſſeſ.*
quando verbo appellatum eſt, iter arreptum
ad vrbem, non habetur pro petitione apo-
ſtolorum, *c. ab eo & ibi gl. in verb. vadat de appell.
in 6.* Suſpendit † iuriſdictionem iudicum 2
ordinariorum, *d. c. dilecti cl. 2.* Quibus diſtri-
ctius inhibetur, ne cõtra officiales curiæ Ro-
manæ, quocunque nomine nuncupentur, &
in obſequijs ſummi pontificis, & ſedis apo-
ſtolicæ exiſtentes, nec non quoſcunque alios
pro ſuis, & eorum cauſis, vel negotijs proſe-
quendis ad ſedem prætactam venientes ac
in ea, durante negociorum & cauſarum hu-
iuſmodi proſecutione, moram trahentes, &
recedentes ab ea, procedere, aut in eos ex-
communicationis &c. aut priuationis offi-
ciorum, vel beneficiorum, ſeu quamuis aliã
ſententiam promulgare præſumant: ſi con-
trafecerint ſinguli proceſſus, & ſententiæ, &
quæcunque inde ſecuta, irrita, nulliuſque ro-
boris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

boris exiſtunt : & ſi beneficia præfatorum alijs ſint collata, tam conferentes, quam recipientes ipſo facto ſunt excommunicati, & abſolutio reſeruatur ſummo pontifici, ex conſtitutione Eugeniana à practicis nuncupata. *extrauag. diuina de priuil. inter communes.*
3 Præterea ſuſpendit † iuriſdictionem iudicis delegati à ſede apoſtolica, ſi reus ante notitiam, litterarum delegationis, vel citationis à delegato decretæ, iuit ad curiam; ſecus ſi poſtea; *c. memin. c. ſuggeſtum c. ad hæc ſicut aſſeris de appell.* quia priuilegia peregrinantibus concesſa ſunt, non ad reprimendam cuiuſque iuſtitiam, ſed ad grauamen remouendum *d. c. ſuggeſtum in fine c. quod nonnullis in fine*
4 *de priuileg. c. nonnulli de reſcript.* Prælati † quicunque ad Romanam curiam non debent venire mutato habitu, aut latenter more nocturæ, ſed papale palatium primitus viſitant, ad Papam ſi hoc patiatur temporis opportunitas, intraturi, & reuerentiam debitam exhibituri eidem; nullatenus receſſuri à Curia niſi ab ipſo ſuper hoc petita licentia, & obtenta; alias ipſi accedentes & recedentes & eos receptantes notam infidelitatis incurrunt, ac excommunicationis ſententiæ ſubiacent. *Extrauag. 2. & 3 de maior. & obed. inter communes l. ſi quis decurio C. de decur. lib.* 10. Lai-
5 ci † dominium temporale obtinentes capientes, aut detinentes viros eccleſiaſticos, ne citati ad ſedem apoſtolicam ab homine, vel à iure, venire ad ipſam valeant procurantesque huiuſmodi captiones, & detentationes, incurrunt ſententiam canonis, ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. quia manus eſt ſæua & iniurioſa ſedi apoſtolicæ, & ordini clericali: *c. contingit de ſent. excommun.* procurantes ipſi, perſonæ eccleſiaſticæ exiſtentes à perceptione fructuum eccleſiarum ſuarum, ſi fuerint prælati, triennio ſunt ſuſpenſi; ſi inferiores extiterint, eo ipſo obtentis beneficijs ſunt priuati; ſed ad obtinenda non inhabilitantur. Eandem pœnam incurrunt, qui ne citati ad ſedem apoſtolicam veniant, vt ſe ſub obtentis huiuſmodi à veniendo excuſent, à poteſtate ſæculari ſe capi procurant: *Clem. multorum de pœnis & ibi gloſ. & Can.* ac locorum ordinarijs iniungitur, vt poſtquam eis conſtiterit, aliquos ſibi ſubiectos pœnam & ſententias incurriſſe præmiſſas, ipſas publicent, ac executioni demandent. *d. Clem. multorum in fine.* quia ſententia non requiritur, quando pœnam incurritur ipſo facto *gl. fin in d. Clem. multorum & ibi Can.*

## De confirmatione vtili vel inutili.

## Titulus XXX.

### SVMMARIA.


1 *Confirmatio eſt prioris iuris habiti corroboratio & eſt actus ſuperioris.*
2 *Confirmatio duplex eſt vna quæ dicitur fieri in forma communi ſuper qua eſt duplex via expediendi, vel per expeditionem in forma gratioſa.*
3 *Vel expeditionem in forma Communi & Commiſſoria.*
4 *Confirmationis in forma Communi effectus tres.*
5 *Altera dicitur fieri ex certa ſcientia.*
6 *Effectus in operationes eius octo.*
8 *In dubio præſumitur confirmatio in forma Communi.*
8 *Neutra extendit actum confirmatum aut lædit ius tertij vtraque valet ex nunc.*
9 *Confirmatio & mandatum de confirmando differunt.*
10 *Confirmati quæ non poſſint.*
11 *Priuilegia papalia aut ſedis apoſtolicæ propriè non confirmantur, ſed innouantur.*
12 *A Concordia facta in beneficialibus ſub beneplacito ſedis apoſtolicæ poſſunt partes ante confirmationem reſilire & procuratores datos reuocare.*

13 *A Statuto vel actu facto poſtea à ſede apoſtolica confirmato poſſunt ſtatuentes vel actum facientes ſine alio conſenſu recedere.*

14 *Quæ regula limitatur tribus modis.*

VICTVS appellat, vt dictum eſt, victor
poteſt petere ſententiam confirmari,
tam iure canonico, quam iure ciuili: ſiue victus appellauit: & non fuit proſecutus appellationem, *l. fin. in fine C. quand. prouoc. non eſt neceſſe, Auth. de ijs qui ingredi ad appell. &c. in princ. verſ volumus*, ſiue victus non appellauit,
vt ei imponatur perpetuum ſilentium: *l. fin. C. vt lit. pend. &c. vel poſt prouoc. ante de fin. ſent. &c.* Probatur ratione neceſſaria; pone quod
victus in executione oppoſuit de nullitate
ſententiæ, & habita ſummaria cauſæ cognitione fuit contra victorem pronunciatum,
certe quando ipſi victori remanet ius integrum & ordinarium, *l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud.* niſi principaliter poſſet per
ſententiam confirmari, non reperiretur iudicium ordinarium, quo huic victori ſuccurratur, iudex qui aditur ſuper confirmatione,
poterit ſententiare ſententiam nullam, ſicut
dictum eſt in iudice appellationis, *Bart. in l. ſi expreſſim num. 17. & 18 ff. de appel.* ideo poſt
titulos de appell. & de cleric. peregrin. adie-
1 cit titul. de confirmat, &c. Confirmatio †
eſt prioris iuris habiti corroboratio, *c. inter dilectos §. cæterum de fid. inſtrum. l. Aurelius §. teſtamento ff de lib. leg. c. ex parte & ibi poſt gloſſ. DD. de conſtit.* & eſt actus ſuperioris, *Bald. in l. fin. num. 4. C. de leg* qui nec ab inferiore, nec
à pari fieri poteſt: quando enim fit à pari, eſt
quædam approbatio, *Pan. in c. 1. numer. 3. in 2. not. de loc. & conduct. & in c. 1. num. 5. poſt gloſſ. de treug. & pace*, Confirmatio, quam princeps
facit, de diſpoſitione ab alio celebrata, denominatur ab ipſo confirmante, & non ab
eo qui actum geſſit, *Anch. in c. apoſtolica in 4. not. de præb. in 6.* Duplex eſt, † vna, quæ di- 2
citur fieri in forma communi, *c. quia diuerſitatem §. mandamus de conceſſ. præb. c. illa ne ſed. vacant.* Super qua eſt duplex via expediendi,
vel per expeditionem in forma gratioſa,
quando inſeritur totus tenor concordiæ examinatus per officiales Cancellariæ, vel per
expeditionem † in forma communi, & 3
commiſſaria, quæ fiat cauſa cognita, & ſi
hæc adhibita fuerit, confirmatio dicitur ex
vera certa ſcientia; aut ſuſpenditur & differtur cognitio vigore expeditionis in forma commiſſaria, & inſpicitur tempus adhibitæ cauſæ cognitionis, ſicut in formula reſcriptorum; ſi in euidentem: aut omittitur
cauſæ cognitio, quando videlicet facta fuit
conditionaliter, non cognito de cauſa, vt
ſi dicatur, confirmamus poſſeſſiones, quatenus iuſte poſſidetis, *c. cum acceſſiſſent & ibi gloſſ. in verb confirmatum in fine de Conſtit. Rot. diuerſ. deciſ. 31. num. 6. part. 2. Pan. in c. cum inter vos numer. 19. & ſeqq. de re iud.* ſtatuta quatenus ſunt iuſta & rationabilia, *late Rot. diuerſ. deciſ. 780. part. 1. Dec. in rub. huius tit. num. 2. 3. & pluribus ſeqq & Can. communiter cap. inter dilectos § cæterum de fid. Inſtr. & ibi Can. Bald. in l. aduerſus C. ſi ad verſ. rem iud.* quæ clauſulæ licet
ſonent in conditionem de præſenti † & a- 4
lias non ſuſpendunt expreſſe, vel tacite ſubintellectæ reſcripta, *clem 1. & ibi Zab. n. 17 poſt gl. & Can. de off. de leg. Lap. alleg. 60. n. 2. & ſeqq.* qn. gratiæ, in expeditione, nullam requirunt cauſæ cognitionem, ſed eas Domini expeditores ſine alio examine expediunt in
forma gratioſa, ſi ſupplicatio ſub illa forma
concepta fuit: in præſenti caſu tam ratione
futuræ expeditionis, & cognitionis, quam
poſt ſe exſpectant, reſoluuntur in ſuſpenſiuas, *late Seraph. deciſ. 775. ſub nu. 5 & 6. vbi explicat notabile Cancellaria gl. fin. in c. examinata & gl. pen. in c. venerabilis hoc tit. & vtrobique Can.*

& con-

& confirmatio, ſi cauſæ cognitio adhibita non ſit ius nouum non tribuit, c. 1. c. cum dilecta hoc tit. cap. quia intentionis de priuileg. quia qui confirmat non dat, d. c. inter dilectos l. & quia ff. de iuriſd. omn. iud. Anch. in c. ſi apoſtolica nu. 2. & 4. hoc tit. in 6. niſi eadem confirmet, & donet ſub conditione, Pan. poſt Ioann. Andr. in d. c. inter dilectos num. 8. verſ. dic etiam quod in priori caſu & ibidem Boick. n. 6 ſed verus ius conſeruat, facitq; maioris auctoritatis, c. quis neſciat & ibi gloſſ. in verbo auctoritate xj. diſt. gloſſ. in d. c. quia diuerſitatem in verbo forma communi & ibi Can. Secundo iuſtam cauſam ſiue titulum præſcribendi præbet, c. dudum §. cæterum de decimis. Tertio de iuribus confirmationis, an valeat & rite facta ſit, cognoſcit ſolus ſummus pontifex, vel qui ab eo mandatum habet ſpeciale, c. cum veniſſent de iud. gl. in c. frater in verbo auctoritate 17. quæſt. 4. niſi ſit per ſub & obreptionem aut per falſi ſuggeſtionem elicita, cap. 1. & 2. hoc tit. De re vero confirmata non impeditur cognitio iudicis ordinarij, aut actio alterius, Pan. in c. bonæ ſub num. 4. hoc tit. quia per talem confirmationem Papa non intelligit iuri alicuius derogare, gloſſ in c. ex parte in verbo confirmatione & ibi Can. de Conſtit. In dubio refertur ad actum validum, & ex ea actus nullus non confirmatur, d. c. dudum & ibi Can. d. c. ex parte Dec.
5 in rub. huius tit. n. 12. & 14. Altera dicitur † fieri ex ſcientia, quando in confirmatione apponitur dicta clauſula ex certa ſcientia, Pan. in c. 1. ſub n. 6. & in c. examinata in fin. hoc tit. Put. deciſ. 334. num. 3. libro 1. quæ etiam per teſtes probari poteſt, Bald. in c. 1. in princ. per quos fiat inueſt. Rot deciſ. 27. de reſcript. in nou. Afflict. deciſ. 252. num. 8. aut quando in literis ſeu bullis apoſtolicis, c. pen. hoc tit. & ibi Butr. num. 6. Imol. num. 2. Zab. in fine hoc tit. Pan. in cap. paſtoralis §. præterea num. 5. de offic. deleg. Caſ. deciſ. 1. num. 7. de prob. Archid. in c. præſentium in princ. 7. quæſt. 1. Innocent. in c. 1. in fine de tranſact. late Fel. in c. cum inter priorem in princ. per duas columnas de except. late Dec. in c. porrecta hoc tit. vbi refert quinque modos probandi certam ſcientiam. tenor rei confirmatæ exprimitur ad ſupplicationem omnium quos tangit ſecus ſi ad inſtantiam vnius ex eis, Vital. in el. dudum n. 28. & ſeq. de ſepult. per extenſum, c. pen. hoc tit. c. veniens & ibi poſt gloſſ. Can. de tranſact. c. paſtoralis §. præterea & ibi poſt gloſſ. Can. de off. deleg. & non per relationem, Ioan. Bald. Ferret. conſ. 38. num. 6. & 8. libro 1. nam vt dicatur confirmatio expedita, ex certa ſcientiæ Papæ, Rot. dec. 20. de reſcript. in nou. l. omnes in prin. & ibi Bald. num. 2. Angel. num. 2. & DD. communiter C. de præſcript. 30. vel 40. annor. &c. in ſupplicatione ſufficit, narrata ſubſtantia, etiam quoad ea quæ ſunt contra ius, cum clauſula quorum tenores, Caputaq. deciſ. 72. part. 1. atteſtans abbreuiatores conſultos ita reſpondiſſe & not. per Felin. in c. cum inter in princ. de except. Bald. in l. fin. in princ. C. de prec. Imp. offer. vel parte capitulorum illicitorum cum dicta clauſula relatiua, quorum tenores, Caputaq. deciſ. 204. part. 1. per not. à Iaſ. in l. ait prætor §. ſi iudex n. 2. & ſeqq. ff. de re iud. Caputaq. deciſ. 121. part. 1. Afflict deciſ. 220. num. 17. & ibi Vigill. n. 17. & ſeqq. plures cumulans, Petere quod totus inſtrumenti tenor in litteris ſeriatim inſeri poſſit: c. pen. hoc tit. ibi ad maiorem rei euidentiam litteris confirmationis tenor inſertus c. ſtatutum in princ. & ibi gloſſ. in verb. litterarum Gemin. & Can. de reſcript. in 6. Gabr. conſ. 200. nu. 7. vol. 1. Roman. conſ. 327. ſub n. 7. Item confirmatio fit ex certa ſcientia, quando apponitur clauſula non obſtante: Bald. in l. fin. nu. 5. C. ſent. reſcindi non poſſe, vel ſecunda iuſſio emanauit: gloſſ in c. 1. in verb. noſcatur & ibi Can. de conſtit. in 6. gl. 1. in c. reſcripta 25. quæſt. 2. c. ſi quando & ibi Fel. nu. 24. & Can. de reſcript. aut apponitur clauſula cauſa cognita, & parte



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

citata, & audita: late Alex. conſ. 123. num. 22. & pluribus ſeqq. vol. 4. Afflict. in conſt. Neapol. lib. 3. rub. 4. de iure ſuo Curiæ obſ. ſub num. 4. & num. 5. ac præſumitur diſcuſſio facta in Cancellaria, quia pro illa præſumitur, c. porrecta h. t. c. ex parte el. 1. de reſcrip. & vtrobique DD. Hæc ope-
6 ratur † primo quod de iuribus confirmationis, aut de re ſeu beneficio confirmato, non poteſt cognoſcere, aut etiam declarare inferior, niſi ſolus Papa, vel cui ſpecialiter hoc commiſit; Pan in c. 1. ſub num. 6. verſ. quædam confirmatio & Dec. in d. c. de confirmationibus num. 26. & ſeqq. & ibi Can. hoc tit. & ſic aufert inferiori cognitionem, & parti aduerſæ petitionem: quæ non auditur niſi per modum ſupplicationis: nam vbi Princeps confirmat, idem eſt ac ſi ferat ſententiam, l. 1. § ſed neque verſ. omnia noſtra facimus C de tut. iur. enucl gloſſ. in d. c. dilecto in verb. clauſula de præb. reſpectu prætentorum, ſed eorum reſpectu, quæ de nouo orta ſunt, vt puta, ſi accuſatur de crimine, propter quod priuari meretur iure confirmato, non eſt inferioribus iudicibus ſublata poteſtas, Pan. in c. 1. n. 10. & Dec. in d. c de confirmationibus num. 57. & ſeq. & Can hoc tit. Secundo probat priuilegium confirmatum abſque ipſius priuilegij exhibitione, c. ſi Romanorum & ibi poſt gl. Prapoſ. num. 17. & Can. 19. diſt. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo num. 8. C. de edend. & ibi DD. Rot. diuerſ. dec. 63 part. 2. Tertio facit præſumi principem vti poteſtate abſoluta, gloſſ in c. adhac in verb elegerint in fin. de reſcript. Bald. in l. eos num. 1. C. de appell Quarto ſupplet omnem defectum iuris & facti, ac ſolemnitatis, cap. 1. in fine de tranſact. & ibi gloſſ fin. & DD. Puta partis vocationem, & alia ſolemnia, ſed non ſubſtantialia, videlicet defectum inhabilitatis perſonæ, vel alium defectum naturalium, Pan. in cap. 1. num. 5. de tranſact. & ibi Can. aut poteſtatem legati diſmembrantis, & falſitatem cauſarum expreſſarum; niſi facta ſit cum cauſæ cognitione, & parte vocata; Rot. deciſ. 2. hoc tit. in nou. Felin. in cap. 2. num. 42. & ſeqq. de reſcript. aut Princeps defectum intellexerit, Rot. diuerſ. deciſ. 455. num. 4. part. 1. c. Anomanenſem & ibi Archid. in princ. & Can. 56. diſt. Fel. in c. 2. de reſcript. ſub num. 42. arg. c. conſtitutus & ibi gl. pen. & Can de conceſſ præb. Quinto facit tranſactionem perſonalem realem, c. veniens de tranſact. c. niſi eſſent de præb. Sexto Concil. Trid. præſeruat concordias à ſede Apoſtolica confirmatas ex certa ſcientia, non autem confirmatas in forma communi, c. quia diuerſitatem § mandamus & §. ſeq. & ibi gloſſ. & Can. de conceſſ. præb. c. conſtitutus & ibi Can. de reſcript. Card. Seraph. deciſ. 775. in princ. & per totam deciſionem Clem. dudum §. antepen. & ibi poſt gloſſ. in verb. pacta Can. de ſepult. c. veniens & ibi poſt gloſſ. in verb. confirmatam in verb. de tranſact. Garz. de benef. part. 3. c. 2. §. 1. nu. 221. & ſeqq. Nomen concordiæ generale eſt, Iaſ. in l. de fideicommiſſo num. 3. C. de tranſact Fel. in c. cauſam quæ el 2. in princ. de teſt. Franc. Aretin. in l. cum filium in fine C. de inoff. teſtam. ac compræhendit pactum gratuitum, quod etiam per Concil. Trid. cenſetur præſeruatum, c. conſtitutus de relig domib. & ibi Pan. & DD. Septimo quando totus tenor inſtrumenti inſeritur confirmationi, non eſt neceſſarium, quod de cætero oſtendatur, vt dictum eſt, ex quo eſt publicatum, quando confirmatio expedita eſt in præſentia partium, vel ipſis inſtantibus, aliter non obeſt confirmatio non vocatis, Hoſt. in c. pen. num. 3 hoc tit. & ibi Can. Alex. d. conſ. 173 lib. 4. num. 22. & ſeqq. c. 1. in fine vbi in curia vel imperitia de tranſact. & ibi Can. nu. 5. & Can. Octauo, quod ſi tranſactio vel pactum ab initio inualidum ſit, per confirmationem Papæ ſumit vigorem, c. 1. de tranſact. & ibi poſt gl. fin. Can. ſecus quando confirmatio eſt facta in forma communi, in qua habet lo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bet locum regula, ſi non valet actus confir-
mationes, vel priuilegia, quæ ipſum confir-
mant, non valent: quia ab ipſo cauſam &
originem ſumunt, & ſublato principali tol-
litur acceſſorium, *c. cum inter vos & ibi per illum*
*textum gloſſ. Pan. nu. 19. & ſeq. & Can. de re iud.*
De reliquis confirmationum actuum iudi-
cialium, extraiudicialium, & contractuum
effectibus, vide Butr. *in c de confirmationibus n.*
*4. & ibi Imol. n. 3. hoc tit. Gail. obſ. 1. lib. 2.* In du-
7 bio præſumitur † confirmatio in forma
communi, *Pan. in c. ex parte in 2. oppoſ. per illum*
*text. de conſtit. Dec. in rubrica huius tit. nu. 5. Rot.*
*diuerſ. dec. 780. num. 5. part. 1.* Neutra exten-
8 dit † actum confirmatum, *Pan. in c. 1. num.*
*xj hoc tit.* lædit, minuit, aut tollit ius tertij, *c.*
*fin hoc tit.* dummodo tale præiudicium non
ſit narratum, *Dec. in c. ſua nobis num. 26. hoc tit.*
*& ibi Can.* Vtraque valet ex nunc, non ex
tunc, *l. obſeruare in fine ff. de off. proconſ. & leg.*
*Pan in c. 3. num. 5. in fine de his quæ fiunt à præl. ſine*
*&c. Dec. in l. quod initio num. 12 ff. de reg. iur.* Dif-
9 fert confirmatio † à mandato de confir-
mando, quia hoc & clauſulæ in eo appoſitæ
nihil operantur niſi ſecuta ſit confirmatio,
ſed requirit factum executoris, & cauſæ co-
gnitionem, ſicut dictum eſt in mandato de
conferendo, & in mandato de diſpenſan-
do: *Supra tit. de reſcript. Rot. diuerſ dec. 202. num.*
*9. verſ non obſtante part. 1.* & licet ſtante man-
dato de confirmando partes non poſſint
pœnitere ex ſola voluntate, poſſunt tamen
intentare remedia de iure competentia con-
tra talia mandata, nam ſi de iure non ſubſi-
ſtunt non præſtant impedimentum, *Rot. d.*
*deciſ. 202. num. 9 & 10. part. 1. diuerſ. c. non præ-*
10 *ſtat. de reg. iur. in 6.* Non confirmantur † li-
tigioſa, *c. 1. hoc tit.* & confirmatio obtenta
nullo modo præiudicat liti motæ, quo mi-
nus inferior procedere poſſit, *Dec. in d. c. de*
*confirmationibus num. 7. vbi ampliat & limitat 3.*
*mod. num. 15. & ſeqq.* Sententia à qua fuit ap-
pellatum: *cap. bona hoc tit.* Sententia & lau-
dum contra formam iuris aut compromiſ-
ſi lata, *c. examinata hoc tit.* Penſiones ab or-
dinario impoſitæ: ſed Papa denuo eas con-
cedit, quia ordinarius non poteſt benefi-
cium diuidere, ſicut Papa: *cap. prohibemus de*
*cenſib. c. paſtoralis de his quæ fiunt à præl. ſine conſ.*
*cap. 1. extirpandæ in fine de præb.* Prioratus & ad-
miniſtrationes regularibus, *cap. ad noſtram*
*c. porrecta hoc tit.* quia fieret præiudicium ſu-
perioribus, quibus competit ius libere reli-
gioſos ſuos ad clauſtra reuocandi, ſed poſt
confirmationem Papæ ex certa ſcientia ip-
ſius intendentis perpetuare prioratum, nam
motus proprius non ſufficit, *Fel. in c. per tuas*
*n. 4. de maiorit. & obed. plures citans,* non poſ-
ſent amoueri ſine cauſa: & ſi de facto fo-
rent expulſi, nec conſtaret de cauſa poſ-
ſent petere ſe reſtitui ad ſtatum, *Pan. deciſ. 2.*
*de regul. Fel. in c. conſtitutus num. 10. de reſcript.*
*Card. in clem. § præmiſſa num. 4. late & ibi Can.*
*de ſuppl. negl. præb.*

Priuilegia † papalia, aut ſedis apoſtoli- 11
cæ proprie non confirmantur, eandem enim
eſt auctoritas prædeceſſoris, & ſucceſſoris
ſummorum pontificum, & eadem eſt au-
ctoritas ſedis apoſtolicæ, quæ conceſ-
ſit, & confirmauit priuilegium, vnde nullum
nouum vinculum poteſt dici adiectum, ſed
eſt potius quædam innouatio priuilegio-
rum, quæ parum aut nihil operatur datur
ſine citatione, *Franc. Marc. quæſt. 456. num. 4.*
*part. 1. Panorm. in cap. ex parte l. 1. nu-*
*mer. 3. de priuileg. Felin. in c. fin. numer. 8. de fid.*
*Inſtrument.* & nullum ius de nouo tri-
buit, *c. cum dilecta hoc tit. c. innotuit. de elect. c. fin.*
*de reſcript. in 6. Rot. deciſ. 702. ſub num. 5. & 6. &*
*ſeqq. part. 1. diuerſ. c. ex parte abbatiſſæ in fine de*
*priuileg. & c. c. quia intentionis de priuilegijs.* fieri-
que poteſt ad depoſitiones teſtium de teno-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re priuilegij deperditi, & quod erat ſine vi-
tio, c. cum olim. el. 1. & cap. ſeq. de priuileg. & c.
Bald. in l. fin. num. 21. C. de edend. Priuilegium
innouatum probat ſicut antiquum, Hoſt. in
c. pen. num. 3. & nu. 4. hoc tit. vbi reddit rationem
diuerſitatis inter priuilegia & alia inſtrumenta.
Contractus nullus ſuper rebus Eccleſiæ, ex
poſt facto validari non poteſt, niſi per Pa-
pam confirmetur, Collect. in c. veniens de tranſ-
act. Cap. Tholoſ. quæſt. 98. in fine. A concordia
12 † facta in beneficialibus ſub beneplacito
ſedis apoſtolicæ, poſſunt partes ante confir-
mationem reſilire , & procuratores datos
reuocare; quia concordia in beneficialibus
reprobata ante confirmationem, c. ſuper eo de
tranſact. cap. fin. de rer. permut. dictum eſt ſupra
tit. de tranſact. Put. deciſ. 343. lib. 1. Gonz. ſuper
reg. de menſ. & alt gloſſ. 12. numer. 81. & ſeqq.
tum quia ex facto à iure reprobato non po-
teſt naſci obligatio aliqua, l. cum lex. ff. de fide-
iuſſ. pulchre Pan. in c. ſuper eo numer. 8. & ibi
Can. de cond. appoſ. Achil. deciſ. 2. de pact. Cæſ. de-
ciſ. 3. num. 7. & 8. de ſent. excomm. & conceſſo
confirmationem valere, ante reuocationem
procuratorum, tamen ex illa agi tantum po-
teſt ordinarie non executiue, quia in con-
cordia non ineſt obligatio cameralis , ſed
tantum in ipſo conſenſu præſtito per pro-
curatores, Cæſar. d. deciſ. 3. in princ. & num. 6. de
ſent. excom. l. in concedendo l. in diem verſ. ideo
autem & l. ſeq. ff. de acquir. pluu. arc. Caſſad. deciſ.
13 4. num. 6. de penſ. A ſtatuto † vel actu facto,
poſtea à ſede apoſtolica confirmato, poſ-
ſunt ſtatuentes vel actum facientes ſine alio
conſenſu ſuperioris recedere: quia confir-
matio facta permiſſiue non denominat
confirmatum à confirmante, ſed à ſpecifico
efficiente, cuius fauore fit confirmatio, c.
acceſſiſſent de Conſtit. & ibi Fel. numer. 3. & ſeqq.
Bald. in l. ex placito ſub num. 12. in fine & nu. ſeqq.
C. de rer. permut. Paul. de Caſtr. in l. omnium num.
6. C. de teſtam. Pan. in c. dilecto ſub n. 10. de præb.
& Can. Bart. in l. omnes populi n. 35. ff. de iuſt. &
iure. Limita primo, quando † confirmatio 14
ſuperioris fuit neceſſaria, non poſſunt infe-
riores recedere ab actu confirmato ſine eius
beneplacito, Auth. econtra ſi filij familias C. de
repud. Felin. in c. cum acceſſiſſent num. 4. ſecundo
quando actus tendit ad cultum diuinum
augendum, c. ex parte de Conſtit. Creſc. deciſ. 1.
de pact. Tertio, quando verba confirmantis
ſonant in præceptum, vt ſi Papa ad obſer-
uantiam vtramque partem cogi, & compel-
li decernat; Creſc. deciſ. 1. in fine de pact. c. con-
queſtus de foro compet. cap. 1. §. 1. & §. fin. de foro
compet. aut in confirmatione appoſitum ſit
decretum irritans, ſi ſecus factum fuerit, c. di-
lecto verſ. procurator in fine & ibi poſt gloſſ. in verbo
clauſula Pan. & Can. de præb. Fel. in d. c. cum ac-
ceſſiſſent num. 7. vel ſtatuentes fecerint ſtatu-
tum, non propria auctoritate, ſed vice, &
auctoritate ſuperioris, Bart. in l. 2. § data nu.
8. ff. de opt. leg. & in l. ambitioſa n. 29. C. de decret.
ab ord. fac C. ſi qui verſ. fin. de præb. in 6. Fel. n. ind.
c. cum acceſſiſſent. num. 9. & vtrobique Can.

LIBRI SECVNDI FINIS.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN